4° Diff. 2986.

<36603952800010

<36603952800010

Bayer. Staatsbibliothek

I. N. D. N. I. C.

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,

DE

CAUTELIS

CIRCA JURAMENTA

IN JUDICIO OBSERVANDIS.

QVAM

ADSPIRANTE DIVINA GRATIA

SUB

RECTORATU MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI

DN. FRIDERICI WILHELMI,

REGNI BORUSSICI HEREDIS &c.

IN ILLUSTRI FRIDERICIANA

PRÆSIDE

DN. SAMUELE STRYKIO, JC.

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI REGIS BORUSSIÆ CONSILIARIO INTIMO, PROFESSORE JURIS PRIMARIO, FACULTATIS JURIDICÆ ORDINARIO, ET h. t. DECANO,

PATRONO SUO ÆSTUMATISSIMO

PRO LICENTIA

Summos honores in utroque Jure assumendi

IN AUDITORIO MAJORI

ad diem Septembris a. c. horis ante & pomerid. publicæ disquisitioni submittet

AUTOR

GEORGIUS GERBET, Hall. Magdeb.

Regiminis Regii Magdeb. Advocatus.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,

Typis & Sumptibus JOHANNIS MONTAGII, Acad. Typogr.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

PRÆFATIO.

NE mireris LECTOR benevole, me, cum per DEI GRATIAM per quatuor luſtra & quod excurrit, in Judiciis cauſas partium, oraverim, Materiam hanc, de *Cautelis circa Juramenta in Judicio adhibendis*, elegiſſe, ut pro capeſſendis ſummis in Jure honoribus, ex conſenſu FACULTATIS JURIDICÆ CELEBERRIMÆ hujus FRIDERICIANÆ, diſquiſitioni publicæ ſubjiceretur. Notum quidem eſt quod *cautelæ* in vulgus male audiant, quaſi Rabularum ſint, ut ita loquar, myſteria & miniſteria, quæ propugnandis calumnianti um malitiis in foro inſerviant, ita ut propemodum in proverbium venerit, illud *cautelam* nominare, quod paulo vafrius & verſutius factum fuit: & in vernacula noſtra plerumque ſub nomine odioſo, derer Advocaten Streiche/ Quintgen und Findgen/ a multis odioſe ſatis accipiantur. At hoc ipſum partim ex ignorantia linguæ latinæ, & quod ipſi obtrectatores non noverint, quid *cautela* ſit; Partim etiam ex abuſu cautelarum profluxiſſe, certo certius eſt.

Quod ſi enim reſpicimus ad eam quæſtionem, quam Orator cauſarum Judicialium ſuo tempore celeberrimus, M. T. Cicero *in lib. de oratore pag. mihi 88. edit. Baſileæ anno 1687.* ſub perſona Antonii profert. *Quis nam ſcilicet Juris-Conſultus vere nominaretur? & reſpondet: Eum dicendum eſſe JCtum, qui legum & conſuetudinis ejus, qua privati in civitate utuntur, & ad agendum & ad reſpondendum & cavendum peritus eſt:* Fateamur neceſſe eſt, Jurisprudenti, vel in primis incumbere, de *cautelis* ſollicitum eſſe: ita ut in JCto non ſolum requiratur, (1.) ut Cauſas clientum in Judicio agere & apte, ſecundum propoſitas in Jure actiones proferre, deinde (2) de Jure reſpondere, hoc eſt Clientibus conſulere & ipſos contra inſultus adverſarii defendere poſſit: ſed etiam (3) ut peritia m habeat *Cavendi* Conſultoribns ſeu Clientibus ſuis, tum ut *cautius* res ſuas agant, tum, ne impoſturis eorum, quibus cum ipſis res eſt, vel negocia expedienda habent, circumveniantur & lædantur. Facile hinc collige-

re licet, in quem finem *Cautelæ* seu *Cautiones* a veteribus prudentibus Juris excogitatæ atque etiamnum hodie destinandæ atque usurpandæ sint: nempe ut tam nobis ipsis, quam proximo prospicere, & damnosos forte insultus adversarii propulsare, legitimo modo possimus: Cum igitur de materia *Cautelarum* in genere varios celeberrimos Juris Consultos, præcipue

Iohannem de Deo, Nepotem de Monte Albano, Baldum, Johannem de Arnono, Iohannem dilectum, Durantem, Marcum Antonium Blanoum, Thomam *Ferratum*, *Publium* Cornelium *Brederodium, Raimundum, Fichardum, & Bartholomæum Cæpollam.*

Multa dixisse, & erudita scripta posteritati reliquisse, deprehenderim: insuper *Dn. Præses, Patronus devoto honoris cultu devenerandus*, paucis abhinc annis tractatum specialem, *de Cautelis contractuum necessariis*, rei literariæ ad summam eruditi orbis expectationem & utilitatem, præclare ediderit: Excusationem facile merebor, cum tantorum Juris Consultorum vestigia premere, & cum, perversas cautelas, seu callidas machinationes perversorum hominum, infraudem legis inventas & adhibitas, merito damnem atque rejiciam, in præsenti, in specie, *de iis Cautionibus seu Cautelis quæ circa Juramenta in Judicus observandæ & necessariæ sunt*, pro ingenii modulo aliquid differere, & quæ hactenus circa hanc materiam, quam quidem ex professo tractatam haud reperi, in praxi observavi, communicare debui, volui. Fateor equidem materiæ dignitatem & ubertatem ampliorem atq; solidiorem elaborationem requirere: At cum domestica & forensia negocia plura non permiserint, his paucis, benevole Lector! uti, & quæ ulteriori & exactiori elaborationi deerunt, benevolentia Tua supplere, ne dedigneris, memor istius excusationis, quam *Cicero de Oratore lib.* I. *pag. m. 92. protulit: Si aliud est esse artificem cujusdam generis atque artis, aliud in communi vita & vulgari hominum consvetudine nec hebetem nec rudem. Cum igitur in Jure Civili, præsertim cum in causis & in negociis & in foro versemur, satis instructi esse non possumus, ad hoc duntaxat, ne in nostra patria peregrini atque advenæ esse videamur.* Prius de me non vendito, ad posterius vero quodammodo pertingere, nunc, & in posterum, per Dei gratiam annitar. Vale ad Votum!

Pars

PARS PRIMA
DISSERTATIONIS.
CONTINENS GENERALIA,
HUJUS MATERIÆ.

Qui de re aliqua juxta ordinem acturus eſt, 1.
neceſſe habet, ut præmittat ſecundum ductum Ulpiani in *l. 1. ff. de Juſt. & Jure* unde nomen rei deſcendat. Dum igitur de cautelis circa Juramenta adhibendis in diſſertatione noſtra acturi ſumus, Etymologiam vocabuli Cautelæ prius evolvere e re erit. 2.

Verbum ergo *Cautelæ*, quod attinet, hoc ipſum a cavendo 3.
derivari, eſt in promptu. At notum etiam hoc erit, verbum *Ca-* 4.
vere variis ſignificationibus in jure uſurpari. Hinc PRIMO pro *ſe-* 5.
curitate vel aſſecuratioue accipitur, quæ poſtmodum ſpeciali nomine ſatisdatio dicebatur *juxta l. 1. princ. ff. qui ſatisd. cog.* Et varijs modis præſtabatur, quos annotavit *Dn. Præſes, in tractatu de Cautelis Contractuum Sect.* 1. *cap.* 1. §. *1.* SECUNDO idem denotat, quod *di-* 6.
ſponere in futurum, quid ſcilicet fieri debeat. Unde frequens formula in jure noſtro eſt, quod *Lege* aliquid *cautum*, hoc eſt in futurum diſpoſitum, dicatur, ut in *l. 28. C. Uſur.* & perpetuo Prætoris Edicto *Cautum* dicitur, *in l. 11. Cod. de Collat.* conferatur iterum

7. *Dn. Præſes accuratius hæc perſequens d. loc.* §. 2. TERTIO demum *Cavere* denotat, idem, quod *providere* ſeu *proſpicere*. Et in hac ſignificatione prudentem quandam & providam Curam, ſeu circumſpectam ſollicitudinem & providentiam denotat, qua damnum vel nobis vel aliis imminens avertere & evitare ſtudemus.
8. Quo ſenſu *Cicero in loco ſupra in præfatione allegato, de Oratore*, ad Juris
Conſulti officium requirit, ut *Cavere* poſſit, ſeu ad cavendum peri-
9. tus ſit. Hinc idem *Cicero in præfat. Topicorum* ad Trebatium ita ſcribit: *Etenim cum Tu in mihi meisque ſæpe caviſſes, etc. it. in Epiſtolis: Tu qui cæteris cavere didiciſti in Britannia, ne ab eſſedario decipiaris, caveto. & in libro 1. de oratore: ICtos* Cautores *formularum* vocat. Plautus in Epidico: *hic poterit cavere recte, jura qui & leges tenet.*
10. Ex quibus locis ſatis apparet, verbum *cavendi*, jam olim apud Romanos vere latinum, & proprium fere ICtorum fuiſſe, propterea, quod ipſi Conſulentibus rationem formulasque præſcribere atque ſubminiſtrare ſolebant, ſecundum quas *caute*, h.e. provide, & absque metu periculi vel damni, cum aliis contrahere, paciſci, teſtamenta condere, actiones in Judicio rite inſtituere & feliciter pro-
11. ſequi, aliaque negocia civilia perficere poſſent. Et in hoc ſenſu etiam in Corpore juris Civilis, *ſollicita cura* & *cauta diligentia* ſe perſpexiſſe gloriatur, ſacratiſſ. Imperator Juſtinianus *in l. 5. princ. Cod. de offi. magiſtr. milit. & in l. 2. C. defurt.* monet: Curate, *cautius mercari*, ne non tantum in damna, ſed etiam in criminis ſuſpi-
12. cionem incidatis! quod monitum Imperatoris & merito cuivis juranti pro cautela eſſe debet. Atque in hoc ultimo ſignificatu Cautelam ad præſentem diſſertationem applicamus.
13. Quantum ad Synonymiam *Cautelæ* ſpectat, poterit etiam dici *SOLLICITA CURA & DILIGENTIA PROVIDA*, adevitandum damnum, ut *l. 2. C.* de *furt. & l. 5 princ. Cod. de off. magiſtri militum*; item *PRUDENTIA & CIRCUMSPECTIO*, quoſenſu *cautio judicantis dicitur in leg. quoniam* 11. *Cod. de Teſtib.* porro *REMEDIUM.* quod aliquando cautelam denotare eruditiſſime oſtendit Dn. Præſes *cit. tract.* §. 5. ubi ſimul circa finem adhuc etiam *CONSILIUM PRUDENS*, pro Synonymo adduxit, *per l. 66. in fine ff. de jure Dot.*

Ordine

Ordine nunc ſubjungenda eſt definitio, quippe, a qua, juxta Ci- 14
ceronis monitum *in lib.* I. *de officijs. & lib.* I. *de oratore* omnis inſtitutio vel diſſertatio, de aliqua re, quæ a ratione ſuscipitur, profiſciſci debet; ut quid illud ſit, de quo diſputatur, explanetur: ne vagari & errare cogatur oratio, ſi ii, qui inter ſe diſſenſerint, uon idem eſſe illud, de quo agitur intelligant. At cum ex ſententia *ICti Iavoleni in leg. 202. ff. de Reg. jur.* omnis definitio in Jure Civili, periculoſa ſit. Hinc deſcriptionem ſaltem ſubminiſtrare laborabimus, & ſecuti ductum, *Dn. Præſidis*, qui in dicto tractatu *Sect.* I. *Cap.* I. §. *6.* deſcriptionem hanc in genere proponit: *Quod cautela ſit providentia legitima, in negociis civilibus, ad excludendum damnum adhibita*; Ex hac 15.
ſpecialiorem & inſtituto noſtro convenientem ſubjicimus hanc: *Quod, cautela circa juramenta, ſit providentia legitima a perſonis in Judicio verſantibus, circa juramenta, ad excludendum damnum, adhibenda.*

Pro meliori hujus deſcriptionis intellectu notandum, quod 16
generis loco ponatur, *providentia*, quæ diligentem & prudentem inveſtigationem, obſervationem atque applicatioem mediorum, ad propoſitum idoneorum in ſe continet. At cum & ipſa provi- 17
dentia, quandoque circa mala media verſetur, & etiam mali atque delinquentes homines, ſæpe majorem providentiam circa malefacta adhibeant; hinc *legitimam*, ſeu talem requirimus providentiam, quæ legibus omnino conformis, & in ijs fundata aut permiſſa eſt: ſeu quæ in *cavendo*, non vero in decipiendo, perſpicitur. Atque per hanc ipſam differentiam, ſeceſſum facimus, a malis impoſto- 18
ribus & Cavillatoribus, qui *cautelis* illegitimis utuntur, ad captiones deceptiones & malas artes. Tales enim machinationes, & deceptiones, in fraudem legis inventas, tanquam caritati Chriſtianæ repugnantes, non cautelarum ſed Cavillationum nomine, venire *arg. l. ſi calvitur, 233. ff. de Verb. ſignif. & quæ ad eam Dd. ſcripſerunt*, adeo- 19
que nemini conſcientioſo & cordato viro, etiam in Cauſa juſta per has ſe defendere, fas eſſe, licet in foro exteriori forſan hoc permiſſum, alij exiſtimenr, ſatis conſcientioſe monet Dn. Præſes in ſæpius allegato tract. *Sect. 1 cap.* I. §. *7.* qui §. *ſubſequente 8.* latius

tius deducit, ob abuſum iſtum, eos Autores, qui tales Cautelas contra leges inventas & conſignatas reliquerunt, male audire in vulgus, quamvis illi ipſi Autores eas non ſemper probaverint; addens, quod tales callidæ machinationes in fraudem legis inventæ, nomen Cautelarum haud mereantur, ſed de iis Doctorum aſſertum verum ſit; *quod in hac vita quidem ad gloriam, in altera vero ad gehennam ædificent:* allegans chriſtianiſſimum ſui temporis ICtum, jam Beatum Brunnemannum *in proc. Inquiſitorio cap. 8. membro l. n. 57.* & referens ex Brunnero *de collat. bonorum cap. 5. n. 78.* quod Angelus *ad l. verba* 1. C. *de falſa Cauſa* ſcripſerit, Dynum celeberrimum ICtum,
19 ob cautelæ improbæ uſum, ad inferos damnatum eſſe. Hisce igitur improbis Cautelis relictis, ſaltem earum legitimarum conſiderationi inhæremus, per quarum obſervationem & adhibitionem, commodum noſtrum, jure permittente, promovemus, & damnum ex neglectu & omiſſione earum forte nobis imminens, licito modo declinamus.

20 Quamvis vero excipere quis velit: nullam cautelam fere dari, quæ, cum uni parti proſit, alteri adverſario nociva eſſe non poſſit, adeoque nec has cautelas tolerandas eſſe, quoniam caritati proximi adverſari videntur: Attamen, facillimo negocio eidem replicari poterit, quod, quoniam Jura vigilantibus ſunt ſcripta, adeoque diligenti & vigilanti nihil imputandum ſit, *per l 5. §. 4. verſ. jubemus. C. de tempor. appellat.* ſi Jure ſuo utatur, & ſibi per hoc proſpiciat, (dummodo fideliter & aperte omnia tractentur) atq; damnum inferre non videatur; per regulam vulgarem, quod qui ſuo Jure utitur, nemini injuriam faciat. Adverſarius vero, qui culpa vel negligentia ſua damnum incurrit, hoc damnum ſentire non videtur, *per l. 203. ff. de Reg. Jur.* qui
21 enim, cum bene poſſit, aliquid facere vel obſervare, & tamen hoc neglexit, nulla venia dignus eſt, *per l. jmperialis* 25. *Cod. de Nupt.* Quamvis etiam talis prætendat, ſe in Jure non verſatum eſſe, non tamen facile ipſi ſuccurrendum, ſi peritiorem conſulere potuerit, & tamen non fecit, *per l. 9. §. 3. ff. de Jur. & fact. ignor.* niſi forte ſubſidiario remedio aliquo ex juſtis & ſatis probatis cauſis, ipſi ſubveniendum eſſe, æquitas ſuadeat, de quibus tamen auxiliis & remediis, circa finem

hujus dissertationis, fortassis plura proferri poterunt, quo brevitatis studio, ulteriora differo.

Mentionem etiam fecimus in descriptione nostra, SUBJECTI, 22
quod constituunt PERSONÆ IN JUDICIO VERSANTES, & vel Judicantium vel ministrorum Judicii, vel litigantium, vel Advocatorum, aut denique testium officio funguntur. Unumquemque certe 23
horum, circa Juramentorum impositionem, declinationem, relationem, revocationem & præstationem, vel maxime cautum atque providum esse debere, nemo fortassis negabit, qui non saltem consideraverit, Deum ipsum Triunum in præcepto decalogi secundo, profanationem sanctissimi nominis sui, sub comminatione gravissimæ pœnæ inhibuisse, sed etiam quod homo homini ad dicendam veritatem, secundum Jus naturæ obligatus sit, ut suum cuique etiam circa sermonem tribuat, & jus ei quæsitum non invertat, ex traditis *Hug. Grotii de Jure Belli & Pacis lib. 3. cap. 1. §. 11.* & quod præsertim Judex habeat facultatem, istam veritatem exquirendi a reo, uti elegantissime ostendit *Prænobiliss. & Excellentiss. Dn. Thomasius, Consiliarius Regis Borussici dignissimus & Professor hujus Fridericianæ Juris publicus, tam apud nos quam apud exteros celeberrimus, Patronus atque Promotor omni honoris cultu prosequendus, in Jurisprudentia divina, lib. 2. cap. 7. §. 88.*

Non minus quoque in descriptione respeximus ad OBJE- 24
CTUM CAUTELARUM, quod constituunt JURAMENTA. Est 25
vero Juramentum seu Jusjurandum, deliberata numinis divini, tamquam testis & vindicis invocatio, in assertionis aut promissionis confirmationem. Hanc definitionem desumsimus ex laudatissimi D. Thomasii *Jurisprudentiæ divinæ, lib. 2. cap. 8. §. 6.* & ab eo traditam §. 11. generalem divisionem in PROMISSORIUM & ASSERTORIUM factam, merito retinemus; cum ad hæc duo genera omnes Juramentorum species ex divisionibus JCtorum Romanorum, ortæ, referri posse *in §. subsequenti. 13.* uti solet, h. e. satis nervose & erudite deduxerit. Qua ratione igitur quilibet circa talia Juramenta tam promissoria, quam adsertoria caute in Judicio procedere possit, in subsequenti speciali tractatione, fusius deducetur.

Designavimus in descriptione quoque FINEM Cautelarum, 26

qui consistit in exclusione damni, quæ tamen promotionem commodi nostri, & lucrum quoque cessans, simul includit: quoniam & hoc lucrum cessans pro damno sæpe reputatur in jure nostro. *per l. 3. §. fin. ibique gloss. ff. quod cert. loc. l. 2. §. 10. ff. ne quid in loc. publ. l. 26. de bon. libert.* sicut enim cuique liberum & permissum est, pro suis vigilare commodis. *per. l. 6. §. 7. & l. 24. in ff. quæ in fraud. Cred. leg. altius 9. Cod. de servit.* ita non prohibeor, damnum mihi imminens
27 avertere. *per l. 1. ff. de damno inf.* Sponte hinc sequitur, etiam cautelis licitis, & à jure approbatis, ad meum commodum, me uti posse, per ea quæ habet *Menoch. lib. 6. præs. 29. n. 17.* quamvis cum incommodo alterius, quoniam nemo præsumitur delinquere adversis proximum, sed magis ad utilitatem suam videtur negocium aliquod gessisse, quam ut damnum directe inferat, quamvis per consequens noceat, per textum *in l. nullus videtur 55. ff. de Regg. Juris.* confer quæ supra circa differentiam specificam in hoc capite sub n. 20. dicta fuerunt.

Et hæc in genere circa Cautelas nostras dicta sufficiant: Cætera
28 quæ tam quoad personas, quam etiam quoad res & ipsa juramenta in specie dicenda erunt, posteriori parti II. reservamus, ubi per distinctas Sectiones quoad omnia singulatim agemus.

PARS II. SPECIALIS

SECTIO I.

DE PERSONIS QUIBUS CIRCA JURAMENTA CAUTE PROCEDENDUM.

CAPUT I.

DE PERSONIS IN GENERE.

1. ABsoluta parte prima generali Dissertationis nostræ, jam progredimur ad PARTEM SECUNDAM EAMQVE SPECIALEM

ad

& quidem ad *Sectionem primam*, quæ de perſonis agit, quæ circa Juramenta ſeſe CAUTAS & providas gerere tenentur, ne damnum incurrant. Et fateamur oportet in genere, cuivis homini incumbere hanc curam, ſollicitudinem & providentiam.

Qvamvis enim, ſi homo in ſtatu concreatæ perfectionis & in- 2
tegritatis manſiſſet, in hoc ſtatu Juramenti nullus fuiſſet uſus, cum homo ad imaginem DEI conditus, in ſtatu integritatis poſitus, quantum ad ſeipſum, propter concreatam juſtitiam & veritatem, in iis quæ promiſſiſſet vel aſſeruiſſet, omnem ſuſpicionem fallaciæ & perfidiæ effugeret; in altero vero, cum quo contraxiſſet omnem diffidentiam & dubitationem averteret, adeoque nec cautionem vel Cautelam aliquam in hoc ſtatu perfectionis circa juramenta adhibere opus habuiſſet, cum homines ſimpliciter ex ſe & ſua natura mutuam ſibi præſtitiſſent fidem. Attamen cum per deplorandum Ptotaplaſto- 3
rum lapſum, tota natura hominis depravata fuerit, certe naturæ huic corruptæ aliquo modo ſuccurrendum erat, per quod in ſocietate, non ſaltem omnis præſumtio fallaciæ & mendacii in promittente vel aſſerente aliquid, ſed etiam in ſocio, cum quo negocium haberet, omnis dubitatio de veritate dictorum vel promiſſorum tolleretur. Et hoc 4
ipſum medium *Juramentum* erat, quod, ob incrudelitatis vulnus ex peccato contractum, jure naturæ divinitus conceſſum nobis eſſe dicit Franciſc. Dominicus à Soto *de Juſtitia & Jure lib. 8. quæſt. 1. art. 5.* Dum enim omnipotens & omniſcium Numen, non ſolum ut teſtis veritatis, ſed etiam ut vindex perjurii per hoc invocatur & conſtituitur, per hanc ipſam ſane invocationem præſumtio veritatis & fidei excitatur, quoniam nemo tam impius reputandus, ut numinis divini frivole invocati graviſſimam indignationem in ſe ipſum expoſceret. Hinc teſte Cicerone, *lib. 3. de officiis*, Ethnici nullum vinculum 5
majus aut arctius ad adſtringendam fidem eſſe voluerunt, quam juramentum, illudque eſſe ultimam fidem inter homines, quam nulla ætas delere poſſet, quæ per jurata pacta ſponſores adhibet Deos, bene judicante Halicarnaſſ. loco à Grotio allegato *lib. 2. cap. 13. §. 13. de Jure belli & pacis.* Inter Judæos & Chriſtianos vero hoc remedium eo 6
facilius receptum eſt, cum hi ex revelatione verbi divini edocti fue-

rint, Deum verum, veritatis originem & amatorem, juramentum tanquam religiosum ipsius cultum, non solum in verbo revelato approbasse, sed etiam formam ejus præscripsisse *Deut. VI, v. 13. in verb.* **Du solt GOtt deinen HErrn fürchten und ihn lieben/ und bey seinen Nahmen schweren.** Et quod Deus ter opt. max. juramentum tanquam medium componendarum & finiendarum litium ipse instituerit, patet ex *Exod. XXII. v.* 11. *in verb.* **So soll mans bey ihnen auff einen Eyd kommen lassen &c.** add. sententiam Apost. Pau-
7 li *Hebr. VI. v. 16.* Notum vero ex sacris, Deum ipsum sanctissimum omnis sanctitatis justitiæ & veritatis fontem, *optimam* & maximam *cautelam*, quam omnes jurantes necessario observare adstricti sunt, proposuisse, cum in præcpto Decalogi II. quod habetur *Exod. XX. v. 7. & Deuter. V. v. 11.* disposuit. **Du solt den Namen des HErrn deines GOttes nicht mißbrauchen. denn der HErr wird den nicht**
8 **ungestrafft lassen/ der seinen Nahmen mißbrauchet.** Hinc omnium cautelarum circa Juramenta observandarum PRIMA atque generalis CAUTELA hæc erit: Quisque caveat ne pejerando (h. e. mendacium Jurejurando firmando) aut nomen Dei sanctissimum in vanum assumendo (i.e. absque omni necessitate & utilitate super re vana & futili, frivole usurpando, & per Deum jurando) in crimen læsæ Majestatis divinæ incidat, & pœnam divini numinis certissimam incurrat. Hæc Cautela generalis cum omnes omnino homines stringat, & secundum præceptorum Dei negativorum naturam, ex
9 mente omnium Theologorum & Moralistarum, obliget semper & adsemper; Hinc ea multo magis observanda erit a Personis ipsum judicium constituentibus, & in judicio versantibus, cum certo certius sit, quod sicut major semper solennitas circa juramenta in judiciis præstanda adhibetur, & diligentior explicatio negotii gerendi, atque admonitio de vitando perjurio, à judice præmittitur, ita certe is eo magis & gravius peccet, adeoque etiam majorem pœnam mereatur, qui per judicem certioratus, & fideliter monitus, nihilominus in legem prohibentem, contra conscientiam, ex proposito deliquit. Tale enim perjurium vocatur **ein gelehrter Meyneyd/den einer wissentlich vor Gerichte zu seinem Nutz abschweret.** vid. *Ord. Crimina-*

minalis Caroli V. art. 107. *ibique Stephani.* Besold *thesaur. Pract. lit.* A. *n.* 28.

Et quamvis juxta rescriptum Divi Imperatoris Alexandri, quod habetur *in l.* 2. *Cod. de reb. cred. & Jurejurando.* Jurisjurandi contempta religio satis Deum ultorem habeat, adeoque juxta hunc textum de jure civili nullum certum judicium in perjuros, nullaque pœna certa temporalis legatur constituta; ex hac fortassis ratione, quoniam religionis contemptus adsolum Deum pertinet, cujus nomen & numen per hunc contemptum læditur, si parum religiose jusjurandum servetur, cujus tamen ipse Deus testis & vindex, invocatus est, adeoque Imperator & legislatores nulla animadversione humana & temporali in judicio divino opus esse putaverint, quia divinum judicium per se satis grave & intolerabile futurum censebant pejeranti, uti eleganter deducit Nicolaus Reusmerus *lib.* 3. *dec.* 2. Petrus Theodoricus *in Colleg. Crim. disp.* 5. *th.* 8. *Lit. f.* & cum eo Carpzov. *in Proc. Crim. p. l. quæst.* 46. *n.* 22. *seqq.* ubi multis rationibus propugnat, de Jure Civili Romano, perjurium contra Deum etiam consulto & mala mente commissum, nullam pœnam temporalem, eamque determinatam mereri, qui simul in *n.* 30. conciliat *leg. nam sufficit* 22. *ff. de dolo malo.* dicens, quod JCtus Paulus in dicta lege non aliam perjurii pœnam indigitet, nisi vindictam divinam, cujus etiam fit mentio *in l.* 2. *C. de Reb. Cred. & Jure jur.* non minus etiam in *dict. quæst. n.* 32. 33. *seqq.* rescriptum Arcadii & Honorii *in l. si quis Major* 41. *Cod. de Transactionib.* quod jubet, eum qui transactionem, invocato omnipotentis Dei nomine confirmatam, violat, non solum infamia notari, sed etiam actione privari, soluta pœna conventionali, transactioni inserta, imo etiam dominio rei & omnibus emolumentis quæ ex transactione proveniunt privari debere: quod ibi de infamia facti, quæ scilicet in est opinioni hominum, non vero, quæ ipso jure vel ex Edicto aliquo irrogatur sermo sit, & quod non tam ipsius perjnrii quam violatæ transactionis & doli mali admissi pœna, quæ juxta *leg.* 1. §. 3. *ff. de dolo malo & l.* 1. *ff. de bis, qni not. infam.* infamia & privatio actionis, item omissio dominii & omnis lucri, ex transactinne percipiendi est, ibidem statuatur, quo brevitatis studio ductus, benevolum Lectorem remitto.

11 Non tamen ex præmiſſis quisquam inferat, perjurum & frivole jurantem, propterea nullam plane pænam temporariam, in foro ſoli pertimeſcere debere: Præterquam enim quod quam plurima exempla, tam in ſacris, quam profanis ſcriptoribus. occurrant, quæ pœnam perjurii & levitatis circa juramenta admiſſæ ſatis probent: Communi ſane conſvetudine receptum eſt, ut tales improbi numinis divini contemtores extra ordinem, a Magiſtratu, pro modo & ratione ipſius delicti, veluti relegatione, carcere, aut pecuniaria mulcta puniantur, vid. Matth. Stephani *ad art.* 107. *Ordin. Crim. Caroli V.* Hinc etiam ſecundum Jus Canonicum perjurus non ſolum excommunicatur, *can. fin. cauſ.* 22. *quæſt.* 1. *& can. animadvertendum* §. *cum ergo* 22. *quæſt.* 2. ſed etiam infamia notatur, *C. infamis* 6. *quæſt.* 1. *& cap. querelam de Jurejur.* Et in duobus caſibus etiam digiti priores duo, quibus erectis perjurium fecerunt, ipſis amputantur, juxta *Ordinat. Crim. Caroli V. art.* 107. *& art.* 108. & Conſtitutionem Electoris Saxoniæ Auguſti, *part.* 4. *conſt.* 48. Videlicet quando (1.) quis relegatus, Urphedam vel cautionem de non redeundo ante finitum tempus relegationi præfixum, & de non ulciſcendo carceris injuriam, quam incarceratus paſſus fuit, fregerit, de quo caſu loquitur *art.* 108. *Ord. crim.* & (2.) quando quis in judicio, juramento a judice delato conceptis verbis ſolennibus, ob certam pecuniam vel aliud lucrum captandum pejerat. Qvem non modo ad reſtitutionem pecuniæ reique cujus poſſeſſionem ob præſtitum perjurium adeptus eſt cogi, ſed etiam omnibus dignitatibus privari ac digitos priores ipſi amputandos, præcipitur *in art.* 107. ubi ſimul ſtatuitur, quod ſi ob perjurium præſtitum alteri innocenti pœna capitalis indicta & irrogata fuerit, pejerans, vel dolo malo alium ad pejerandum inducens, eadem pœna capitali affligendus ſit, quam perjurio ſuo alteri intentavit, in verb. **Wo aber einer durch ſeinen falſchen Eyd iemand zu peinlicher Straffe ſchwüre / derſelbe ſoll mit der** *Pœn* **/ die er fälſchlich auff einen andern ſchweret / geſtrafft werden: Wer ſolch falſch Schweren mit Wiſſen fürſetzlich und argliſtig darzu anrichtet / der**

12 **leidet gleiche** *Pœn.* In foro noſtro Magdeburgico abuſus nominis divini & perjurium doloſe committentes, item maledicentes, & ſibi

& aliis mala imprecantes pro qualitate & atrocitate delicti & circumstantiarum vel capitaliter vel etiam fustigatione, relegatione aut alia pœna arbitraria coerceri debent, uti patet ex *Ordinat. Polit. Ducatus Magdeburgici, de Anno 1688. cap. 64* §. 2. verb. Da aber iemand GOttes Nahmen mißbrauchen / und bey unsers HErrn und Heylandes JEsu Christi Wunden / Marter / Leiden / Sacramenten und dergleichen Fluchen / leichtfertig Schweren / sich bey Teuffel holen vermessen / ihme selbsten GOttes Straffe oder einem andrrn etwas böses anwünschen wird / derselbe soll Innhalts der göttl. Rechte / des H. Römischen Reichs Deutscher *Nation Constitutionem* und Policey / so wohl Käyser Carls des V. peinlicher Gerichts-Ordnung nach Gelegenheit der Umstände am Leben / oder mit Staupenschlagen / oder mit Landes-Verweisung / oder willkührlich gestrafft / und die Straffe unnachläßig vollstrecket werden.

In civitate Hallensi de pœnis eorum, qui frivole & temerarie 13
jurant, & perjurium commiserunt, specialis dispositio legitur, in der Regiments-Ordnung der Stadt Halle / quæ a Friderico Wilhelmo Magno, Electore Brandenburgensi, piissimæ memoriæ, anno 1687? revisa ac confirmata fuit, in *Art.* 10. *cujus* verba ita sonant in §. I. Obwohl die Flüche und Schwüre denen Läfterern gemeiniglich auff ihren Kopff fallen / und die meisten greulich umkommen: so wollen wir doch / daß solches auch von weltlicher Obrigkeit nicht ungestrafft / sondern die Flücher und andere so leichtfertig / liederlich und unbesonnen schweren / nach Gelegenheit der Umstände mit Geldbussen / Gefängnissen / Halß-Eisen / Landes-Verweisung / oder nach Befindung mit härterer Straffe beleget werden sollen / bevoraus weil itzo fast alle Winckel des Lästerens / Fluchens und leichtfertigen Schwerens voll seynd / und hingegen der göttliche Fluch an allen Orten aus der massen herrschet / daß der meiste Segen verschwinden will. & in §. subsequente 2. Ob auch wohl ein ieder Meyneyd / und derjenige so falsch schweret / GOttes gerechten Zorn und Rache ohnfehlbar zu gewarten hat / so soll doch derowegen keiner so wissent-

sentlich einen falschen Eyd geschworen / oder sonsten wider Pflicht / und Eydbrüchlich oder gefährlich und vorsetzlich gehandelt / zeitlicher Straffe befreyet seyn / als da ist Landes-Verweisung / Abhauung der Finger / Staupenschlag / und dergleichen. Jedoch ist hierbey gute Vorsichtigkeit zu gebrauchen / uñ unter denen vorsetzlichen uñ unbedachtsamen Schweren und Mein-Eydigen gebührender Unterscheid zu halten.

Observet igitur unusquisque hanc Cautelam generalem, ne
14 damna & pœnam incurrat. Dum vero in §. 9. hujus Sectionis dixi-
15 mus, Personas Judiciales, & in judicio versantes, Cautelas seu cautiones adhibere debere, operæ precium erit nunc in specie, circa personas judicii considerationem instituere, & quid unusquisque circa juramenta cavere debeat, in distinctis capitibus ostendere, ita quidem, ut in *Capite secundo* Judicantium & ministrorum Judicii: in *Tertio* partium litigantium, Actoris scilicet & Rei: in *Quarto* Advocatorum, in *Quinto* Testium, & demum in *Sexto* accessoriarum personarum Cautelæ seu cautiones, speciatim ostendantur, & de singulis singulatim agatur.

CAPUT II.

DE CAUTELIS JUDICANTIUM ET MINISTRORUM JUDICII.

1 QUantum Personas judicantes attinet, per eas tam judicem proprie ita dictum ordinarium, quam etiam Assessores Judicii, qui forte cum ipso judice tanquam capite unum Collegium vel corpus constituunt, & ad lites dirimendas & decidendas juxta præscripta legum a Majestate vel Principe Majestatem habente, constituti sunt, intelligo, confer Zieglerum de jure Majestatis *lib. 1. cap. 29.* ubi late ostendit, quod omnis Magistratus potestas, tum quoad originem suam, tum quoad latitudinem, tum denique quoad totum suum esse & operari, a principe Majestatem habente, dependeat, & nunquam quicquam sine ejus tacito vel expresso consensu efficere possit. De his personis notum est, quod secundum Jus commune civile nemo judicantis officium accipere, eoque fungi debeat, nisi prius Sacramento

to h. e. Juramento ad hoc officium ſe obſtrinxerit,,quod omni modo cum veritate & legum obſervatione judicare velit *vid. textum in l. rem non novam* 14. *C. de judiciis, in verb. cui enim non eſt cognitum, antiquos judices non aliter judicialem calculum accepiſſe, niſi prius Sacramentum præſtitiſſent. omni modo ſeſe cum veritate & legum obſervatione judicium eſſe diſpoſituros. add. auth. Hodie jurant. C. eod. & Novell. 8. c.* 1. *in verb. Jusjurandum dare.* Quod etiam in Imperio noſtro Romano- 3
Germanico adhuc hodie præcipitur in *Ordinat. Camerali. part. 1. tit.* 57. quales formulæ juramentorum legi poſſunt *in Ordinat. Camer æ Imperialis p. 1. tit. 57. & in Conſtitutione* **von Eyden / derer bey dem Cammer-Gericht befindlichen Perſonen** *in princ. & tit.* 1.

Cautela igitur erit (1) pro judicantibus, imo omnibus officiali- 4
bus judicii, ut in principio ſtatim, antequam munus ſuſcipiant, ad hoc ipſum, de fideliter adminiſtrando officio, ſibi demandato, ſemel pro ſemper juratam promiſſionem præſtent, quo ipſo effugere poterunt reiterationem juramentorum, ad quam de Jure Civili judicantes obſtricti erant, ita ut in ſingulis cauſis juramenti religionem præſtare tenerentur *per l. 14. & Authent. Hodie Cod. de judiciis & ad eam Richter. n.* 1. Ad quem morem etiam procul dubio reſpexerunt fundatores 5
legum, circa judicia Salinarum Hallenſium promulgatarum, dum ſingulis annis **bey der ſo genandten Beſatzung der Thal-Güter/ welche** regulariter in Vigilia Thomæ Apoſtoli **zu geſchehen pfleget/** in curia, in conſeſſu, **ſo wohl des Engern als weitern Rathes/** omnes Officiales, qui ad adminiſtrationem alicujus officii, ad futurum annum electi ſunt, **als der Herr Saltz-Gräfe und die ihm zugeordnete Ober- und Unter-Born-Meiſter/ desgleichen der Beutel-Herr und die übrigen 3. Vorſteher / wie auch die vier Vorſchläger und 6 Amts-Knechte / darunter auch der Thalvoigt gehöret** / non obſtante hoc, quod jam tum antea juramentum præſtiterint, hoc ipſum juramentum reiterare & præſtare tenentur, quæ reiteratio itidem obſervatur **bey denen Saltzwürckern oder Kothmeiſtern** vid. beati D. **Friedrich Hohndorffs** *Conſiliarii hujus Ducatus meritiſſimi* **Hälliſches Saltzwerck** *cap.* 14. §. 1. *& cap.* 25. *pag. mihi* 146. *fac. b. & 147.* At quoniam hodiernis moribus pro quovis offi- 6

ciali sufficit, si in ingressu semel Jusjurandum de fideli futura administratione præstiterit, quam observantiam expresse probat die Römische Käyserliche Cammer-Gerichts-Ordnung *dict. tit. 57. p. 1. in verb.* Ein ieder zuvor und ehe denn er auffgenommen wird/ einen Eyd zu GOtt schweren ꝛc. Item die verneuerte Hoffraths-Ordnung Käysers Ferdinandi III. *de Anno 1654. tit. 1. §.* und weil dann ꝛc. cum qua concordat observantia Judiciorum Saxonicorum, uti patet ex *Resolutione gravaminum Electoris Johannis Georgii II. sub Tit.* Von Justitien-Sachen §. *77. vers.* Ein ieder/ seiner schweren Pflicht ꝛc. item observantia reliquorum Judiciorum Ducatus Magdeburgensis, hinc Potentissimus Rex Borussiæ, Dominus noster longe Clementissimus, hanc supervacuam annuam reiterationem Juramentorum prævia causæ cognitione, circa omnes judicii Salinatorii personas abrogavit, sane justissimis ex causis:

7 Cum enim primum ad officium præstitum juramentum unicum tantæ habeatur efficaciæ, ut deinde semper repetitum censeatur in singulis causis, uti communiter tradunt Dd. Schneidewin ad *tit. Institut. de Satisdat. n. 5.* Ummius *ad proc. disp. 9. thes. 2. n. 7.* Johann Sichard *ad l. 2. C. de Jurejurando propter calumn. dando n. 2.* Setser *de Jurament. lib. 5. cap. 1. n. 3.* Ziegler *de Officio Jud. concluss. 16. §. 24.* Richter *ad Authenticam hodie Cod. de Judiciis n. 5.* in tantum, ut vigore istius juste judicare præsumantur. Hiltrop *in proc. Jud. part. 3. tit. 2. rubr. qui jurant de calumnia n. 18.* certe nemo diffiteri poterit, quin talis supervacanea reiteratio juramentorum sapiat vanam, adeoque prohibitam invocationem nominis divini, & hinc merito rejicienda
8 sit. Verba Rescripti clementissimi ad Regimen Ducatus Magdeburgici emissi, ita sonant:

Friedrich der dritte/ Churfürst ꝛc.

Uggz. In Eurer unterthänigsten Relation vom 28. Dec. nechst abgewichenen Jahres haltet ihr ohnmaßgeblig dafür/ daß die drey abwechßlenden Mittel der dortigen Ober-Born-Meister füglich auff 2. reduciret / und in deren ieden so lange viere gelassen werden könten/ biß davon noch 2. abstürben: Wie auch/

daß

daß es bey der alljährigen Vereidigung der Saltz-Meistere wohl verbleiben müste / hingegen aber der Saltz-Gräfe die abwechselnde Bornmeistere / wie auch der Born-Secretarius, nebst denen Gerichts-Dienern uñ Amts-Knechten ihre Pflicht bey Antretung ihrer Verrichtungen / einmahl ablegen / und mit deren Wiederholung zu verschonen seyn möchten; Weilen wir uns nun diese Vorschläge gnädigst gefallen lassen / so habet ihr solches alles bey unsern Thal-Gütern darnach einzurichten / daran ꝛc. Geben zu Magdeb. den 16. Jan. 1699.

Friedrich

C. von VVartenberg.

An die Magdeb. Cammer.

Obstricti sunt itaque omnes Judices vi præstiti juramenti, ita 9
judicare, ut sint inculpabiles coram DEO, & in conscientia illæsi, &
coram Principe constituente irreprehensibiles, quæ plerumque clau-
sula hac, juramentis in fine adponi solita, efferuntur. **Daß sie es gegen GOtt / ihr Gewissen / und uns verantworten können.**

Cautela quoque (2) quoad juramenta Judicis & Assessorum 10
propria erit hæc, ut Judices & Assessores secundum præstitum Juramentum fideliter & juste in judicio procedant, & semper cogitent, se injuste faciendo & judicando maledictionem sibi comparare, quam DEus in verbo revelato omnibus male judicantibus comminatus est *Genes. cap. 18. v. 25. Exod. 22. vers. 22. & 23. Deuteronom. 10. vers. 10. & in alis complurimis locis.* Hinc juxta observantiam quorundam locorum 11
etiam in formula juramenti hæc verba inserta leguntur: **Daß ihn GOtt in seiner letzten Todes-Stunde und am Jüngsten Tage bey dem strengen Gerichte also richten solle / wie er ieder Part in seinem Richts-Amte hier richten würde:** uti in Civitate hac tam in juramento judicis civitatis, quam etiam Salisgravii, reperitur! quoniam & hæc clausula horrorrem cuivis judicanti incutere poterit, ut caute circa officium judicandi versetur, quoniam non saltem in articulo mortis, sed etiam aliquando in extremo mundi judicio, Deo justissimo judici, de omnibus dictis, factis & judicatis, rationem ex-

actiſſimam reddere tenentur, uti *ex II. libro Paralipomen. cap. 19. verſ. 6.*
12 latius deducit Ziegler, *de officio Judicis, Concl. 16. & ſeqq.* quo etiam accedit, quod judicantes ſecus facientes etiam hac in vita Principis Superioris conſtituentis iram & juſtam indignationem incurrant, qui cauſas avocare & male judicantes in judicio pro qualitate delicti ab officio removere vel aliis pœnis afficere; quin & pars læſa ipſos ad intereſſe actione Syndicatus convenire poteſt *ſecund. Ordinat. Came-*
13 *ral. p. 3. tit. 53. §. 6* Zieglerum *de offic. judic. concl. 12. §. 8. & 32.* Sed objiciat aliquis caſum, ubi quidem unus vel aliquis judicantium deprehendit, actorem vel reum, cauſam injuſtam fovere, adeoque petitis ejus injuſtis annuere recuſat; reliqui vero Collegæ ſeu Aſſeſſores judicii, per majora vota, injuſtum quid concludunt, quoniam forte per imprudentiam ſtatum cauſæ,& quid circa illum jutis ſit,igno-
14 rant: Quæritur ergo, qua Cautela illi ipſi, qui pro juſtitia cauſæ diſſenſeru nt, conſcientiæ conſulere poterunt? Sæpius enim fieri ſolet, ut etiam illiterati ad judicia præſertim inferiora,tanquam Aſſeſſores,ſecundum conſvetudinem in civitatibus promoveantur. Qvamvis vero Principes vel Magiſtratus talia judicia inferiora conſtituentes, eo proſpicere debeant, ut illiterati ſic dicant ſententiam, ne ſuper leges & rationem ſibi Autoritatem ſumant, & rectius monenti judici vel Aſſeſſori major etiam pars & errantium numerus cedere cogatur, cum vota non tam numeranda, quam ponderanda ſint in judicio, uti bene monuit Georg Schulz *in Synops Judiciaria* §. 12. *ex leg.* 1. *verſ ſed neque multitudine Cod. de veteri jure enucleando.*

15 Si tamen prudentiores & ſaniores cedere cogantur, tranquillitati conſcientiæ optime conſulere,& hacCautela(3) uti poterunt,ut de diſſenſu ſuo rationabili, publice coram Syndico vel Actuario judicii proteſtentur, & hunc Actis conſignari faciant; vel etiam ad Superiorem cauſam referant,ejusque deciſionem petant. Et hac cautela poterit etiam inferior judex tunc uti, ſi forte caſus ipſi occurrat, ubi Acta & probata ipſius propriæ conſcientiæ & ſcientiæ indubitatæ deprehendit contraria, quoniam & tunc Judicantis officio ſuperſedere, & cauſam cum relatione una cum Actis ad ſuperiorem deferre, ſimulq; ſcientiam ſuam deducere poterit,ut ibidem decidatur, veluti docue-

runt.

runt. Franzkius *l. 2. resolut. 22. per tot.* Excell. Dn. Struvius præceptor etiam in cinere mihi venerandus, *in Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 44. thes. 5.* Mev. *in Discuss. levam. inop. debit. cap. 2. n. 22.*

Secus tamen in Judice superiore esse, eumque secundum con- 16
scientiam pronunciare debere, defendit Anton Faber *in Cod. lib 7. tit. 14. def. 7.* dummodo hæc ipsius conscientia fit conformis dispositioni juris, & conscientiæ bonæ, uti cavetur *in C. ac non solum de Reg. Jur. in 6. add.* Seraphin de Seraphinis *de privilegiis Juramentorum privileg. 2. n. 8.* ubi addit, Martin Beneckendorff *in notis ad h. n.* 8. quod cum Judex hoc facere (irrequisito superiore scilicet) velit, jurare teneatur, quod sine ulla affectione erga aliquam partem ex sua conscientia judicare velit. Hinc & judicem sequi debere regulas Juris & 17
non propriam conscientiam, quæ legibus adversatur, consulit idem Seraphinus *d. l. n. 9. allegans Alexandrum in Cons. 18. Col. per Vol. 3. & Marsiliũ cons. 18.* addatur etiam Franzkius *lib. 2. Resol. 22. n. 7.* ubi de supremis. Principum Tribunalibus asserit, quod hæc secundũ scientiam propri- 18
am judicare teneantur, cum quo sentit etiam Struvius *ad tract. Antonii Matthæi de judiciis c. 11 thes. 13.* Jac. Ayrer *in Proc. Historico part.* I. *cap. 8. observ. 2. per tot.* Probe quoque (4) advertet judex, an res seu causa in 19
judicium deducta talis sit, ut super hac juramentum deferri, atque Reus ad præstationem ejus condemnari possit. Nam plures dantur causæ, quæ delationem juramenti non admittunt, uti in Sectione secunda de rebus seu causis docebimus. Quod si vero certus sit judex, 20
quod negocium controversum admittat delationem juramenti, (5) sententiam desuper ferat, & pronunciet, Reum juramentum vel acceptare & præstare, vel conscientiam probationibus defendere debere, nemo enim ad præstationem juramenti admittendus est, priusquam a Judice jurare fuerit *jussus, per l. generaliter* 12. *ibi: sed juramento illato, cum hoc a partibus factum fuerit, & a judice approbatum, C. de reb. cred. & jurejurand.* quare juramentum voluntarie, absque jussu judicis præstitum nihil relevat. *Mev, ad jus Lubec. pag. mihi 916. n.* 2. adeoque reus ad illud non admittitur, nisi prævia Juris cognitione. *Id. ibid. n. 7.* Nemini quoque (6) probatio pro salvanda conscientia de- 21
neganda est, quamvis a judice expresse reservata non fuerit, quo-

22 niam ipſo jure competit; ut infra demonſtrabimus. Relinquat etiam (7)
Judex ei, cui delatum eſt juramentum, certis caſibus, poteſtatem re-
ferendi Juramentum, præſertim ubi negocium non ſolum conſcien-
tiæ, ſed etiam ſcientiæ alterius commiſſum fuerit, **wenn die Sa-**
che ins Gewiſſen / Wiſſenſchafft und Wohlbewuſt geſchoben
23 **wird** / de quibus infra. Attendat quoque Judex, (8) an jurare juſſus, fa-
tale oblationis obſervaverit, & in ipſo termino præſtationis juramen-
ti uterque & deferens, & cui delatum eſt juramentum in judicio com-
pareat, quod ſi enim horum unum neglectum fuerit, juramentum
24 vel pro deſerto vel pro præſtito per ſententiam pronunciabit. Non
minus (9) incumbit judici providere, ut juſte & conveniente forma ju-
ramenta præſtentur: ſiquidem deferens regulariter de calumnia ju-
rare (**den Eyd vor Gefährdr ablegen**) alter vero juramentum
25 principale (**den Haupt-Eyd**) præſtare tenetur. Forma autem Jura-
menti cujusvis duplex eſt, nimirum *ſubſtantialis vel intrinſeca*, & *acci-*
26 *dentalis* vel *extrinſeca*. Quantum ad *formam intrinſecam & ſubſtan-*
tialem pertinet, illa conſiſtit in religioſa invocatione nominis divini,
qui enim jurat, Deum omniſcium non ſolum teſtem veritatis, ſed et-
jam vindicem perjurii invocat, & expoſcit. *per l.* 41. *ibi invocato Dei*
omnipotentis nomine Cod. de Transact. cap. etſi 26. *de Jurejurando.*
27 *Reformatio Francofurti ad Mœn. part.* 1. *tit.* 24. §. 2. Quæ invocatio
nominis divini in vernacula noſtra per illa verba exprimitur: **So**
wahr mir GOtt helffe und ſein heiliges Wort. Nonnunquam
etiam per hæc verba: **So wahr mir GOtt helffe durch unſern**
HErrn JEſum Chriſtum / amen. Quæ formulæ ad idem ten-
dunt & pro æqui pollentibns merito habentur, adeoque pro uſu cu-
jusvis loci vel judicii retineri poſſunt; Siquidem Deus per verbum
Evangelii tanquam medium nos ſalvat, & huic ipſi Apoſtolus Paulus
vim ſalvificam attribuit. *Rom.* 1. *v. 16.* atque Dominus noſter JEſus
Chriſtus cauſa efficiens & acquirens ſalutis noſtræ verbum eſſentia-
28 le Patris vocatur ab Evangeliſta *Johanne cap. I. v.* 1. Caveat ergo in ter-
ris proteſtantium Judex, ne (10) præſcribat litigantibus Evangelicæ re-
ligioni proteſtantium addictis, formulam pontificiis uſitatam, quam
præſcripſit Ordinatio Provincialis Bohemiæ Ferdinandi II. quæ jubet

Pon-

Pontificios *jurare*, per Deum, ſanctam matrem Dei Mariam, & omnes Sanctos: ſiquidem per ſolum Deum *jurandum*, illumque ſolum invocandum eſſe apud noſtrates conſtat ex verbo divino. *Exod. XXIII. Deut VI.* 13. *& c. X. Matth. V.* & communi noſtrorum Theologorum, non minus quam JCtorum concluſione ac unanimi conſenſu vid. Beuſt. *ad l. 5. n. 5. & ſeqq. ff. de Jurejurand.* Setſer. *de Jurejur. lib. 1. c. 15.*

Neque etiam (1) permittat Judex *juraturum*, ſi loco ſolennis & 29
ut loquimur, corporalis *juramenti* in*juncti*, ſaltem *promiſſionem* facere velit, *ſub verbo veritatis æternæ* (**bey dem Worte der ewigen Warheit**) quamvis enim verba hæc, quoad vim obligandi in conſcientia verum *juramentum* contineant, quoniam per verbum æternæ veritatis ipſe filius Dei, ſi non expreſſe, tamen implicite intelligitur, & invocatur, uti communiter docent *Doctores* Juris Saxonici Matth. Berlich. *p. 2. concl. 21. n.* 34. Carpzov. in *Jurispr. Forenſ. part. 2. conſt.* 16. *def. 6.* adeoque promiſſionem ſuam quilibet obſervare obſtrictus ſit, ne notam impietatis incurrat & conſcientiam lædat. Carpz. *p. 2. conſt. 36. def. 8. n. 1.* Certum tamen eſt & pro cautela tenendum, quod ubi actus ſuper quo *jurandum* eſt, præſtationem *juramenti* corporalis ſeu ſolennis pro forma requirit, qui ex uſu fori, **ein cörperlicher gelehrter Eyd** dicitur, & ubi de pœna per*jurii* agitur, tunc promiſſio illa, ſub verbo æternæ veritatis facta non ſufficiat, neque veri *juramenti* corporalis vires & efficaciam habeat, *Carpz. d. l. n. 3. & 4.* ex ratione, quod ubi certa & ſolennia verba pro forma requiruntur, ea per æquipollentia adimpleri non poſſint, *per l. 3. §. fin. & l. 33. de Jurejurand.* Weſenbec. *in paratitl. ff. eod. n. 6.* Carpzov. *in tract. de Juribus fœminarum ſingularibus Dec. 4. poſit. n. 6. & 14.* & quæ in genere de forma quod non poſſit adimpleri per æquipollens, docuit Auguſt. Barboſa *in Theſauro locupletato lib. 6. cap.* 20. *axiom.* 11. qua ratione moti, Dd. 30
Saxonici, concludunt, renunciationem beneficiorum muliebrium, ſi uxor pro mariro intercedat, non niſi ſolenni & corporali *juramento*, prævia certioratione & diligenti explicatione in *judicio*, præſente curatore litis fieri poſſe, & aliter factam non valere: quamvis ſub hac clauſula, **bey dem Worte der ewigen Warheit** renunciatio facta fuerit. Carpz. *Jurisprud. Forenſ. part. 2. Conſt. 16. def. 6. & part. 2. dec.*

199. item Johann Philippi *ad dec. Elect. Saxon. 25. observ. 2.* quamvis ſecundum Jus Canonicum, & conſvetudinem aliorum locorum, ubi formale juramentum non requiritur, contrarium defendat Goſwin. ab Esbach ad *Carpzov. p. 1. conſt. 32. def. 20. n. 12. addatur* Brunnemann *ad leg. fin. ff. ad SCt. Vellej. n. 19.* qui ſe ita conſuluiſſe teſtatur. Nec opinio prius unquam fœminæ conſcientiam addet ſecuram, ſi a nexu obligationis ſe liberare velit, quod non addiderit verba: **ſo wahr mir GOtt helffe:** Si enim verbo æternæ veritatis repudium miſerit, nullum ſalutis æternæ aut auxilii divini reparandi remedium ſupereſt. add. Franciſc. Burſatus *conſ.* 115. *n.* 21. *ubi de renunciatione SCti Vellejani agit eamque juramento firmatam obligare docuit.*

31 Huc referri poteſt etiam renunciatio hereditatis. Quamvis enim ſecundum Jus Civile omnis ſollicitudo, adeoque etiam omnia pacta & renunciationes de futura viventis hereditate improbentur *per L. 15. & L. fin. C. de pact.* Licet mediante Juramento facta fuerint *per text. in l. non dubium 5. Cod. de Legib. ibique Dd.* nihilominus tamen ſecundum Jus Canonicum, ſi talia pacta vel renunciationes mediante juramento factæ fuerint, firmæ habentur, *per cap. quamvis de Pact. in 6. Alexander Raudenſis Reſp. 9. n. 39. D. Joh. Otto Tabor in Relat. Argentorat. Relat. 69. n. 4. Kellenbenz de Renunciat. quæſt. 2.*

32 *ubi plurimos Autores allegat.* Quod ſi igitur talis renunciatio in *j*udicio mediante juramento perficienda ſit, judex proſpiciat, ut renunciatio fiat conceptis verbis juramenti, **bey dem Worte der ewigen Warheit / und ſo wahr mir GOtt helffen ſoll.**

33 Caveat etiam (12) *j*udex admittere talem renunciationem, quæ fit per verba **an Eydes Statt**/quoniam talis renunciatio ubi corporale vel formale juramentum requiritur, non ſufficit, uti ſuperius probavimus, ſiquidem verba: *Ita me Deus adjuvet,* deficiunt, & quæ pro forma requiruntur, omnino formaliter debent impleri. Rauchbar. *p. 1. q. 34. n. 16. aliquot præjudicia allegans* Carpz. *p. 2. dec. 194. Brunnem. conſ. 89. n. 25.* Dn. Præſes *in uſu pandectarum moderno lib. 12. tit. 2.* §. 14. Ubi dicit, quod intuitu datæ fidei promittens ſub hac clauſula, nihilominus in conſcientia obligetur, ac ſi verum ſolenne & corporale juramentum præſtitiſſet, & promiſſa non ſervans perjurus fiat.

add.

add. Mev. p. 3. dec. 270. n. 3. & 4. ubi simul docet, quod hodie in Germania per communem consvetudinem receptum sit, ut non attenta Juris Civilis veteris prohibitione, talia pacta successoria etiam absque interventione juramenti valeant, adeoque etiam renunciationem hereditatis, sub formula, **an Eydes-Statt** factam valere debere, asserit: allegans Matth. Colerum *consil. 36. n. 15.* quin & ipse Mevius *in consil. 52. sub no. 91. & conf. 64. dicit:* quod tam hæc formula, **an Eydes-Statt**/ quam etiam quævis alia promissio loco juramenti corporalis facta, in judiciis Germaniæ, communi consuetudine, vim & effectum corporalis juramenti habeat, ex ratione, quod intentio personarum, quæ hac clausula utuntur, ea sit, ut jurare, & promissa juramento firmare velint: & qua quodlibet Juramentum, quod sine dispendio salutis æternæ, & sine læsione juris publici servari potest, omnino servandum est. *per c. 1. & cap. quamvis de pact. in 6.* Tutissimum ergo erit, respicere ad mores cujusque Regio- 34.
nis an ibidem Jus commune adhuc receptum sit, an vero ab eo secessum fuerit. Hinc cum in Saxonia per jus commune Saxonicum, 35
juxta art. 13. verb. **Hätten sie auch ihre Erbtheilung daran verlobet / der sollen sie entbehren** &c. concedatur renunciatio hereditatis, contra jus Civile, valida utique erit renunciatio hereditatis coram judice & testibus facta, etiamsi juramentum non accedat. Hinc 36
filius majorennis paternæ hereditati valide absque juramento in judicio renunciat: dummodo renunciatio ipsi patri, de cujus hereditate quæritur, vel ex ejus consensu alii facta fuerit, uti ostendit Carpzov. *p. 2. const. 35. def. 8. & 10.*

In filia vero speciale quid constituit Elector Saxoniæ Augustus 37
p. 2. Const. 35. ubi disposuit, quod filiæ renunciatio non aliter, nisi mediante juramento corporali fieri debeat; per quam dispositionem Jus Canonicum hoc in casu specialiter in usum revocatum fuit, eatenus scilicet, ut juramentum præstitum corroboret renunciationem. In foro nostro Magdeburgico, quin dispositio Juris Civilis observan- 38
da sit, non dubitandum, cum expressus textus legatur, **in der** præfatione **der** *Anno 1688.* publicir**ten Policey-Ordnung** in verb. **Im übrigen aber die gemeine beschriebene Käyserliche Rechte / so weit**

weit wir denenſelben aus Landes-Fürſtlicher Hoheit nicht derogiret haben / ſo wohl bey der Regierung als in Schöppen-Stuhl und allen andern Gerichten des Hertzogthums Magdeburg in procedendo, ſententionando & judicando beobachtet werden. Adeoque etiam in foro noſtro renunciatio hereditatis futuræ prohibita cenſetur, neque in judicio facta valebit, niſi juramento renunciantis confirmata fuerit. Quo caſu magis ad ipſum juramentũ, quam transactionem reſpiciendũ eſſe pietatis & æquitatis ratio ſuadet.

39 Ex deductis nunc facile decidi quoque poterit ea quæſtio: An judex in eo caſu, ubi Principi, Comiti, Baroni, aut alii perſonæ ſumma in dignitate conſtitutæ, præſtatio juramenti ſolennis & corporalis per ſententiam impoſita fuit, admittere poſſit, ut juraturus ſaltem promiſſionem det, bey Fürſtlichen / Gräfflichen / Freyherrlichen oder Adelichen Ehren / Treu und Glauben.

40 Quamvis enim notiſſima Germaniæ conſvetudo his promiſſionibus illuſtrium & in dignitate conſtitutarum perſonarum, ſub ſplendore dignitatis factis, multum tribuat, ita ut illæ inſtar juramenti promittentem obligare ſtatuant, Dd. Matth. Weſenbec, *vol.* 1. *conſ* 10. *n.* 41. Matth. Coler *de Proc. Execut. p.* I. *c.* 10. eamque conſvetudinem in Camera Imperiali receptam eſſe teſtentur Andr. Gail. *lib.* 2. *obſ.* 59. *n.* 6. Mynſinger *cent.* I. *obſerv.* 47. Meichsnerus *deciſ. Imperial. dec.* 1. *n.* 3. *Brunnem. Conſ.* 1. *n.* 48. *ubi multos Autores allegat.* Nihilominus tamen hanc promiſſionem non procedere in cauſa, ubi ſolenne, verum & formale juramentum perſonæ impoſitum fuit, oſtendit Carpz. *p.* 2. *conſt.* 36. *def.* 9. *n.* 2. Rationem ſatis elegantem ſubminiſtrat *Dn. Præſes in uſu moderno lib.* 12. *tit.* 2. §. 15. quod ſcilicet in his verbis, nihil aliud contineatur, quam enixior expreſſio fidei ſervandæ, quæ tamen promiſſio cum juramento nihil commune habet; quamvis lubentiſſime concedat, violatorem fidei ſub hac formula datæ, majorem turpitudinem

41 incurrere. Cautela ergo erit pro judice, ne tali promiſſioni credat, ſed potius formale juramantum a promittente poſcat. add. Math. Berlich. *p.* 2. *concl.* 21. *n.* 39. Mev. *p.* 1. *dec.* 146. *n.* 2. & Beneckendorff *ad tract. Seraphini de Privilegiis juram. in præfat. n.* 20. *ſeqq.* Siquidem & ipſi Principes ad præſtationem juramenti corporalis ſolennis adſtricti

ſtricti tuerunt, teſte Grævæo *lib. 2. concl. 49. n. 13. &* Fabricio *ad Gailii lib. 2 obſ. 59. ſect. 10.*

Sed quæſtio hic moveri poteſt: quomodo judex caute procedet 42
circa formam juramenti intrinſecam, ubi lis inter Chriſtianum & infidelem, puta Turcam & Ethnicum agitur, & Actor in caſum deficientis alterius probationis, reo infideli juramentum defert: Num Ethnicus infidelis juxta conſvetam Chriſtiani formam, **ſo wahr mir GOtt helffe und ſein heiliges Wort:** an vero per genium ipſius proprium, quem Ethnicus pro Deo veneratur, item Turca per Mahumetem juramentum delatum præſtare teneatur? Pro negativa fa- 43
cit (1) quod hominibus piis & fidelibus vetitum ſit per Idola jurare, per verba Prophetæ *Amos cap. 8. v. 14.* verb. **die da ſchweren bey dem Fluch Samariä ꝛc.** ubi Lutherus in gloſſa marginali monet: **So nennet er den Abgott / darumb / daß ſie ſich daran verſündigten / und den Fluch verdieneten.** Quin & omnis mentio Idolorum pereat inter Chriſtianos *Exod. 23. v. 13. & Pſal. 16. v. 4.* adeoque tale juramentum a pio neque audiendum neque admittendum eſſe: Nam qui defert jusjurandum, ut juret per Mahumetem, eam religionem probare videtur. Secunda ratio dubitandi poterit eſſe hæc: 44
Quod ſi Turca vel gentilis habet ignorantiam invincibilem veri Dei, tunc deferendo ipſi juramentum, petitur ab eo, quod nequit licite facere, cum non agnoſcit Deum verum, quem nos Chriſtiani agnoſcimus, cum tamen ſecundum mandatum Dei per ſolum Deum verum jurandum ſit, non per falſos Deos, *Deut. VI. & Hebr. VI.* Sane 45
ſi ex Jure Civile deciſionem hujus quæſtionis quærimus, ex eo patet, quod quamvis Ulpianus *in l. non erit juratum 5. princ. ff. de Jurejur.* generaliter dicat, omne illud juramentum idoneum eſſe debere, per quod voluit quis ſibi jurari, & ſi ex eo fuerit juratum, Prætorem id tueri oportere, *& in* §. 1. *pergat.* Divus Pius Jurejurando, quod propria ſuperſtitione juratum eſt, ſtandum eſſe reſcripſit; ad quem textum Dionyſius Godofredus *in Comment. ſub n.* 27. hæc annotavit, quod ſuperſtitio hic accipiatur pro religione, & ſecta religionis cujusque, ut ſit ſenſus: Juramentum, cujuscunque ſectæ & religionis ſit inter eos qui ita juraverunt, ratum habere oportere: nihilominus

tamen ipſe Ulpianus *in* §. *3.* ſtatuit, quod ſi quis juramentum religionis publicæ improbatæ detulerit, hoc pro illicito haberi, & idem eſſe
46 ac ſi juratum non eſſet. Nam & apud Romanos quædam religiones publice probatæ, quædam vero improbatæ erant, uti patet *ex l. 4.* §. I. *ff. familiæ erciſcandæ.* Et non alii Dii admiſſi fuerunt, quam qui a Senatu Romano approbati erant, adeoque & novos Deos & advenas non admittit in ſuis legibus *Cicero in lib. 2. de Legib.* ex quo illuceſcit, tale juramentum ab homine religionis, publice improbatæ præſtitum, pro eo habendum eſſe, ac ſi nunquam præſtitum eſſet, dum illicitum dicitur, & pro Jurejurando non habendum eſſe diſponitur. vid. Hugo
47 Donell. *in Comment. ad Jus Civ. lib. 24. cap. 5. n. 3.* At quoniam juramentum eſt de jure divino, uti conſuluit Decius *Conſ. 432. n. 8. & conſ. 688. n. 13. per notata in cap. etſi Chriſtus. C. de Jurejurand.* Roland. a Valle *vol. 4. conſ. 98. n. 24.* adeoque in materia juramentorum non attendenda Juris Civilis diſpoſitio, ſed Canonica. *Id.* Roland a Valle *vol. 2. conſ. 99. n.* 22. cum hæc dijudicatio ſpectet ad Eccleſiam, *ut idem docuit ſub n. 12.* Videbimus quid in foro conſcientiæ ſit ſtatuendum?
48 Inter Pontificios Theologos Johannes de Dicaſtillo *in Tract. de Juramento diſp. 2. dubitat.* 13. defendit, quod fidelis, quando cogitur aliqua neceſſitate vel utilitate, poſſit petere juramentum a gentili, ita quidem, ut in communi petat juramentum per verum Deum, quod licite præſtare poteſt. Quamvis igitur poſtea Ethnicus ad hanc petitionem offerat juramentum per Idola propria, & paratus ſit ad juran-
dum, putat fidelem poſſe acceptare tale juramentum, quia acceptare non eſſet prohibitum, præſertim a parato ad jurandum, allegans
49 Sanch. *lib. 3. de Juram. cap.* 13. *n. 5. & 6.* Imo idem Dicaſtillo *d. l. ſub n.* 391. docuit, quod non præciſe ingens aliqua neceſſitas vel utilitas ad
50 hoc requiratur, ſed etiam minor ſufficiat. Quin & *n. 395. cum allegato Sanch.* ſtatuit, quod Ethnicus ex juſta cauſa a judice cogi poſſit, ut in judicio juret. Contra vero ſub *n. 396.* plane illicitum eſſe aſſerit, ſi aliquis formali & vera petitione ab Ethnico petat, ut juret per falſos Deos. Quoniam tunc cooperatio directa eſſet ad malum, & deferens juramentum tale, vellet id, quod intrinſece malum eſt, & daret anſam ſcandalo. Contra Tertullianus *Carthaginenſis Epiſcopus in libro*

bro de Idololatria cap. 21. plane non concedit, ut fidelis tale juramentum poſtulet vel audiat, aut acceptet ab Ethnico; verba ejus hæc ſunt: *Timiditatis eſt, cum te alius per Deos ſuos obligat, juratione vel teſtificatione quieſcis, nam æque quieſcendo confirmas majeſtatem falſorum Deorum. Quid refert Deos nationum dicendo Deos, an audiendo confirmes? Jures per Idola, an a alio adjuratus quieſcas? Cur non agnoſcimus verſutias Satanæ, qui quod ore noſtro perficere non poteſt, id agit, ut ſuorum ore perficiat, per aures inferens nobis idololatriam &c.*

Auguſtinus vero Epiſcopus Hipponenſis *in Epiſtola ad Publicolam* contrarium tenet: in verbis: *Movet te certe, utrum ejus fide utendum ſit, qui ut eam ſervet, per Dæmonia juraverit. Ubi te prius volo conſiderare, utrum ſi quispiam per Deos falſos juraverit, ſe fidem ſervaturum, & eam non ſervaverit, non tibi videatur bis peccaſſe: Si enim tali juratione promiſſam cuſtodierit fidem, ideo tantum peccaſſe judicaretur, quia per tales Deos juraverit: Illud autem nemo recte reprehendet, quia fidem ſervavit &c. ac per hoc qui utitur fide illius, quem conſtat juraſſe per falſos Deos, & utitur non ad malam rem, ſed ad licitam & bonam, non peccato ejus ſe ſociat, qui per dæmonia juravit, ſed bono pacto ejus, qui fidem ſervavit: Verum tamen ſine ulla dubitatione minus malum eſt, per falſum Deum jurare veraciter, quam per verum Deum fallaciter.* Et paulo poſt: *Alia ergo eſt quæſtio, qui per falſos Deos ſibi jurari fecit, quia ille, qui ei jurat, falſos Deos colit. Cui quæſtioni illa teſtimonia poſſunt ſuffragari, quæ ipſe commemoraſti de Laban & Abimelech. Si tamen Abimelech per ſuos Deos juravit, ſicut Laban per Deum Nachor: hæc inquam, alia quæſtio eſt, quæ me moverent, niſi illa exempla occurriſſent &c. & proinde ſicut non juras, ita nec alium, ſi hoc placet jurare, compellas, quamvis dictum ſit ne juremus, nusquam tamen in ſcripturis ſacris legiſſe meminerim, ne ab alio juramentum accipiamus. Alia vero quæſtio eſt, utrum ea pace debeamus uti, quæ inter alios invicem jurantes facta eſt? quod ſi noluerimus, ubi vivamus in terris? neſcio utrum invenire poſſimus. Neque etiam tantummodo limiti, ſed etiam univerſis provinciis conciliatur pax juratione Barbarica.* Huc usque Auguſtinus. qui etiam *in C. movet te 22. q. 1.* firmat, tale juramentum a pio homine admittendum eſſe. Quamvis Dominicus a Soto *in tract. de cavendo juramentorum abuſu part. 1. c. 6.*

52 53 54 55 56

& Covarruvius *in C. quamvis* §. *1. n.* 25. *part. 1. relect. pact. in* 6. illa verba Auguſtini: *Minus malum eſſe per falſum Deum jurare veraciter, quam per verum Deum fallaciter*, non admittat, quorum rationes adducit Setſer *de juramentis lib.* 1. *cap. 15. n. 44.* Auguſtino quoad reliqua ſe aſſocians, & in foro conſcientiæ Ethnici juramentum per falſos
57 Deos a fideli admitti poſſe ſtatuens. Cui etiam conſentit ab ipſo allegatus Lambertus Danæus *in Ethica Chriſtiana. lib.* 2. *cap.* 9. Adſtipulatur
58 his quoque Jacobus Tirinus. *Antverpianus Theologus, e Societate Jeſu, in Comment. ad Geneſin cap.* 31. §. 42. in verb. *Laban ibidem jurat per Deum Abraham & per Deum Nachor fratris Abrahæ, hoc eſt per verum Deum, quem colebat Abraham, ſimulac per falſos Deos, quos colebat Na-*
59 *chor, idololatra, parens Laban. Hoc ipſo exemplo Jacobi docent Theologi, licere fidelibus excipere juramentum, imo in neceſſitate etiam exigere ab infidelibus, licet ſciant, eſſe juraturos per falſos Deos. Quia nonniſi per-*
60 *miſſive ſe ad hæc habent fideles.* Quod enim Laban & Nachor falſos Deos coluerint, e Sacris patet *Joſuæ 24.* ubi dicitur. trans fluvium habitaverunt, patres veſtri ab initio, Thare, pater Abraham & Nachor, & ſerviebant Diis alienis, quare B. Luthérus *in Comm. ad Geneſin cap.* 31. ad verba hæc Labani, Deus Abraham & Deus Nachor, Deus quoque patris illorum &c. ita ſcribit: *intelligit autem Laban Deum patris, quem coluit Thare & Abraham, cum eſſet adhuc in Ur Chaldeorum.*

61 Inter Theologos Evangelicos Robertus Sanderſon, *Theologus Anglus* circa hanc quæſtionem Auguſtini ſententiam quoque amplectitur, *in lib. de obligatione conſcientiæ, tit. de juramenti obligatione Sect.* 3. ubi dicit, quod quamvis talia juramenta Ethnicorum ſint Idololatrica, cum detrahant cultum religioſum vero Deo, & attribuant falſo, tamen ea præſtita ab Ethnico jurantem ſub pœna perjurii obligare, ita ut perjurus fiat Ethnicus, qui fidem ſic datam in re licita violat, allegans *l.* 5.
62 §. 1. *ff. de Jurejur.* Aſt ſi quis objiciat: In falſis Diis nihil eſt numinis, ergo nomen divinum non invocatur, falſique Dii neque teſtes neque vindices perjurii eſſe poterunt, adeoque etiam hoc præſtitum juramentum per falſos Deos non eſt verum juramentum, neque juran-
63 tem obligabit: Huic reſpondebimus, quod quamvis in falſis Diis nihil ſit numinis revera, a jurante tamen per conſcientiam erroneam pro

Deo

Deo vero reputantur; cum igitur hæc jurantis opinio ſufficiat ud obligationem ejus in conſcientia, quamvis erronea, hinc facile ſequitur, quod quamvis præſtitum ab ipſo juramentum pro vero juramento abſolute ita ſumto, haberi non poſſit, cum verus Deus per hoc non invocetur; nihilominus tamen tale juramentum ex hypotheſi, pro vero juramento reputatur, intuitu jurantis; qui putat Idolum vel genium ſuum eſſe verum Deum: quæ ipſa opinio, quamvis ex erronea conſcientia profluat, ſufficiens eſt, ut obligetur Ethnicus ad præſtandum vel faciendum id, quod ſecundum conſcientiæ ſuæ judicium Juramento firmavit & promiſit, veluti Moraliſtæ docent, *vid.* Dn. a Soto *lib. 8. de Juſtitia & jure, quæſt. 2. art. 2.* Molina *tom. 3. de Juſtitia, diſp.* 64
579. n 13. Deus enim verus per violatam fidem offenditur, cum jurans ſub generali complexione etiam numen divinum intueatur, quamvis in falſis notis erret. add. Hugo Grotius *de Jure Belli & pacis lib. 2.* 65
cap. 13. Qui igitur per falſum Deum pejerat, vindicem perjurii verum Deum dupliciter ſentiet, uti dicitur *Sap. 14. verſ. 29. & 30.* in verb. **Denn weil ſie glauben an die lebloſen Götzen / beſorgen ſie ſich keines Schadens / wenn ſie fälſchlich ſchweren. Doch wird aller beyde Recht über ſie kommen / beyde deß / daß ſie nicht recht von GOtt halten / weil ſie auff die Götzen achten / und deß / daß ſie fälſchlich und unrecht ſchweren / und achten kein heiliges.** *add. v.* 31. ad quem textum ſupra allegatur Tirinus *in Comm.* 66
ſuo ad cap. 14. libri Sap. v. 30. & 31. ita loquitur: *Utrorumque pœna plectentur, nempe & idololatriæ & perjurii. Etſi enim Idola, per quæ iniqui jurant, pejerantes illos punire non poſſint, ideoque contemnentur a pejerantibus, non tamen idcirco impunè pejerabunt, quia pœna peccantium ſeu ultio, a vero Deo intentata & decreta ſingulis ſceleribus, ſemper vigil perambulat, puniens omnem prævaricationem impiorum, & conſequenter etiam horum pejerantium idololatriam, qui duplici modo injuſti, Deoque injurii ſunt, primo quia falſa jurant, ſecundo quia per falſos Deos jurant.*

Suadet etiam præter adducta loca & exempla neceſſitas publica 67
ut admittantur talia juramenta Ethnicorum, quia alias nulla eſſet commoda ratio, cum infidelibus pacem publicam faciendi & conſervandi. Quamvis enim infidelis per Deum verum noſtrum juraret, cum

tamen

tamen hoc ipſum Chriſtianorum Juramentum pro vero Juramento non haberet, decies pejeraret infidelis, & nomen Dei T. O. M. multo magis profanaretur, uti optime docuit Dn. Præſes *in uſu moderno ad Pandectas libro* 12. *tit.* 2. §. *8.* & poterunt huc referri quoque verba
68 Auguſtini, quæ ſupra §. 52. retulimus. Poterit ergo Judex concedere Chriſtiano, ut deferat Ethnico juramentum per verum Deum, ex juſta cauſa & in caſu neceſſitatis, ubi aliæ probationes deſunt; poteſt deinde etiam admittere, ut Ethnicus per genium ſuum juret, hac tamen adhibita cautione, ut diligentiſſimam admonitionem præmittat, Ethnicum ab idololatrico cultu Dei abſtinere, & verum Deum, creatorem cœli & terræ, per quem Chriſtiani jurant, invocare debere, proteſtetur quoque quod nec ipſe, nec deferens approbet cultum Ethnici idololatricum, ſed ſaltem utatur hoc medio, ut veritas aſſertorum aut promiſſorum exquiratur, ſimulque de perjurii pœna vitanda juraturum ſufficienter moneat, quam a vero Deo infallibiliter ex-
69 ſpectare deberet, quamvis per ſuum genium juraret; & tunc verba Auguſtini valebunt: *quod hoc modo neque Judex neque pars communicet malo vel peccato alieno, nec huic ſe ſociet, quod per falſum Deum juravit, ſed tantum bono pacto ejus, qui fidem dedit obſervare promiſit.*

70 Quid vero de Judæorum Juramentis ſtatuendum, ſi inter hos & Chriſtianos lis intercedat? quæ tota die apud nos in civitate noſtra, ubi improbum illud hominum genus domicilium invenit, in Judiciis civitatis præcipue, **denen Königl. Preußiſchen Berg-Gerichten**
71 frequentantur. Certe cum Judæi per Deum creatorem cœli & terræ jurent, per quem juravit Elieſer Abrahamo *Geneſ.* 24. *v.* 3. quamvis hunc ipſum Deum, per quem Judæi jurant, non agnoſcant Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti, inſuper per *Receſſum Imperii de anno* 1538. concedatur Judæis, ut præmiſſis certis interrogationibus & reſponſionibus, ſingulari formula Juramenti utantur, utique judex Chriſtianus vi legis imperialis hujus publicæ, ad praeſtationem Juramenti,
72 ſub hac formula præſcripta, Judæum admittere opus habet: dummodo adhibeat omnes iſtas ſolennitates, quæ in dicto Receſſu Imperii ſub titulo, **folgen die Eyde ꝛc.** Rubrica, **Form und Ordnung des Juden-Eydes** pro forma requiruntur, de quibus mox circa formam

ex-

extrinsecam juramenti plura dicemus. Add. Mynsinger *cent. 6. observ.*
20. ubi scribit, quod Judæus, si sub ea forma præscripta juramentum 73
præstiterit, tunc ad ejus observantiam non minus quam Christianus
compellendus sit, & si contraveniat, perjurium committat, & in-
star Christiani perjuri puniendus sit, ubi allegat Socinum *Vol. 1. cons.*
66. col. ante penult. in vers.

Quid porro circa formam juramenti intrinsecam judex obser- 74
vet, si inter litigantes diversæ, sed tamen in imperio nostro per pacem
religiosam adprobatæ religionis lis intercedat? Ubi actor Augustanæ
Confessioni addictus, reo Pontificio juramentum detulit? Num ad-
mittat judex, ut Pontificius juret, non solum per Deum; sed etiam per
Mariam, sanctam Dei matrem & omnes Sanctos? Quoniam hæc for-
mula apud Pontificios plerumque usitata, & in *Ordinat. Prov. Bohem.*
Ferdinandi II. præscripta legitur: imo etiam per *Auream Bullam*, quo-
ad Electores *probata cap. 2. §. 3.* Certe cum per recessum Imperii Au- 75
gustanum *de anno* 1555. §. 3. concessum sit, ut juramenta sub hac formu-
la, **zu GOtt und auff das heilige Evangelium** præstentur, imo
ipsi Imperatores, cum olim capitulationes sub hac clausula firmarent:
Bey GOtt und denen Heiligen/ successu temporis in capitula-
tione Maximiliani II. hanc clausulam immutaverunt, & loco verbo-
rum, **und denen Heiligen**/hanc formulam **zu GOtt und dem heili-**
gen Evangelio substituerunt, Judex hinc prospiciat, ut hac formu-
la quoque a Pontificio juramentum delatum præstetur, **so wahr mir**
GOtt helffe und sein heiliges Evangelium An vero Anabapti- 76
stæ, vel alii Sectarii, quorum Sectæ in Imperio Romano improbatæ
sunt, si cum Augustanæ Confessioni addictis in judicio litigent, dela-
tum juramentum suscipere & sub hac formula præstare teneantur?
porro quæritur. Notum enim, quod Sectæ Anabaptistaram & Qua- 77
kerorum juramentorum præstationem plane aversentur & detesten-
tur, quamvis ex Magistratus im positione jurandum esset. At cum 78
principia doctrinalia harum Sectarum, cum verbo Dei, in quo legi-
timus juramentorum usus non saltem tanquam licitus probatur, sed
etiam præcipitur, e diametro pugnent, adeoque juramentum a Ju-
dice impositum, a privato autoritate propria sperni non debere con-

ſuluerit Menoch. *Conſ. 24. n. 25. lib.* 1. Hinc Judex talem Sectarium,
pro renata & ex juſta cauſa ad præſtationem juramenti corporalis con-
79 demnare & adigere poteſt, ſiquidem etiam invitus quis ex neceſſitate,
ad minimum hypothetica, niſi velit cauſa cadere, ad præſtandum jura-
mentum compelli poteſt Dn. Lauterb. *de Juram. Jud.* §. 5. *th.* 85. Har-
precht *Conſ. Tubing. 98. n.* 71. quapropter etiam hic, **zu GOtt und
auff ſein heiliges Evangelium** jurare tenetur; uti ex Reſponſo
Francofurtano d. Anno 1678. d. 15. Nov. in cauſa Anabaptiſtæ, qui ſaltem
ſub hac conteſtatione, inter aſſeclas ſectæ ſuæ ſanctiſſima, **bey Man-
nen und Warheit** promiſſionem dare & juramentum declinare ge-
ſtiebat, latius retulit. Dn. Præſes *in Uſu Moderno Pandect. ſæpius allegato
lib.* 12. *tit.* 2. § 18. *add.* Sanderſon *de juram. obligat. prælect.* 7. *ſect.* 10. *per tot.*
80 Et haec quoad *formam internam* juramenti dicta ſufficiant. Vi-
deamus nunc etiam, quas Cautiones, circa *formam extrinſecam jura-*
81 *menti*, judex adhibere opus habeat. Conſiſtit autem forma haec ex-
terna juramentorum, in ritibus ſeu ceremoniis externis, quae pro di-
verſitate gentium & regionum, nec non quarundam perſonarum,
82 variant. Inter Ethnicos juraturi quidam Aram accedebant, & hanc
manu tenentes conceptis verbis, jurabant; qui mos Romanorum &
83 Graecorum erat. Quidam Jovem lapidem jurabant i. e. jurans la-
pidem ſilicem manu tenens, haec verba proferebat: *Si ſciens fallo, ita
me Jupiter bonis omnibus ejiciat, ut ego hunc lapidem;* protinusque
lapidem a ſe projiciebat, quos & alios ritus congeſſit Alexander ab
84 Alexandro *lib. 5. genial. dier. cap. 10.* Apud Hebræos Patriarcha Abra-
ham oeconomum ſuum Elieſer, adpoſita manu dextera fœmori ſuo
ſibi jurare fecit. *Gen.* 24. quem ritum quoque obſervavit Joſephus,
85 filius Jacobi, *Geneſ. cap. 47.* Hunc ritum alii ſignum ſubjectionis in-
digitare, alii vero Patriarcharum peculiarem, & quaſi proprium &
Myſterii plenum fuiſſe putant, quo deſignabant Meſſiam ex ipſorum
fœmore, juxta promiſſionem divinam naſciturum, uti ex Ambroſio,
Auguſtino & Gregorio annotavit Jeſuita Tirinus *in Comment. ad Ge-
neſ. cap.* 23. *verſ.* 2. *&* *Beatus* D. Lutherus *in Comment. ad Geneſin
hoc cap.* 24. *p.* 234. haec verba protulit; *Supra cum Abimelech juraret
Abrahæ, non uſi ſunt hac forma, nec ritu illo: Sed hic modus novus eſt, quia*

vult

vult Abraham Christum in juramento complecti juxta illud Psalm. 62. Laudabuntur omnes, qui jurant in eo. Deinde & elevata dextera ad 86
cœlum versus jurabant, secuti ductum Dei omnipotentis, qui *Deuteron. 42. vers. 40.* ita loquitur: *Levabo manum meam ad cœlum & jurabo in dextera mea.*

Juxta Jus Justinianeum jurans sacrosancta Evangelia manu tange- 87
bat, cujus mentio *fit in l. rem non novam.* 14. §. 1. *Cod. de Judiciis l.* 2. *Cod. de Juram. propt. Calumn. dando & Nov. 74. cap. 5.* quem morem 88
etiam approbavit Jus Canonicum *in Can. hortamur* 20. *Conf.* 3. *qv.* 9. & saltem Episcopis hæc prærogativa datur, ut non opus habeant tactis, sed saltem juxta se positis Evangeliis jurare. *Novell.* 123. *cap.* 7. & *cap. cum in causa fin. X. de Juram. Calumn.* & secundum *Auream Bul-* 89
lam Caroli IV. etiam in Collegio Electorali hæc prærogativa conceditur Electoribus Ecclesiasticis, ut Evangelio S. Johannis juxta se posito, manus suas cum reverentia pectori imponant. Seculares vero sancta Evangelia manibus tangant. *add.* Dn. Præses *in tract. de Jure Sensuum cap.* 1. *n.* 23. *& seqq.* & Cævallos *lib* 2. *pract. quæst. n.* 107. Ayrer *in Proc. Historico P.* 1. *cap.* 6. *observ.* 5. *n.* 4. *& seqq.* Et hunc ritum 90
tangendi apud pontificios, circa juramenti præstationem pro forma requirit Jacob Menoch *tom.* 7. *consil.* 126. ita ut *n.* 13. statuat, quod quamvis partes super scripturis profanis juraverint, etsi dixerint, se ad sacrosancta Evangelia jurare, juramentum tamen non dicatur secundum formam legis, sed nulliter præstitum esse, *autoritatem glossæ & multorum Dd. allegans*, & referens ex Augustino *sub n.* 14. quod tactus sacrorum Evangeliorum ideo adhibeatur, ut eo major incutiatur timor, & eo major immineat pœna violanti juramentum, tactis sacris Evangeliis præstitum: quamvis contrarium defendat & Juramen- 91
tum subsistere putet, eo casu, ubi jurans, ex ignorantia, putans librum quem tangit sacra Evangelia esse, cum tamen sit profanus; quoniam jurans saltem materialiter erraret: Dicastillo *in tract. de Jurejurand. disp.* 1. *dubit.* 1. *n.* 15. quod tamen in nostris Judiciis non attenditur, ubi ad verba jurantis, & non ad librum respicimus.

In Judiciis protestantium communiter mares jurantes in 92
judicio, ob reverentiam stantes, denudato capite, vel duos priores digi-

gitos, vel pollicem cum duobus prioribus digitis, manus dexteræ elevatæ, erigunt, (per quem ritum admonetur jurans in hoc ipso actu religioso manus & cor ad Deum elevandum esse. Setser *lib.* I. *cap.* 15. *n.* 9.) digitum annularem & minimum vero incurvatos in manum ponunt, ita quidem ut per tres priores Deus Triunus & tres personæ Sacrosanctæ Trinitatis, per reliquos vero duos incurvatos, corpus & anima indigitetur. teste Rauchbar. *p.* 2. *quæst.* 2. *n.* 88. & Carpzovio *de*
93 *Jure fœminarum singul. decad.* 9. *possit.* 7. *n.* 27. Fœminæ vero stantes in Judicio manum dexteram cum digitis in formam supra dictam compositis, non elevant (in signum subjectionis, qua viris sunt subjectæ, uti putat Setser *lib.* I. *cap.* 15. *n.* 20.) sed in sinistram partem pectoris aponunt. Finkelthaus *observ.* 116. *n.* 9. & *seqq.* ad indicandum, ex corde, quod sinistro pectori includitur h. e. serio & devoto animo, hunc religiosum actum celebrandum esse; deinde tam mares, quam fœminæ, juramentum conceptis verbis, a Judice vel Actuario, ex
94 schedula scripta ipsis prælectum, pronunciant & præstant, & tale juramentum corporale seu solenne, **ein cörperlicher oder leiblicher Eyd** vocatur.

95 Circa hos ritus observet Judex, ut hos etiam consuetos in Judicio adhibeat: Cum enim in eum finem inventi & introducti sint, ut solennitas eo major intercedat in judicio, quo major actus celebrandi reverentia, & religionis quasi quidam sensus Juraturo incutiatur, ut maxima cum sollicitudine, pia attentione mentis, & providissima deliberatione accedat & versetur circa religiosum hunc actum, memor, quod hujus religiosa observatio & fidelis celebratio Deum propitium colat, iniquus vero neglectus & impia infidelitas circa eum adhibita, temporalem atque aeternam numinis offensi pœnam attrahat; sicut enim quodlibet peccatum, eo gravius fit, quo magis admissum ex animo deliberato, desuper satis admonito: ita etiam solennitas circa Juramenta adhibita aggravat delictum perjurii; quamvis etiam simplex promissio fidei sub invocatione numinis divini facta promittentem ex sola hac invocatione divina obliget, ad accuratam ob-
96 servationem vel ad pœnam perjurii. Et ob hanc ipsam solennitatem Imperator Carorolus V. *in Ordinatione Criminali art.* 107. & 108.

pœnam

pœnam truncationis digitorum imponat illis, qui præſtita jura-
menta corporalia violant? **Welche einen falſchen cörperlichen
und gelehrten Eyd wiſſentlich ſchweren**/ de qua pœna ſuperius
diximus, Ut igitur juraturus pœnam Magiſtratus politici & divinam 97
evitet, Judex diligentiſſimam explanationem & declarationem ne-
gotii gerendi, cum fideliſſima admonitione, de dicenda veritate &
vitando perjurio ejusque pœna, ad jurarutum præmittat, quo caſu
etiam bonum opus facit, adhibendo ſimul huic Actui miniſtrum Ec-
cleſiæ, vel ſi juraturus Confeſſionarium habeat, eum adſciſcat; ſiqui-
dem tota die, Collegia Juridica, in iis caſibus, ubi tale ſolenne jura-
mentum in judicio præſtandum, pronunciare ſolent **Das Bekl.
auff vorhergehende fleißige Erklärung und Verwahrung vor
der ſchweren Straffe des Mein-Eydes / worzu auch ein
Geiſtlicher zu gebrauchen / mit ſeinem cörperlichen Eyde zu
GOtt / zu erhalten ſchuldig / daß er ꝛc.** Placet hic ſubjicere for- 98
mulam admonitionis, quæ in curia civitatis noſtræ circa præſtanda ju-
ramenta adhibetur, & juraturo a Dn. Syndico civitatis clara voce in
plenu conſeſſu **des engern und weitern Rathes** prælegitur:

Ein jeder ſo einen Eyd ſchweren und ablegeu ſoll / hat ſich gar wohl
zu prüfen und in acht zu nehmen / damit Er nicht falſch oder unrecht ſchwere /
und ſich dadurch in zeitliches und ewiges Verderben ſtürtze.

Und heiſſet demnach ſchweren / ſeine Ausſage mit GOtt dem HErrn / 99
ſo ein Hertzenskündiger iſt / betheuren / daß Er einen wahrhafften Eyd
ſchweren wolle / und da Er ſolches nicht thue / ſo ſolle Jhn der gerechte GOtt
als ein ſtrenger Richter zeitlich und ewig ſtraffen.

Es verſündiget ſich aber ein falſch-ſchwerender Mein-Eydiger Menſch 100
an dreyerley Perſonen:

(1) Wider den allwiſſenden groſſen GOtt als ſeinem Schöpffer / deſſen
heiligen Namen er zum Zeugen ſeiner Leichtfertigkeit und falſchen
Unwarheit / wider ſein beſſer Wiſſen und Gewiſſen ſchändlich miß-
brauchet.

[2] Wider ſeinen Nechſten / welchem es zum Schaden und Nachtheil ge-
reichet / und er dadurch an ſeiner Wohlfahrt gehindert wird.

[3] So ſündiget er auch wider ſeine eigene Perſon / indem er ſich durch einen
begangenen Mein-Eyd / zu Gottes allerſchrecklichſten Straffe verbin-
det / ja mit Leib und Seele ſelbſt verfluchet.

Ferner ist nothwendig zu erinnern/ daß bey Ablegung eines Eydes die förderſten drey Finger auffgehoben werden.

101 Und bey dem erſten Finger/als den Daumen zu verſtehen / GOTT der Vater/ bey dem andern / GOTT der Sohn / bey den dritten aber/ GOTT der heilige Geiſt ; die zwey letztern Finger werden unter ſich geneiget ; Der erſte bedeutet die Seele/ſo unter der Menſchheit verborgen iſt; der letzte kleine Finger aber bedeutet den Leib/als der gegen die Seele klein und geringe zu achten/und bey der gantzen Hand wird bedeutet ein Einiger Allmächtiger GOTT/welcher Himmel und Erden/ſamt allen Creaturen erſchaffen hat.

102 Welcher Menſch nun ſo gottloß / leichtfertig und verwegen / und einen falſchen unrechten Eyd ſchweret/iſt eben ſo viel / als wenn er ſpräche : So wahr als ich itzo falſch ſchwere / bitte ich GOTT dem Vater / Sohn und heiligen Geiſt/die heilige Dreyfaltigkeit/daß ich ausgeſchloſſen werde aus der Gemeinſchafft GOttes und ſeiner Heiligen/das ſey ein Fluch meines Leibes/ meines Lebens und meiner Seele.

103 Zum andern/wenn ich falſch ſchwere/ſo ſoll GOTT der Vater/Sohn und heiliger Geiſt/ mir nimmermehr zu Troſt und Hülffe kommen/ an meinem letzten Ende/wenn ſich Leib und Seele von einander ſcheiden.

104 Drittens/wenn ich falſch oder unrecht ſchwere/ſo will und begehre ich/ daß mir die Menſchwerdung JESU CHriſti / ſein unſchuldiges bitteres Leiden/ und ſchmähliches Sterben/ ja ſeine ſiegreiche Aufferſtehung und Himmelfahrt/ an mir alles verlohren ſey/und daß Er mich meines Mein-Eydes halben/ als ein ſtrenger Richter zur ewigen Marter und hölliſchen Quaal und Pein verurtheilen / ja ewiglich verſtoſſen und verdammen möge ꝛc. ꝛc.

105 Superius circa juramenti formam intrinſecam docuimus, qvod Judex admittere debeat Judæum ad juramentum, adhibitis tamen certis ſolennitatibus: nunc ergo iſtas ſolennitates, ſeu ritus externos conſiderare licebit, qui circa præſtationem juramenti Judæi obſervandi ſunt. De Jure Saxonico veteri, Iudæus qui juramentum praeſtare debebat, ritum ſatis ſcandoloſum & injurioſum ſibi obſervare debebat, quem refert D. Ziegler in Diſput. de juribus judæorum cap. 5. §. 5 **Nehmlich es muſte der Jude ſtehen auf einer Schweinen Haut die Junge hat gehabt / binnen 14. Nächten: Die Haut ſchneidet man auff bey den Rücken und breitete ſie auff die Zitzen / da muſte**

muſte der Jude auffſtehen / barfuß / und nichts anhaben / denn ein Niederkleid / und ein härin Tuch. Quem ritum tamen ipſa *gloſſa* improbat, quae legitur *ad* Weichbild *art 136.* & Phantaſticum vocat, in verb. Daß die Juden ſollen barfuß ſtehen auff einer Schweins Haut / das iſt eine Phantaſey / denn es iſt genug / daß ſie den Eyd thun in vorgeſchriebener Maſſe. Et jure me- 106
ritoque ritus iſte rejicitur, cum Judaeo vel maxime ſcandoloſus ſit; nam in lege Moſaica non ſaltem uſus carnis ſuillae ipſi interdictus eſt, ſed etiam ex obſervantia porci Judaeis exoſi ſunt. Non igitur Judaeis ſcandalum dandum, neque fidem veri magis ex averſatione cutis ſuillae, quam ex reverentia numinis divini eliciendam eſſe, optime docuit Dn. Praeſes *in Uſu Pandect. modern. ad tit. ff. de Jurejurando. §. 9.*
Meliores ritus, quos judex circa praeſtationem juramenti judaeo im- 107
poſiti, in judicio obſervare debeat, cum ipſa formula juramenti habentur, in der / per Receſſum imperii erneuerten Cammer-Gerichts Ordnung de anno 1538. *Tit.* 23. §. 1. atque ita ſonant.

Tit. 23. §. 1. So einem Juden ein Eyd aufferleget wird / ſoll er zuvor / ehe er den Eyd thut / vorhanden und vor Augen haben ein Buch / darinnen die Gebot GOttes / die dem Moſi auff dem Berge Sinai / von GOtt geſchrieben / gegeben ſind / und mag darauf den Juden bereden / und beſchweren mit nachfolgenden Worten:

§. 2. Jud / ich beſchwere dich bey dem einigen / lebendigen / und allmächtigen GOtt / Schöpffer Himmels und des Erdreichs / und aller Dinge / und bey ſeinem Torach und Geſetz / das Er gab ſeinen Knecht Moſi / auff dem Berg Sinai / daß du wolleſt warlichen ſagen / und verjahen / ob diß gegenwärtige Buch ſey das Buch / darauff ein Jude einem Chriſten / oder einem Juden einen rechten gebührlichen Eyd thun oder vollführen möge und ſoll.

§. 3. So dann der Jude auf ſolche Beſchwerung bekennt und ſagt / daß es daſſelbige Buch ſey / ſo mag der Chriſt / der den Eyd von ihm erfodert / oder an ſeine ſtatt der / der ihm den Eyd giebt / fürhalten / unb vorleſen / die nachfolgende Frag und Ermahnung: Nemlich / Jud / Ich verkündige dir Warhafftiglich / daß wir Chriſten anbeten den einigen / allmächtigen und lebendigen GOtt / der Himmel und Erden / und alle Dinge geſchaffen hat / und daß wir auſſer deß keinen andern GOTT haben / ehren noch anbeten; Daß ſag ich dir darum / und aus Urſache / daß

daß du nicht meineſt / du wäreſt entſchulgiget vor GOtt eines falſchen Eydes/indem daß du wehnen und halten möchteſt/daß wir Chriſten eines unrechten Glaubens wären/und fremde Götter anbeteten/ daß doch nicht iſt. Und darum / ſintemahl daß die ſcheſſiæ oder Häuptleut des Volcks Iſrael ſchuldig geweſen ſeynd zu halten/daß/ſo ſie geſchworen hätten den Männern von Giffan/die doch dieneten den fremden Göttern: Vielmehr biſt du ſchuldig uns Chriſten/ als denen die da anbeten einen lebendigen und allmächtigen GOTT / zu ſchweren und zu halten/ einen wahrhafftigen und unbetrüglichen Eyd.

§. 4. Darum Jude frage ich dich/ob du das glaubeſt/daß einer ſchändet und läſtert den allmächtigen GOtt/in dem / ſo er ſchweret einen falſchen und unwahrhafftigen Eyd? So ſpreche der Jude/ Ja.

§. 5. Spricht der Chriſte: Jude ich frage dich ferner/ ob du aus wohbedachtem Muth/und ohn alle arge Liſt und Betrüglichkeit/ den einigen/ lebendigen und allmächtigen GOTT wolleſt anruffen zu einem Zeugen der Wahrheit/daß du in dieſer Sache/darum dir ein Eyd aufgelegt iſt/keinerley Unwarheit falſch-oder Betrüglichkeit/reden noch gebrauchen wolleſt/in einige Weiß?ſo ſprech der Jude/ Ja.

§. 6. So das alles geſchehen iſt/ſo ſoll der Jud ſeine rechte Hand/biß an den Knorren/ legen in das vorgemeldte Buch / und nemlich auff die Wort des Geſetzes und Gebots GOttes/Exod. 20. v. 7. welche Wort und Gebot im Hebräiſchen alſo lautend: Loſiſſa etſchen Adonaii etaſcherliſſa etſchemo Laxhoff Zu teutſch: Nicht erhebe den Namen des HErrn deines GOttes unnützlich/dann nicht wird unſchuldig oder ungeſtrafft laſſen der HErr / den / der da erhebt ſeinen Namen unnützlich.

§. 7. Alsdann und darauff/ und ehe der Jud den Eyd vollführet/ ſoll der Jude dem Chriſten / dem er den Eyd thun ſoll / oder an ſeiner Statt dem/ der ihm dem Eyd auffgiebt/dieſe Wort nachſprechen.

§. 8. Adonay / ewiger allmächtiger GOtt / ein HErr über alle Melachim ein einiger GOtt meiner Väter / der du uns die heilige Torach gegeben haſt / ich ruffe dich und deinen heiligen Namen / Adonay / und deine Allmächtigkeit an / daß du mir helffeſt beſtättigen meinen Eyd/ den ich ietzo thun ſoll: und wo ich unrecht oder betrüglich ſchweren werde / ſo ſey ich beraubt aller Gnaden des ewigen GOTTES / und mir werden aufferlegt alle Straff und Flüche / die GOtt den verfluchten Jüden auffgelegt hat / und mein Seel und Leib haben auch nicht mehr einigen Theil an der Verſprechung / die uns GOtt gethan hat/

und

und ich soll auch nicht Theil haben am Meßia/noch am versprochenen Erdreich des heiligen seligen Landes.

Ich verspreche auch / und bezeuge / bey dem ewigen GOtt / Adonay / daß ich nicht will begehren / bitten / oder auffnehmen / einige Erklärung / Auslegung / Abnehmung / oder Vergebung / vonkeinen Juden noch andern Menschen / wo ich mit diesen meinen Eyd / so ich iezt thun werde / einigen Menschen betrüge. Amen.

Demnach so schwere der Jude / und spreche dem Christen nach diesen Eyd.

T. 24. Adonay / ein Schöpffer der Himmel und des Erdreichs / und aller Ding / auch mein und der Menschen / die hie stehen / ich ruffe dich an / durch deinen heil. Nahmen auff diese Zeit / zu der Warheit. Als und der N. mir zugesprochen hat / um den oder den Handel / so bin ich ihm darum oder daran gantz nichts schuldig oder pflichtig / und hab auch in diesen Handel keinerley Falschheit oder Unwarheit gebrauchet / sondern / wie es verlautet hat / um Haupt-Sach / Schuld oder sonst / wie die Sach ist / also ist es wahr / ohn alles Gefährd / Argliſt / Unverborglichkeit / also bitte ich mir Adonay zu helffen / und zu bestättigen diese Warheit. Wo ich aber nicht Recht oder wahr habe an dieser Sache / sondern einige Unwarheit / falsch oder Betrüglichkeit darinn gebraucht / so sey ich Heram und verflucht ewiglich. Wo ich auch nicht wahr und Recht habe in dieser Sache / daß mich dann übergehe und verzehre das Feuer / das Sodoma und Gomorra übergieng / und alle die Flüch / die an der Torach geschrieben stehen / und daß mir auch der wahre GOtt / der Laub und Graß / und alle Dinge geschaffen hat / nimmermehr zu Hülff / noch zu statten komme / in einigen meinen Sachen und Nöthen. Wo ich aber wahr und Recht habe in dieser Sache / also helffe mir der wahre GOtt / Adonay.

Prospiciat quoque judex circa formam extrinsecam juramento- 108
rum, ut juramentum fieri faciat tempore matutino vel antemeridiano; quoniam hoc tempore vel saltem prosumtive (nam & multos matutino tempore vino adusto inebriari, proh dolor! constat) stomachus jejunus & homo magis deliberato animo agere præsumitur *c. honestum* 16. *caus.* 22. *qv.* 5. in verb. *Hoc jejunus faciat cum omni honestato & honore Dei. junct. c.* 1. *vers. ac nullus testimonium dicat, nisi jejunus X. de Testib. ibique* Richter *n.* 49 *&* 50. Quod si vero judex juraturum

& ma- 109

& matutino hoc tempore inebriatum esse, ex gestibus, verbis, vel aliis circumstantiis deprehendat, ad præstationem juramenti eundem non admittat, sed potius actum jurandi usque ad alium diem differat, admonitione, vel etiam graviori correctione juraturo data, ut in futurum ebrietatem caveat, ne ansam severiori animadversioni præ-
110 beat, & periculum salutis æternæ incurrat. Neque enim majoris momenti, juramentum ebrii, quam furiosi, uti bene docuit *Anton. Faber in Cod. lib. 4. tit. 1. def. 7.* quoniam nec ebrius nec furiosus intelligit, quid agit, neque mentis compos censetur, *per l. furiosi 40. ibique Dd. de R. I. add. text. elegans in c. a crapula de vit. & honest. Cleric.* ubi dicitur, quod ebrietas mentis inducat exilium. Insuper tamen potius superstitionis, quam necessitatis est, quando jutaturi, vel sub juramento testificaturi, sibi persuadent, quod ab omni cibo ac potu penitus abstrahere teneantur: præterquam enim, quod plurimi, ex inveterata stomachi consvetudine, jejunium, absque metu epilepsiæ vel alius accidentis, per totum tempus antemeridianum pati non possint; ita certum est, quod moderatus cibi & potus usus nemini noceat,
111 neque turbationem mentis inducat. Cum ergo & is, cujus sensus per ebrietatem saltem lubes factus fuit, ad contrahendum admittatur & per juramentum præstitum obligetur, uti docet Setser. *lib.* 1. *cap. 6. n.* 10. Utique non invidendum tali fragilitate & mala dispositione stomachi laboranti, si modico cibo & potu sibi prospiciat.

112 Ad formam externam juramenti præstandi pertinet etiam locus, qui regulariter est judicium, ubi causa ventilatur, super quo juramentum præstandum est. *per l.* 12. *in princ. & §. 4. C. de Reb. Cred. & Jurejurand. Recess. Deputat. Spirens. de Ao.* 1600. §, **Und obwohl.** quod & in foro nostro Magdeburgico a Judice etiam observandum esse, monet text. *in ordin. Proc. de Anno 1686. cap. 7. §. 4. verb.* **in Person** *in loco Judicii &c.* Ubi quidem secundum literam de Juramento Calumniæ generali agitur, sed ex eadem ratione ad reliqua juramenta extensio fieri potest; nec non in foro Saxonico, uti apparet ex textu **der Proc. Ordn.** *Tit.* 18. §. 10. verb. **In der Rathsstuben ꝛc.**

113 Quamvis enim *Baldus in Comment. ad l. generaliter* 12. §. *his de præsentibus 4. C. de reb. Cred. & Jurejurando,* statuat, quod juramentum

præ-

præstari possit in quolibet loco, etiam in ipsa Ecclesia, cum & ipsum juramentum aliquid spirituale sit, nihilominus tamen in juramento judiciali, quia ad processum pertinet, cujus exercitium in Ecclesia prohibetur, necessarium erit, ut in judicio ejus præstatio expediatur. uti ostendit *Vincent. Caroccius in Tract. de Juramento litis decisor. quæst.* 13. *in princ.* & cum eo *Setser de Juram. Lib. 4. cap. 5. n. 33. & 34.*

Rationem, quare in judicio jurandum sit, in eo ponunt Dd. 114
quod pro judicio præsumtio sit, quod omnia in eo fideliter & prudenter agantur: & quod multum intersit scire, qua constantia vel trepidatione juramentum præstitum fuerit. Anton Faber *in Cod. lib. 4. tit.* 1. *def.* 31. hinc cautionem adhibeat judex, ut litigantes citet ad termi- 115
num, actorem seu deferentem juramentum quidem pro re nata ad præstandum juramentum calumniæ, & ut videat, & audiat, adversarium jurare, reum vero, cui juramentum delatum est, ut præstet juramentum ad acta in judicio. Setser *de jaramentis. lib. 3. cap. 7. n. 1. & 2.*

Formula citationis ad actorem deferenten Juramentum emittendæ 116
poterit esse hæc: Demnach Mevius den von euch über den Punct (exprimatur hic factum super quo juramentum delatum fuit) ihm deferirten/ und durch den am 10. hujus publicirten Reichs-kräfftigen Abschied / zu erkanten Eyd / acceptiret / zuförderst aber den Eyd vor Gefährde von euch gefordert hat / wie aus dem Copeylichen Inschluß zu ersehen. Und dann zu solchen Behuff der N. dieses Monats angesetzet: Als werdet ihr hierdurch Gerichtswegen citiret / ernannten Tages zu rechter früher Tages-Zeit in denen hießigen Gerichten zu erscheinen / gefast den von euch geforderten Eyd vor Gefährde zuförderst abzulegen / und hiernechst zu sehen und anzuhören / welcher Gestalt ermeldter Mevius den ihm zuerkandten Haupt-Eyd ablegen werde: Mit der ausdrücklichen Verwarnung / ihr erscheinet sodann und thut diesem Folge oder nicht / daß nichts desto minder auff Gegentheils Erscheinen und Anhalten ergehen und verfüget werden solle / was denen Rechten gemäß ist. Wornach ihr euch zu achten. Gegeben ꝛc. den N. 1704.

Reo quoque Terminus præfixus notificandus, quod juxta stylum 117
judiciorum hujus civitatis, & curiæ supremæ provincialis, saltem per communicationem copiæ citationis, ad instantiam ipsius, ad actorem emissæ, quæ vulgo dicitur **die Nachricht** / fieri solet: in aliis vero ju-

diciis, præſertim Saxonicis, peculiaris notificatio mittitur ad reum, quæ vulgo dicitur, **ein Gedenck-Zettul** hisce fere formalibus **zu gedencken**: Daß nachdem ihr zu dem am N hujus euch zuerkandten Eyd euch offeriret / und von Gegentheil N.N. den Eyd vor Gefährde gefodert: Der N. dieſes / ſo wohl zu Ablegung des Eydes vor Gefährde / als auch des erkenten Haupt-Eydes Terminlich anberaumet und klagender Cajus zu Ablegung des Eydes vor Gefährde / und welcher Geſtalt der Haupt-Eyd von euch abgeleget werde / zu hören und anzuſehen / citiret worden. Werdet ihr demnach auch eures Ortes in ſolchen Termino vor mir zu erſcheinen / und wenn zuförderſt Cajus den Eyd vor Gefährde ablegen wird / den erkandten Haupt-Eyd zu leiſten hierdurch angewieſen. Mit Verwarnung ꝛc. ut in priori citatione usque ad finem.

118 Nihilominus quibusdam perſonis, *per leg. ad perſonas egregias 15. ff. de Jurejur.* ex privilegio conceſſum eſt, ne cogantur in judicio jurare, ſed judex certos deputatos e gremio judicii cum Actuario ablegare ad domum ipſorum jubetur, qui juramentum [in præſentia partis adverſæ, ſi hæc actui præſtationis intereſſe velit, nam invitus non cogitur, dummodo in Termino præfixo in Judicio compareat, & juramentum calumniæ realiter præſtet) in domo jurantis ſuſcipiant, & quo modo hoc præſtitum fuerit, ad acta teſtentur: ita tamen ut actus hic in domo expediatur ſumtibus petentis. Beuſt. *ad h. 15. de Jure-*
119 *jurand. n. 4.* & Brunnem. *in Comment. n. 1.* Quamvis vero in hac lege ſaltem fiat mentio perſonarum egregiarum, & adverſa valetudine impeditarum, non tamen ſub perſonis egregiis ſolum illuſtres, ſed & alias in dignitate conſtitutas intelligi debere. ex Mevio *p. 3. dec. 421. ſeqq. & p. 5. dec. 237. n. 7. probat* Dn. Præſes *in Uſu Moderno ad tit. de Jurejurand. §. 28.* ubi ſimul ex Carpzovio deducit, quod licet in foro Saxonico Comites & Barones hoc privilegio non utantur, ſed in ipſo judicio jurare debeant, nihilominus tamen adeo rigoroſe cum his perſonis non procedatur, ſed juſta quoque ex cauſa ipſis permit-
120 tatur, in ædibus privatis jurare. Referunt quoque ad valetudinarios nonnulli Senes, *& hoc arg. Nov. 1. c. 2. §. 1. Dd. inferunt, in ſpecie accurſ. in d. l. 15. ſuper verb. egregias. ff. de Jurejur.* At hanc opinionem ſecundum praxin fori non indiſtincte ſed ſaltem in iis caſibus admittit Rutger Ruland *de Commiſſariis & Commiſſion. part. 2. lib. 2. c. 5. &*

c. 6.

c. 6. *n.* 17. *&* 18. ubi nimirum ſenes adverſa valetudine laborant, vel in dignitate conſtituti ſunt: Quæ ſententia ſi ſuſtinetur, utique non intuitu ſenectutis, privilegium ipſis ſenibus competet, cum & aliis morbo impeditis hoc ipſum ob juſtum impedimentum concedendum ſit, quamvis non ſint ſenes, adeoque non erit opus extenſione legis. Tutiſſimum igitur erit, judicis arbitrio relinquere, an hic ex juſta cau- 121
ſa petito ſenis jurantis deferre velit· quo caſu judicialiter quoque juratur, qui domi coram judice vel deputatis ad hoc, præſtat juramentum, ſiquidem etiam acta ibi eſſe dicuntur, ubi aliquid fit autoritate judicis, quocunque etiam loco fiat, *uti ex leg. 5. ff. de manum vindict.* tradit Weſenbec. *in paratitl. ff. qui teſtam fac. poſſ. n. 10.*

Sed quid ſi contigerit, ut actor vel reus in diſſitis locis habitent, 122
& cauſam per mandatarios ſeu procuratores in judicio tractent, quomodo judex caute procedet, ſi vel uni vel ambobus juramentum impoſitum fuerit? Fieri enim poteſt, ut actor petens juramentum, de calumnia jurare, reus vero juramentum principale præſtare teneatur, an & tunc uterque in judicio, ubi lis agitur; in perſona comparere & juramentum præſtare neceſſe habebit? Præſupponimus enim, quod 123
ex more judicii illius, ubi juramentum præſtandum eſt, non admittatur Procurator vel Mandatarius, ut juret in animam principalis conſtituentis, de qua materia in ſubſequentibus, ſub *tit. de Advocatis Mandatariis & Procuratoribus* ex profeſſo agendum erit. Certe ſatis one- 124
roſum & ſumptuoſum erit partibus, iter tam longinquum inſtituere ad locum judicii: Non immerito ergo quæritur, an judex litis, ſeu coram quo proceſſus ventilatur, ad petitum ejus, cui juramentum impoſitum fuit, concedere teneatur, ut abſens coram ſuo Magiſtratu vel Judice ejus loci, ubi vivit, juramentum præſtet? Matth. Berlich. *p.* I. 125
dec. 117. Ummius *ad Proc. Diſp.* 14. *n.* 39. *&* 62. & Carpz. *in proc. tit.* 11. *art.* 3. *n.* 102. unanimiter docent, quod judex gratiam poſſit facere juranti, ut ad evitandas moleſtias & ſumtus itineris, coram judice proprio, ubi habitat, juramentum præſtare poſſit. Memini tamen in 126
ſuprema curia provinciali Ducatus Magdeburgici, etiam in diſſitis locis habitantes hanc licentiam impetrare non potuiſſe, ſed in cauſa derer Kahrſtedte contra Johann Papen/ actores, die Kahrſted-

te / quamvis ad quindecim milliaria ab hinc habitarent, nihilominus ad præstandum juramentum calumniæ, ad nostram civitatem ante bi-
127 ennum proficiscí, & in curia suprema provinciali, in der Audienz-Stube jurare opus habuisse. Quod idem & parti adversæ Papen contigit, qui ad præstandum juramentum principale etiam ad hoc su-
128 premum judicium venire & ibidem jurare opus habuit. Sic & Gottfried Apffelstedt Mercator Berolinensis cum anno 1694. in hoc summo nostro judicio in puncto debiti ageret, & debitor Johan. Witte juramentum sibi delatum actori Apffelstedten referret, ut hic non solum juramentum calumniæ, sed etiam principale præstare opus haberet, actor Apfelstedt / quamvis supplex peteret, ut ipsi concederetur, coram judicio Cameræ Berolinensis juramentum præstare, hujus tamen petiti repulsam tulit, saltem prorogationem Termini impetrando in sequenti resolutione. Was Gottfried Apffelstedt wegen des zu Abschwerung des ihr referirten Eydes auff den 5. dieses nechstkünfftig angesetzten Termins in Schrifften eingegeben / und dabey zu verfügen gebeten / solches weiset die Copeyl. Beylage mit mehren. Nun ist zwar den Supplicanten anderswo als allhier schweren zu lassen bedencklich / wir haben aber berührten Termin biß auf den 26. dieses / wird seyn der Montag nach Judica prorogiret / welchen beyde Theile nach Innhalt voriger citation gebührend abzuwarten haben. Halle den 3 Martii 1694.
129 Et quamvis deinde nova supplicatione instaret, seque in rescripto aliquo Electorali fundaret, nihil tamen impetrare potuit, sed etiam secunda vice petitum ejus rejiciebatur, per hanc resolutionem? Bey der Churfürstl. Brandenb. Regierung des Hertzogthums Magdeburg ist verlesen worden / was Gottfried Apfelstedt / wegen Ablegung des von dem Commissario Witten ihm referirten Juramenti in Schrifften eingegeben / und dabey zu verfügen gebethen: Dieweilen aber das angezogene Churfürstl. Rescript allhier originaliter nicht eingekommen / als ist des Supplicantens Suchen auch noch zur Zeit statt zu geben bedencklich / welches ihm hiermit zum nachrichtl. Bescheide vermeldet wird. Halle den 25. Mart. 1694. Cum tamen actor Apfelstedt ad ipsum Electorem supplex
130 confugeret, potentissimus Elector mandavit Regimini Ducatus Magdeburgici, ut formula præstandi Juramenti conciperetur, & ad potentissimum Electorem transmitteretur; verba rescripti hæc erant;

Frie-

Friedrich der dritte Churfürst ꝛc.

Unsern ꝛc. aus dem Beschluß habt ihr mit mehren zu ersehen / was GOttfried Apfelstedt / wegen Ablegung des von dem Commissario Witten ihm referirten Juramenti, unterthänigst vorgestellet und zu verordnen gehorsamst gebeten: Wann wir denn des Supplicanten Suchen / aus denen von ihm angeführten Ursachen der Billigkeit gemäß befinden: Als befehlen wir euch hiermit in Gnaden / die formulam juramenti. welches derselbe præstiren soll / abzufassen / und uns anhero zu senden / wir wollen alsdenn die Versehung thun / daß er solches vor unsern Cammer-Gerichte abschweren / auch welcher Gestalt solches geschehen / ad Acta beygebracht werden solle. Seynd ꝛc. Oranienburg / den 20. Martii 1694.

Huic Mandato illustre Regimen paritionem debitam præstitit, & 131
formulas tam juramenti calumniæ, quam judicialis relati, ad Potentissimum Electorem transmisit, quæ postmodum in judicio Camerae Berlonensis, ab actore praestita fuerunt, remissa deinde registratura in judicio hoc Camerae, super praestatione juramenti confecta. Et sane 132
si ad jus civile respicimus: quod secundum praefationem ordinationis politicae in Ducatu Magdeburgico observandum est, non adeo difficilem se praebere debet Judex in concedendo, ut peregrinus Actor longinque habitans coram Judicio sui loci juret, siquidem *in l.* 12. §. 4. *Cod. de Reb. Cred. & Jurejurand.* haec dispositio legitur: *Si persona præsens non inveniatur cui sacramentum delatum est, lite forsan per procuratorem ventilata, necesse est vel ipsam personam principalem, datis certis induciis, ad judicem venire, ut ea, quæ de Sacramentis statuta sunt, impleat, vel (si judex existimaverit) in provincia, ubi degit, sub actorum testificatione juramentum dari. Licentia etiam danda est alteri parti, vel per se, vel per procuratorem super hoc ipso ordinatum, adesse his, quæ de juramento aguntur: vel si neutrum facere maluerit. & ex una parte sub fide tamen gestorum juramentum præstari: expensis propter hujusmodi causam præstandis officio judicis trutinandis, an ab utraque parte an ab altero oporteat eas dependi.* Poterit ergo judex hac lege pro cautione 133
uti, & ex justa causa distantiae locorum permittere, ut absens coram suo Magistratu juret. Dummodo (1) procurator absentis intra fatale juramento praefixum, se nomine Principalis ad jurandum, in judicio litis, obtulerit, & requisitoriales petierit (2) Judicium extraneum

vel

vel ob cognationem perſonarum judicantium cum jurante, vel ob aliam ſufficientem rationem ipſi judici requirenti non ſit ſuſpectum (3) formula juramenti praeſtandi ex conſenſu partis adverſae in copia concipiatur, & cum requiſitione in ſcriptis facta ad judicium requiſitum transmittatur. (4) Parti adverſae haec requiſitio notificetur, (5) ab ipſo judice requiſito quoque terminus praeſtando juramento praefixus parti adverſae in ſcriptis aperiatur, libertati ipſi relicta, an ipſi actui praeſtationis juramenti, in judicio intereſſe, an vero mandatarium ad hoc conſtituere velit, & denique (6) regiſtratura ſuper actu juramenti præſtiti in requiſito judicio a jurato actuario confecta, cum ipſiusjaramenti praeſtiti formula ad judicem requirentem remit-

134 tatur. Formulam offerendi, ad Juramentum pro Mandatario hæc eſſe poterit: Praemiſſo Judicis titulo: Demnach am 6. dieſes zwiſchen meinem Principali Titio, Klägern an einen / und Sempronio Beklagten am andern Theile verabſchiedet worden / daß klagender mein Principal ſein Handels-Buch eydlich zu beſtärcken ſchuldig / und dann ermeldter mein Principal ſolche eydliche Beſtärckung mit unverletzten Gewiſſen verrichten kan: Als will hierzu Krafft habender Special-Vollmacht nomine meines Principalis hiermit michofferiren. Hiernechſt aber gehorſamſt bitten / es wolle mein hochgeehrter Herr / in Erwegung / daß mein Principal in Leipzig wohnhafft / und dahero ihm ſehr koſtbar und beſchwerlich fallen würde / den weiten Weg anhero zu reiſen / hochgünſtig belieben / ihm zu verſtatten / daß er von dem Stadt-Gerichte zu Leipzig / worunter er gehörig ſolche eydliche Beſtärckung verrichten möge / zu ſolchem Behuff auch die formulam juramenti abzufaſſen und ſolche nebſt gewöhnlichen requiſitorialibus denen Stadt-Gerichten zu Leipzig zuzuſenden. Worbey denn Mhhhl. auch eine Stelle / ob er bekl. Sempronio hievon zuföderſt Nachricht ertheilen / und zugleich Gerichtswegen aufflegen wolle / daß daferne er an der formula juramenti etwas beſtändiges zu erinnern habe / ſolches binnen kurtzer præcluſiniſchen Friſt ad acta melden ſolle. Dieſe hohe richterliche Gunſt wird mein Principal nicht allein zu rühmen / ſondern auch nach Vermögen zu verdienen ihme iederzeit angelegen ſeyn laſſen Und ich verbleibe dat. den 18. Septemb. 1704.

Formula notificationis porti adverſa facienda hæc erit: Wel-

135 cher Geſtalt Cajus, Mandatario nomine Titii, ſich wegen ſeines principalis erbothen / daß derſelbe zu folge des am 6. hujus publicirten Rechtskräfftigen

gen Abschiede / sein Handels-Buch vermittelst Eydes bestärcken solle / da benebenst Ansuchuug gethan / daß solche eydliche Bestärckung vor dem Stadt-Gerichte zu Leipzig geschehen möchte / solches hat bekl. Sempronius aus dem Beyschlusse zu ersehen. Wann dann seinem Petito aus angezogenen Ursachen Gerichtswegen deferiret/ und die formula juramenti nicht allein abgefasset / sondern auch gewöhnliche requisitoriales an die Stadt-Gerichte zu Leipzig resolviret worden. Als wird ermeldten Sempronio solches nicht allein hierdurch notificiret/ sondern auch demselben Gerichts wegen anbefohlen / daß woferne er an der abgefasseten Eydes-notul, welche hierbey in Abschrifft befindlich / etwas erhebliches zu erinnern hat / er solches binnen 8. Tagen sub pœna præclusionis ad Acta melden solle. Worbey ihm denn freygelassen bleibet / ob er selbst in Person der Eydesleistung zu Leipzig beywohnen / oder iemand anders hierzu bevollmächtigen wolle. Wornach er sich zu achten. Sign. Halle den 19. Sept. 1704.

Quod si igitur Sempronius intra præfinitum octiduum, vel in 136
scriptis vel oretenus ad acta declaret, se contentum esse formula projecti juramenti, aut etiam hanc declarationem omittat, tunc accusata ipsius contumacia, actori requisitoriales expediuntur hisce formalibus:

Dieselbe ersuche hiermit dienstlich / von Titio, Bürgern und Handelsmann ihres Orthes / beykommenden Eyd auffzunehmen / und welcher Tag hierzu terminlich angesetzet / vermittelst gewöhnlicher requisition und subsidiarischer citation, an Sempronium, Bürgern und Kramern hieselbst zu notificiren: Hiernechst welcher Gestalt die Eydes-Leistung in solchen Termino erfolget sey / registriren zu lassen / auch den Eyd / nebst der gehaltenen registratur umb die Gebühr förderlichst ad acta zu remittiren. Solches bin ich in simili zu erwiedern beflißen/ der ich verbleibe ꝛc. Signat Halle den 29. Sept. 1704.

Formula Juramenti.

Ich Titius schwere zu GOtt dem Allmächtigen einen leiblichen Eyd/ 137
daß Sempronius, Bürger und Kramer in Halle / mir laut meines Handels-Buchs fol. 30. 300. Thl. 6. gl. an empfangenen / und daselbst specificirten Wahren zu zahlen schuldig verblieben / und daß ich solche Schuld ohne Betrug und arge List / von ihm warhafftig zu fordern habe. So wahr mir GOtt helffe und sein heiliges Wort.

His requisitorialibus acceptis judicium Prætorii Lipsiensis præfixum terminum notificat Sempronio, hisce formalibus: Vermittelst

seiner ordentlichen Obrigkeit wird Sempronio Bürgern und Kramern zu Halle hierdurch notificiret / daß auff beschehene requisition der Königl. Preußischen Berg-Gerichte daselbst / der nechstkünfftige 20. Octobr. zur Eydlichen Bestärckung des von Cajo, hiesigen Bürger und Handelsmann geführten Handels-Buchs / nach Inhalt der uns zugefertigten Eydes-formul, terminlich angesetzet worden. Worbey denn ernannten Sempronio freygestellet wird / ob er entweder in Person / oder durch einen gnugsam Gevollmächtigten solchen Terminum besuchen und der eydlichen Bestärckung beywohnen wolle / mit der äusdrücklichen Verwarnung / daß auff sein Aussenbleiben / nichts destominder Titius zur eydlichen Bestärckung zugelassen / und damit / wie Rechtens verfahren werden solle. Wornach er sich zu achten Dat. Leipzig den 1. Octobr. 1704.

139 Hæc notificatio includitur requisitorialibus **an die Berg-Gerichte zu Halle** / conceptis verbis, hunc in modum: P.P. Dieweil auff dessen beschehene requisition, zu Bestärckung des von Titio, unsern Bürger geführten Handels-Buchs / der 20. Octobr. terminlich angesetzet worden: Als ersuchen unsern hochgeehrten Herrn wir hierdurch in subsidium Juris dienstlich / er wolle beygeschlossene notificationem Sempronio gebührend insinuiren / und der insinuation halber beglaubte Nachricht ad acta ertheilen lassen. Wir seynd es in simili zu erwiedern willig und bleiben ꝛc. Dat. Leipzig den 1. Octobr. 1704.

140 Accepto deinde documento insinuationis legitime factæ, in Prætorio Lipsiensi, in præfixo termino juramentum suscipitur a Titio, sive Sempronius compareat, sive non. Et postea registratura a Notario Judicii jurato confecta remittitur ad Judicium Hallense, hisce formalibus: P.P. Nachdem Titius in dem hierzu angesetzten Termino sein Handels-Buch eydlich bestärcket hat. Als remittiren wir so wohl die uns zugefertigte Eydes-Formul / als auch die in termino gehaltene registratur ad Acta Judicialia, wovon Titius die Gerichts-Gebühren / besage in Händen habender Quittung bezahlet hat. Und bleiben im übrigen ꝛc.

141 Quæ remissoriales, cum registratura & formula juramenti, ad acta

142 judicialia reponuntur Et memini hanc practicam communiter in Judicio **der Königl. Preußl. Berg-Gerichte zu Halle** hactenus observatam fuisse, & me ipsum pro clientibus absentibus impetrasse, ut ipsis in judicio domicilii jurare licentia data fuerit. Ut etiam factum in causa **Jungfer Julianen Seyfertin** contra Dn. Carolum **Seyferten** / Advocatum Berilonensem anno 1702. No-

Notandum hic quoque, quod in quibusdam locis, ubi diversa 143
judicia, & diversæ jurisdictiones dantur, non cuivis judicio potestas recipiendi juramenta a litigatoribus competat: quo casu si partes ad delationem juramenti pervenerint, tale judicium causam pro re nata, vel penitus ad illud judicium remittere vel hoc ipsum, pro recipiendo juramento requirere tenetur, transmissa simul formula juramenti: Sic in civitate Hallensi judicium quatuor virorum, **das Vier-** 144
Herren-Ammt / a Senatu ad causas summarius cognoscendas delegatum, si ad illud partes tales causas deferant, super quibus juramenta deferuntur, eas non recipiunt, sed cognitionem totam relinquunt & remittunt **an die Königl. Preußis. Berg-Gerichte.**
Ipse quoque Senatus civitatis, quamvis secundum recessum, de dato, 145
Cölln an der Spree / den 10. *Octobr.* 1685. *art.* 4. potestatem habeat, in processu criminali inquisitorio summario, testes sub juramento præstito recipiendi, & exigendi juramentum purgatorium; Item secundum *art. II.* plenariam ac solitariam cognitionem in judicio Tutelæ directo & contrario, item rationum distrahendarum, ubi causa agitur coram Deputatis **zum Vormundschaffts-Amte/ also daß der Rath** *juxta verba textus dicti. art. II.* **befügt ist/ Zeugen summarisch/ auch da nöthig/ eydlich abzuhören/** super delatione & relatione juramentorum, **wie auch alle** juramenta legalia, purgatorium, suppletorium, in litem, & in defectum inventarii legitimi, super specificatione bonorum pupillarium **zu erkennen:** Ni- 146
hilominus tamen, ubi ad ipsum præstationis juramenti causa devenit, hic actus coram Deputatis **des Vormundschaffts-Ammts** expediri non potest, sed coram Judicio Regio Civitatis **vor denen Königl. Preußl. Berg-Gerichten** / quod innuunt verba *dicti art. II.* **doch daß sie den erkandten Eyd in Beyseyn ihres** Actuarii **vor den Schultheissen abschweren lassen.** Sistit igitur Actuarius ju- 147
dicii Tutelaris **des Vormundschafft-Ammts** / in termino præstationi juramento ab ipso Judicio Tutelari præfixo, ad mandatum Directoris Judicii, partes litigantes Dn. Sculteto judicii civitatis regio; eumque nomine judicii Tutelaris requirit, ut juramentum, cujus formulam a judicio tutelari conceptam, simul exhibet, a juraturo re-

cipiatur, & qualiter hoc præſtitum fuerit, ſub formula juramenti exhibita, per regiſtraturam Secretarii judicii atteſtatio fiat. Quam requiſitionem Dn. Scultetus admittit, & juramentum a juraturo realiter in præſentia Actuarii, & partis litigantis adverſæ præſtatur; quo præſtito Secretarius Judicii ſubſcribit conceptæ formulæ juramenti, regiſtraturam de facta præſtatione juramenti, & formulam hanc cum regiſtratura Actuario judicii Tutelaris reddit, ut eandem ad Acta reponat; quibus peractis ulterius in cauſa procedit, & definitive pronunciat Judicium Tutelare.

148 Quamvis etiam in cauſis opificum, Senatus, cum Judicio derer Berg-Gerichte *juxta art. 9. dicti Receſſus*, concurrentem & prævenientem jurisdictionem habeat (a quibus tamen expreſſe exemtæ ſunt, cauſæ derer bey hieſiger Stadt befindlichen ſechs Innungen / nehmlich der Kramer / Schmiede / Schuſter / Becker / Fleiſcher und Fütterer / quarum cognitio ſolum ad judicium derer Berg-Gerichte ſpectare debet.) Nihilominus tamen, ubi in Proceſſu ad actualem præſtationem juramenti alicujus delati, vel per ſententiam impoſiti negocium devenerit, juramentum hoc non coram Senatu, ſed in judicio derer Berg-Gerichte / actualiter præſtatur, quod judicium, Senatus, pro recipiendo juramento, requirit, transmiſſa ſimul formula juramenti præſtandi: qua requiſitione facta Dn. Scultetus certum terminum præſtationi juramentorum præfigit, ad eumque partes citat. Et ita obſervatum, in cauſa derer hieſigen Ober- und andern Meiſter des Buchbinder-Handwercks contra collegam, Meiſter Mathes Viehwegen uti ex ſubſequentibus literis requiſitorialibus Senatus & citatione emanata pateſcit. P. P. Es hat uns Mathes Viehweg Bürger und Buchbinder hieſelbſten untern dato den 17. Junii a. c. zu vernehmen gegeben / weßmaſſen / als ihme / in Sachen ihn und die Ober- und andere Meiſter des Buchbinder Handwercks hierſelbſt / durch eingeholetes Urthel und Recht / nach vorhergehenden Eyde vor Gefährde derer Beklagten / und zwar zwey oder drey ihres Mittels / ſo davon die beſte Wiſſenſchafft haben / der Haupt-Eyd zu erkandt / und die Sache von uns / dem Rathe zu Ablegung der erkandten Eyde an die Königl. Preuſſ. Berg-Gerichte allhier verwieſen / und er ſich daſelbſt gemeldet / auch einen Termin ad jurandum ausgebracht / ihm daſelbſt

selbst injungiret wäre / dißfalls gewöhnliche requisitoriales cum formula juramenti einzuschaffen. Diesem nach übersenden wir unsern hochgeehrten Herrn die verlangte formulam juramenti, nebst der Abschrifft des Urtheils und ersuchen denselben zugleich dienstlich / er geruhe solchen actum jurandi förderamst zu expediren / und darauff die gehaltene registraturen an uns zu remittiren. Vor solche rechtliche Willfahrung verharren wir allstets ꝛc.
Hac requisitione facta, scultetus sequenti modo citationem expediit: 149
Beykommende Beylage weiset so wohl denen Ober- und andern Meistern des Buchbinder-Handwercks hierselbst / als auch Meister Mathes Viehwegen mit mehren / wesgestalt die Königl. Preuss. Berg-Gerichte allhier von E E. Rath requiriret worden / von denenselben die beygefügte Eyde auffzunehmen; Wann dann hierauff ad jurandum der 15. dieses angesetzet worden: Als werden sie allerseits Gerichts wegen hiermit citiret und geladen / beziehltes Tages in denen Königl. Preuß. Berg-Gerichten allhier zu recht früher Zeit unausbleiblich zu erscheinen / gefast solche Eyde gebührend abzuschweren / und darauff fernerer Verordnung zu gewarten. Sign. Halle den 2. Aug. 1704.

In eo quoque cautionem adhibeat Judex, ut aptam & conve- 150
nientem formulam litigantibus præscribat, quam præstent. Hoc ipsum enim est, quod communiter dicitur, *conceptis verbis jurare*, quoniam concipere Juramentum denotat idem, ac certam Jurisjurandi formulam præscribere *l.* 34. §. *si de qualitate &* §. *penult. ff. de Jurejur.* Franzkius *lib.* 2. *resol.* 1. *n.* 30. *seqq.* Præstandum autem est 151
Juramentum ea forma & conceptione verborum, qua delatum est. *per l.* 3. §. *ult. in verb. jurare autem oportet, uti delatum est. ff. de Jurejurand. ibique* Brunneman. *n.* 1. Carpz. *in Proc. tit.* 11. *art.* 3. *n.* 110. Hoc si non factum fuerit, sed jurare jussus vel quædam verba omiserit vel addiderit, nullum habebit effectum jusjurandum, & de novo jurandum est. *per l. qui per salutem* 33. *in verb. & ideo ex integro solenniter jurandum est. ff. de Jurejurand. ibique* Brunnem. Ex quo textu notant 152
Dd. Godofredus Bartolus, & Jason, formulam & verba delati juramenti adeo præcise servanda esse, ut non sufficiat jurare per æquipollentia verba, quia forma per æquipollens non potest adimpleri. Roland a Valle *lib.* 1. *cons.* 71. *n.* 7. *&* 9. Et refert ex Cornelio Tacito *lib.* 2. *annal.* 153
Setser *de Juram. lib.* 1. *cap.* 15. *n.* 4. morem antiquum fuisse, ut aliquis

in judicio præiret, h. e. recitaret vel prælegeret verba, quæ jurans persequebatur, seu punctatim reiterabat: **Einer muste die Worte des Eydes vorsagen oder vorlesen / der andere aber welcher schweren wolte / muste dieselbe von Wort zu Wort nachsprechen.**

154 Qui mos in eum finem introductus ut inde facilius cognosceretur, si pejeraret, nec ex conscientia contraria, mutare posset verba: quoniam fallaciter jurantes, quibus flagitii conscientia inerat, juramenti verba mutare ut plurimum soliti essent: qui mos etiam adhuc in no-

155 stris judiciis retinetur. Cautionem ergo adhibeat Judex, ut respiciat ad ea verba, quibus actor usus est circa delationem juramenti, eaque in formula præstandi juramenti retineat, & secundum ea reum jurare jubeat, vel etiam si Juramentum a reo relatum fuerit actori, actorem ad eam formulam adstringat: Quoniam regula, quod secundum verba delata jurandum sit, etiam in juramento relato obtinet, ut late

156 probat Carpzov. *lib.* 3. *Resp.* 49. *per tot.* Hac tamen distinctione adhibita, ut actor in casum negationis reo juramentum deferens, affirmative, reus vero negative juret, *v.g.* Si actor Cajus contra reum experiatur actione mutui, & dicat se Titio reo centum thalerorum mutuo dedisse, in casum negationis vero deferat juramentum, reus vero acceptet, jurabit negative, *h. m.* juro, Cajum mihi centū thaleros haud mutuo dedisse. Quod si vero Titius Cajo juramentum referat, tunc Cajus affirmative jurat, *h. m.* Juro me Titio centum mutuo dedisse:

157 Respiciendum enim semper ad intentionem litigantium, & quis eo-

158 rum affirmaverit vel negaverit factum, super quo jurandum est; Quare cum inter Bibliopegas & ipsorum collegam Valentinum **Viehweegen** / lis esset coram Senatu anno 1703. **da die Ober- und andere Meistere / unter andern** factis approbativis electionis, ab ipsis factæ, in casum negationis **ermeldten Viehwegen ins Gewissen geschoben: Daß er nach beschehener Ober-Meister-Wahl in die Convent-Stube hinwieder (nach genoñenen Abtritte) gelassen worden / wider die Wahl nicht** protestiret **hätte;** male pronunciarunt Dn. JCti Wittebergenses, dum actori **Viehwegen** / qui in affirmativa, nempe se protestatione contra electionem tunc temporis usum fuisse, se fundabat, Juramentum negativum per sententiam

de

de publicato **den 1. Aug.** 1703. detulerunt, **daß er nehmlich schweren solte: Daß als er in die Convent-Stube / nach beschehener Ober-Meister-Wahl / wieder gelassen worden / wider solche Wahl nicht** protestir**et hätte:** Quod pronunciatum majori litigio ansam dedit; & secundum negocii gesti naturam subsistere non potuit, quoniam actorem ipsum **Viehweg** affirmative jurare, secundum ipsius assertionem oportebat: **Daß er nach beschehener Wahl / da er in die Convent-Stube gelassen worden / wider die Wahl** protestir**et hätte:** Alias per præstationem juramenti negativi secundum ipsam assertationem adversariorum jurasset.

Quod si vero partes inter se dissideant, super formula juramen- 159
ti præstandi, ipsi judici incumbit, formulam præscribere talem, quæ & deferentis & delati intentioni conveniens est, perea, quæ habet Anton Faber *in Cod. lib. 4. tit.* 1. *def.* 10. Setser *de Jurament. lib. 4. cap. 8.* Carpz. *p. 1. const.* 15. *def.* 9. *& lib.* 3. *Resp.* 49.

Ultimo loco adhuc cautelam pro judice Austregario, adducimus 160
hanc, ut Consiliarius Regis vel Principis qui cognoscere vel judicare cupit, ante omnia curet, ut juramenti vinculo, quo alias quoad officium Sereniſſimo obstrictus est, ab ipso Principe solenniter liberetur, & juramentum relaxetur, deinde vero novum Juramentum, quoad causam ventilandam in judicio Austregarum præstet, tunc enim quoad hanc causam in ministerio principis esse non præsumitur. *Ordinat. Camer. p.* 2. *tit.* 4. §. **dieselbe neue Räthe** *add.* Brunnem. *conſ.* 136. *n.* 146.

Et hæc quoad cautelas Judicantium dicta sufficiant, reliquas cau- 161
telas quæ tam quoad personas, quam quoad res & ipsa juramenta observandæ veniunt, sequentibus sectionibus reservamus.

Sequitur ergo ut agamus de cautelis, quas *Ministri Judicantium* ob- 162
servare necesse habent. Inter hos numeramus Actuarios seu Notarios Judicii, qui secundum Jus Civile vulgo exceptores dicuntur. *vid. l. ult.* §. 2. *C. de Castrens. l.* 12. §. 3. *C. de proxim. Sacror Scrinior. Nov. 26. cap.* ex eo, quod universa Judicii acta excipiant, & legitime conscribant, secundum tradita Georg Schulzens *in proc. part. 1. cap. 8. n.* 2. *& seqq.* Horum opera & præsentia circa actus judiciales, adeoque etiam cir-

ca ipſa Juramenta adeo neceſſariæ ſunt, ut nec valeant Judicantes ſine Actuario adhibito legitime aliquid expedire. *juxta ordin. Crim. Caroli*
163 *V. art. 1. Ordinat. Cameral. p. 1. tit. 26. & 59.* De hoc anxia quæſtio eſt, an Actuarius in hoc cavere, vel ſibi proſpicere opus habeat, ut præter hoc, quod ad officium Actuarii peculiari juramento adſtringatur etiam Notarius Publicus Cæſareus a Comite Palatino Cæſareo creatus ſit? Negativam amplectitur B. Brunnem. *in repetit. Paratitl. Weſenbecii tit. de fide inſtrum. Quæſt.* 11. de Jure Saxonico vero affirmativam defendit, eamque prævalere putat Carpz. *in prax. Crim. p.* 3. *quæſt.* 113. *n.* 41. *& in proc. tit.* 2. *art.* 4. *n.* 52. *ſeqq.* Berlichius *part.* 1. *concluſ.* 8. *n.* 16. *& ſeqq.* Contrarium tamen decidit Elector Saxoniæ *Johan. Ge-*
164 *org. II. in deciſ.* 28. ubi quemlibet idoneum & legalem Judicii Actuarium ſufficere ſtatuit, in cauſis vero criminalibus requirit, ut ſi ipſe Actuarius non ſit in ſimul Notarius, alius Notarius Cæſareus ipſi adjungendus ſit, *juxta Conſtitutionem Criminalem Caroli V. art.* 1. Quare in cauſis Juramentorum ſufficiet, adhibere Actuarium, dummodo juraverit, Pacian. *de Probat, lib.* 1. *cap.* 65. *n.* 72. ſe omnia in judicio fide-
165 liter & diligenter expediturum Berlich. *p.* 1. *Concl.* 8. *n.* 18. in tantum, ut etiam Notarius Publicus Caeſareus, ſi in aliqua cauſa Actuario adjungatur, opus habeat, ad ea Acta cauſae, cui adjungitur, ſe per Juramentum adſtringere, uti de Jure Saxonico Textus clarus legitur, *in*
166 *Dec. Elect. noviſſima* 38. *& ad eam* D. Philippi *obſerv.* 2. *n.* 54. Cautionem ergo adhibeat Auctuarius Judicii, ut ante omnia antequam expeditionem aliquam in judicio faciat, ad officium ſuum mediante Juramento ſe conſtitui curet, cujus formula legi poteſt *in Ordinat. Camerali Rom. Imp. part.* 1. *tit.* 59.

167 In foro Saxonico & Ducatu Magdeburgico non ſolum ſufficit, quod Actuarius mediante Juramento ad officium ſuum conſtitutus fuerit, ſed etiam hanc Cautelam Actuarius adhibeat, ut hæc praeſtatio Juramenti in praeſentia & conſpectu ſubditorum fiat, *vid. Ordinat. Proceſſ. Elect. Saxon. tit.* 2. §. *ult. in verb.* **in Beyſeyn derer Unterthanen.** *Ordinat. Proc. Ducatus Magdeburg. de anno* 1686. *cap.* 1. §. 7. verb. **in Beyſeyn derer Bürger und Unterthanen öffentlich vereydet ꝛc.** Ex hac ratione, ut omnis malitiæ ſuſpicio excludatur, & quo majorem

majorem fidem habeant cives & ſubditi Actuario qui in præſentia ipſorum juravit, Carpz. *proc. tit. 2. art. 4. n. 66. ſeqq. & lib. 2. Reſp. 14.* Id quod tantopere neceſſarium eſt, ut quamvis Actuarius Ju- 169
dicii coram Domino jurisdictionis, ad acta juraſſet, nihilominus tamen hoc juramentum præſtitum ipſi non proſit, ſed actus judiciales ab ipſo geſti corruant & pro nullis habeantur: ex ratione, quod præſentia ſubditorum in actu jurandi requiratur ad formam actus, adeoque per æquipollens non poſſit nec debeat adimpleri. Setſer *de juram. lib. 2. cap. 14. n. 7.* Carpz. *lib. 2. Reſp. 14. n. 17.* Berlich *p. 1. dec. 81. n. 8.* Quæ diſpoſitio tamen tantum procedit in judiciis nobilium, 170
quæ in pagis exercentur, ubi plerumque Actuarius judicii ſimul vicem judicis ſuſtinet, uti probat illuſtris *Dn. Bornius ad univerſ. Jus Jud. diſp. 1. th. 14.* nam in Camera Imperiali *juxta Ord. Cameræ* zu **Worms** *de anno 1521. tit.* **Ordnung des Cammer-Gerichts** / & *Ord. Cam. p. 1. tit, 26. §. 5. & 59.* Notarii & Proto-Notarii in præſen- 171
tia Præſidis & Aſſeſſorum jurant. Et tam in foro Saxonico, quam in Magdeburgico uſus & experientia teſtatur, quod Proto-Notarii & Secretarii ſummorum Judiciorum **vor dem Regierungs-***Collegio*, in Civitatibus vero Actuarii, coram Senatu, in judicio **derer Berg-Gerichte** / item in præfecturis conſtituti Actuarii, coram Regimine Ducatus Magdeburgici, juramenta ad officium præſtent.

Coram jurato autem hoc Actuario, qui ſimul vicem judicis te- 172
net, Nobiles & Domini Jurisdictionis tam de Jure Saxonico quam provinciali Magdeburgico, ſubditos ſuos convenire poſſunt, *vide Conſt. Elect. p. 2. p. 1. & ad eam* Carpzov. *def.* 20. **Magdeb. Proceß-Ordnung** *cap. 1. §. 7.* **Geſtalt auch denen von Adel/und Räthen in denen Städten / ſo die Gerichte zu** *exerci***ren haben/ wenn der Gerichts-Verwalter und** Actuarius **oder** Notarius, **in Beyſeyn der Bürger und Unterthanen zu denen Gerichten öffentlich vereydet / vor denenſelben ihre eigene Sachen wider die Unterthanen zu klagen unbenommen bleibet / doch ſoll denen Gerichts-Verwaltern und** Actuariis **obliegen/in wichtigen Dingen allen Verdacht zu vermeiden/ die** Acta **nach rechtlichen Erkäntniß iedesmahl zu verſchicken.** Cum vero Nobilis de 173
Tro-

Trotha, judicio pagi Krossig præfeciſſet Actuarium, qui ſimul officio judicis fungebatur, & ſaltem ipſi Domino jurisdictionis juramentum præſtiterat, in cauſa **Wilhelm Siebickens/** contra **Daniel Frantzen/** ubi de hoc defectu exceptio orta erat, pronunciavit Regimen Regium Ducatus Magdeburgici *d. 8. Julii 1699.* **würde der Trotiſche Gerichtshalter zu Krosigk/ im Fall er in Beyſeyn der Unterthanen daſelbſt nicht verpflichtet/ die in dieſer Sache gehaltene** acta **und gefertigte** regiſtratu**ren annoch beſchweren/ daß alsdenn bey dem** in actis primæ inſtantiæ **befindlichen den 3.**
174 **Junii** 1685. publicir**ten Abſchiede es zu laſſen.** Cui ſententiæ etiam ſe ſubjecit Juſtitiarius loci, & ſubſequenti formula juramenti acta confirmavit *d. 4. 962.* 1699. **Ich Daniel Bruchmann ſchwere zu GOtt einen leiblichen Eyd/ daß ich die zwiſchen Michael Sibicken/ und Daniel Frantzen vor mir in denen Gerichten zu Krosigk ergangene** acta **und gefertigte** regiſtraturen **richtig gehalten/ und darinnen nichts/ ſo in denen Gerichten nicht vorgegangen/ und wider die Warheit oder den Grund der Sachen läufft geſchrieben habe. So wahr mir GOtt helffe und ſein heiliges Wort.**

175 Illud vero adhuc quæritur, ubi hoc juramentum confirmatorium præſtandum ſit, an in judicio ſuperiori, ubi exceptio objecta, & per ſententiam adprobata fuit; an vero in præſentia ſubditorum ejus judicii, cui tanquam judex vel Actuarius a nobili præpoſitus eſt? Reſpondemus ſub diſtinctione: Aut enim habetur ſaltem reſpectus ad hanc cauſam, in qua exceptio oppoſita, & tunc per juramentum in ju-
176 dicio litis pendentis præſtitũ ab Actuario, convalidantur & ratificantur omnino acta, in iſta cauſa controverſa ab Actuario conſcripta. Quamvis enim ſecundum regulam Juris, ea, quæ non valent ab initio, nec tractu temporis convalidentur *per l. 178. ff. de R. I. c. non firmantur,* 18. *de Reg. Jur. in 6.* contrarium tamen docent Pragmatici, ex ratione, quod hic non propter ſolum temporis tractum, ſed propter novam accedentem cauſam, quæ jus facere poteſt, convalidatio fiat, nempe propter Juramentum confirmatorium, quod actui invalido vigorem & ſubſtantiam reddere poteſt. B. Brunneman, *conſ. 26. n. 57. & conſ. 29. n. 68.*

n. 68. Quin & æquitas ipſa ſuadet, ut ejusmodi ratificatio actorum ad- 177
mittatur, ne partes cauſam in litem deductam de novo re aſſumere, & ſumtus erogatos perdere neceſſe habeant *add.* Carpz. *lib. 2. Reſp. 14. n. 20. & part. 3. dec. 201. n. 30. & ſeqq.* Quod ſi vero ad alias cau- 178
ſas reſpicimus, tunc acta ſuper iis ab actuario confecta, vel in poſterum conficienda, per præſtitum hoc juramentum non convalidantur, ſed Actuarius ſemper habet, quod metuat novam exceptionem; nullum enim juramentum judiciale operatur, ultra id, quam ſuper quo præſtitum fuit. *Mev. p. 2. dec. 47 n. 4.* quare hanc Cautelam ad- 179
hibeat, ut convocatis ſubditis jurisdictioni ſibi demandatæ, juramentum in judicio pagi, coram Notario publico ad hunc actum requiſito, in præſentia ſubditorum ita præſtet: Ich ſchwere zu GOtt dem Allmächtigen einen leiblichen Eyd / daß ich Zeit währender meiner Gerichts-Beſtallung alle und iede ergangene Gerichts-acta und gefertigte regiſtraturen treulich und richtig gehalten / und darinnen nichts / ſo nicht in denen Gerichten vorgegangen / und wider die Warheit und den Grund der Sache laufft geſchrieben habe. Ich will auch hinkünfftig alle vorkommende Gerichtliche acta und regiſtraturen ferner getreulich und richtig halten / und in dieſelben nichts / was nicht in denen Gerichten vorgehet / oder wider die Warheit und den Grund der Sache läufft niederſchreiben / ohne alle Liſt und Gefährde Et tunc per hoc juramentum novum non ſolum ratificantur & convalidantur omnia acta anteriora, ſed etiam omnis diſputatio ſuper futuris tollitur, præſertim cum Notarius ſuper præſtito hoc juramento publico inſtrumentum faciat, quo Actuarius in judicio ſuperiori pro defenſione ſua & legitimatione uti, omnesque vexas effugere poſſit.

Conſiſtunt vero Actuarii cautiones circa juramenta judicialia, 180
quæ a partibus præſtanrur, potiſſimum in iis, ut Actuarius (1) verba illa quibus actor vel reus circa delationem juramenti uſus fuit, **bey der Verhör oder dem rechtlichen Einbringen von Munde aus in die Feder**/ accurate ex ore proferentis, ad acta ſcribat. (4) ut diem 182
& horam factæ publicationis ſententiæ, in qua juramentum impoſitum fuit, in actis annotet. (3) ut epiſtolam illam, in qua juraturus ju- 183
ramentum vel acceptat, & ſeſe ad præſtationem juramenti offert, vel

etiam hoc ipsum deferenti refert, ad acta reponat, & eidem diem præsentati inscribat, quando hæc epistola in judicio præsentata fue-
183 rit: (4) Copiam citationis secundum jussum Judicis ad partes emis-
184 sæ, ad terminum præstationis juramenti, actis inserat. (5) Documentum insinuationis legitime factæ, huic subscribat. (6) In termino formulam juramenti a judice conceptam parti juranti distincte & cla-
185 ra voce prælegat, & (7) Registraturam, qualiter præstatio juramenti facta fuerit, item, an utraque pars in judicio comparuerit, nec ne, con-
186 ficiat, eamque ad acta referat. Cum enim circa hæc certa fatalia in legibus præscripta inveniantur, quorum neglectus præjudicat jurantibus, utique maxima cura Actuarii in eo versetur, ut omnia fideliter in actis consignet, quo legitima computatio fatalium fieri, & judici constare possit, an omnia ea observata fuerint, ad quæ juraturi secundum jura obligantur.

187 Illud vero quæritur, an Actuarius judicii absente Judice, juramenta a personis litigantibus in judicio acciperc possit; ita ut hæc præstatio juramenti legitime coram ipso expediatur? Negativam ut apprehendamus, svadet ratio hæc, quod juramenta sint actus maximi præjudicii, adeoque ipsi judici incumbat, non solum de iis statuere, sed etiam ut legitime præstentur: neque juraturus periculum animæ incurrat, providere; ubi omnes circumstantiæ sæpius exacte ponderandæ sunt, juxta Mevium *p. 7. dec. 280. n. 3. & 4.* adeoque ipsum judicem circa ea admittenda cautum atque providum esse debere.
188 Id. Mevius *p. 5. dec. 47. n.* 2. docuit. Quare bene monet Cravetta *Cons.* 196. *per textus & Dd. ab ipso citatos,* quodlibet juramentum esse præstandum in judicis manibus. Cum igitur Actuarius seu Notarius judicii, qua talis, non sit judex, neque ad officium judicandi, sed saltem ad acta excipienda constituatur, hinc etiam illa sibi sumere & expedire non potest, quæ ad officium ipsius judicis pertinent. Adeoque firmiter concludunt Dd. quod non sufficiat juramentum præstitum coram Notario vel Actuario judicii: *vid.* Gratian, *in discept. forens. c. 697. n. 17. & 18. Tom.* 4. Jason *in l. videamus 4.* §. I. *n.* 2. *ff. de in litem Jurejurando,* Anton Thesaurus, *dec. 68. per tot.* Caveat ergo
189 Actuarius ne tale juramentum recipiat. Secus tamen se res habet,

quando

quando ex ſpeciali judicis commiſſione & mandato juramentum recipit, tunc enim coram ipſo tanquam delegato valide juratur, uti docet Bald. *in l. 3. in princ. verſ. circa quintum ff. de Jurand.* Franciſc. Salgado de Samoza *in Labirint. Cred. concurr. part.* 1. *cap. 7. n. 102. &* 103. Atque hæc opinio in noſtris judiciis adhuc hodie recepta, ſicuti non 190
ita pridem Judicium Regium **derer hießigen Berg-Gerichte** in cauſa **der** Seniorin **Rudloffin** contra **die Möritzin** conceſſit, ut actrix **die Rudloffin**/ tam juramentum calumniæ, quam etiam principale relatum, coram Secretario judicii, ad hunc actum ſpecialiter ablegato, in domo privata præſtaret: Et curia ſuprema provincialis hoc anno quoque conceſſit, ut coram Dn. Proto-Notario ad hoc ſpecialiter delegato juraret morbo decumbens Sigismundus **Drechßler** in cauſa contra **Bürgermeiſter Katſchen.** Quales caſus plures enumerari poterunt. Et tantum etiam dictum ſit de Actuario judicii,

Ultimam perſonam Judicii conſtituunt Nuncii, **die Cantzley-** 191
und Gerichts-Diener / Gerichts-Frohnen und geſchworne Bothen: qui ad inſinuandas citationes in judicio conſtituti, & ad hanc ipſam inſinuationem fideliter expediendam in primordio officii juramento præſtito obſtringuntur. Hi omnes cum ipſorum 192
fides electa ſit, & juramentum ſuper inſinuatione perficienda ab ipſis præſtitum, ſit perſonaliſſimum (ut loquuntur Dd.) nec tranſeat de perſona in perſonam *vid.* Mevius *p. 5. dec. 391. n.* 4. inſinuationem citationum ipſi expedire tenentur. Cautus ergo ſit nuncius judicii 193
quilibet, ne alii mandet vel concedat, quo inſinuationem citationis ad terminum præſtationis juramenti emanatam, loco ipſius perficiat; ipſe enim nuncius nudum miniſterium exequendæ vel inſinuandæ citationis habet, non vero Jurisdictionem, ut alium, quamvis ex ipſius domeſticis eſſet, ſubdelegare poſſit, ſed talis per aliam perſonam inſinuata citatio ipſo jure nulla eſt, neque de ea ipſe nuncius, quaſi legitime facta eſſet, ſalva conſcientia relationem ad acta facere poteſt. *add. c. fin. X. de offic. & poteſt. de leg.* Mynſinger *cent. 1. obſerv. 77.* Quod ſi tamen citatio aliqua a nuncio non jurato, ad mandatum judi- 194
cis, parti inſinuata fuerit, tunc ad exemplum aliorum actuum, qui per

homines juratos debent expediri, ratificatur, si juramento insinuatio ejus confirmetur, per ea, quæ antea circa personam Actuarii retulimus. Et hæc dicta sint de personis judicantium & ministris eorum.

SECTIONIS II.

CAPUT III.

DE

CAUTELIS JURAMENTORUM IPSIS LITIGANTIBUS OBSERVANDIS.

1 ORdine nunc agendum de personis in judicio litigantibus,
2 nempe ACTORE & REO, & quas cautiones isti circa juramenta adhibere debeant despiciendum. Versantur autem istæ cautiones tam circa legitimam *DELATIONEM*, quam circa honestam *DECLINATIONEM* seu *EVITATIONEM*, non minus *RELATIONEM*, *ACCEPTATIONEM*, *OBLATIONEM*, *PRÆSTATIONEM*, *REVOCATIONEM & REMISSIONEM JURAMENTORUM*.

3 Quantum ad ipsas personas ACTORIS & REI attinet, in iis ante omnia considerandus erit status seu conditio ipsorum, an scilicet legitimam personam standi in judicio habeant, ut juramenta in judicio
4 deferre, referre, acceptare atque præstare possint. Deferre autem juramentum possunt omnes, qui ad deferendum non inhabiles sunt. *per l. 35. §. 1. ff. de Jurejurando.* inhabiles vero dicuntur, qui vel ad paciscendum, vel ad solvendum, aut solutionem recipiendam, vel ad judicium suscipiendum, vel ad transigendum sunt idonei.

5 Quales sunt (1.) INFANTES qui adhuc minores sunt septem annis, qui propter defectum intellectus & voluntatis, neque Juramentum aliis deferre poterunt, sicut & illis inutiliter juramentum de-
6 fertur. *juxta §. 9. Inst. de inutilib. stipulat.* quamvis accedente tutoris autoritate: nulla enim infantis voluntas est, nullum judicium, quod tamen requiritur in juramento, *per l. 1. impubes C. fals. monet. c. parvuli c. pueri. caus. 22. q. 5. c. etsi Christus de Jurejur.* adeoque nec velle nec nolle creduntur. *per l. pupillus 189. ff. de R. I.* Nulla quoque ipsis competit actio, cui tutoris autoritas accedere posset, sed ipse tutor

tor, nomine infantis in judicio agere, adeoque etiam nomine ipſius juramenta adverſario deferre, & ab adverſa parte delata vel relata acceptare debet. *per l.* 18. §. 3. *C. de Jure deliber.* Cautus ergo ſit quis- 7
que litigator, ne juramentum tali pupillo, ſed potius ipſius tutori deferat, atque ut hic judicium vel juramentum pro infante acceptare vel referre cogatur, petat, ad quod ipſum tutor obligatus eſt. *per l.* 2. §. 2. *ff. de adminiſtrat. Tutor.* Quod etiam procedit in iis, qui ſunt in- 8
fantiæ proximi, *h. e.* qui nuper ſeptimum ætatis annum exceſſerunt, hi enim infantibus comparari ſolent. *per l.* 1. §. 13. *ff. de oblig. & Act.* §. 9. *Inſt. de inutilib. ſtipulat.* quoniam nec hi jurare nec juramentum ab alio petere poſſunt: nulla enim vera eſt apud ipſos promiſſio, adeoque nec jusjurandum; hinc nec pejerare dicuntur quamvis juraverint. *in l. qui juraſſe* 26. §. 1. *ff. de Jurejur. verb. cum non ſciens fallat.* Quin & juramentum impuberis ejus contractum non confirmare, conſuluit. Jacob Menoch. *Tom. 1. conſ.* 1. *n.* 323.

Secus tamen in iis eſſe, qui pubertati proximi ſunt, h. e. qui fe- 9
re annos pubertatis attigerunt, docet Hilliger *in Donell. lib.* 12. *cap.* 22. *tit. K.* Quoniam hos doli capaces eſſe, adeoque ex juramento præſtito obligari putat Setſer *de Juram. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 6. Contra, quod tale 10
juramentum impuberem propter defectum judicii non liget, etiamſi proximus ſit pubertati, conſuluit *Menoch. Tom.* 3. *conſ.* 29. & 37. Nos 11
mediam viam incedentes, putamus, quod tale juramentum omnino liget impuberem pubertati proximum, ſi ipſe intelligat, quid ſit juramentum *per c.* 1. *X. de delict. puer.* Struv. *Synt. Jur. Civ. Exerc.* 17. *theſ.* 15. Suarez *lib.* 1. *de Juram. c.* 14. id quod prudenti judicis arbitrio dijudicandum, ne præcocioribus ingeniis malitia lucro cedat, & tardioribus iniqui quicquam imputetur. *arg. l.* 13. §. 1. *ff. de dolo.* Menoch. *de arb. Jud quæſt. lib.* 2. *caſ.* 57. *n.* 20. *ſeqq.* PUPILLI etiam ſine tutoris 12
autoritate neque Juramentum deferre neque accipere poſſunt *per l.* 11. §. 1. *ff. de jurejur. l.* 4. *C. eod. l.* 1. §. 1. *ff. quar. rer. actio non detur.* Quamvis etiam judex juramentum a pupillo ſine tutoris autoritate de 13
facto delatum, per ſententiam approbaverit, *per l.* 1. § 1. *ff. quar. rer. non datur actio.* Brunnem. *ad l.* 17. §. 1. *n.* 7. niſi hoc juramentum ad liberationem pupilli delatum ſit. Quo caſu quidem valere ad ex- 14
ceptio-

ceptionem, quæ tamen replicatione elidi posset, putat Mev. *ad. Jus*
14 *Lubec. lib.* 1. *tit.* 7. *art.* 3. *n.* 2. Quod si vero pupillus per tutorem in judicio agat, tunc tutor nomine pupilli juramentum in judicio deferre & referre potest. *per l.* 17. §. 2. *& l.* 5. *ibique* Sichard. *Cod. de Reb. Cred.* Quoniam hic nomine pupilli alienare, res in judicium deducere, atque solutionem recipere potest. *d. l.* 17. §. 2. *& l.* 35. §. 1. *junct. l.* 29. *&* 21. *ff. de Jurejurand.* Anton Faber *in Cod. lib.* 4. *tit.* 1. *def.* 20. Carpz. *p.* 1. *const.* 14. *def.* 12, *& lib.* 3. *Resp.* 40. *n.* 19. Mev. *ad jus Lubec. lib.* 1. *tit.* 7. *art.* 3. *n.* 7. Atque sic pronunciatum **in denen Königl. Preuß. Berg-Gerichten den 8. Aug. 1698.** in causa **Michel Weissens/ Klägers an einem; Peter Hillers hinterlassene Kinder Vormündere Bekl. am andern Theile: Daß Beklagte / so viel den 9. und 11. Klage-Punct betrifft / daß ihnen darüber** in casum negationis deferirte Juramentum **zu** acceptiren **oder zu** referiren **verbunden.** Item in causa **Jobst Walters / Klägers /** contra eosdem tutores, **den 9. Aprilis 1695. Dieweil Beklagte** litem negative contestiret **/ und den von Klägern** in casum negationis deferirten **Eyd** referiret **/ so ist derselbe solchen** referirten **Eyd nebst dem** juramento calumniæ **abzuschweren verbunden.**

15 Ipse quoque Pupillus, præsertim pubertati proximus, autoritate tutoris juramentum adversario deferre potest *per l.* 17. §. 1. *ff. de Jud.* Anton. Matthæi *in tract. de Judiciis cap.* 10. *thes.* 9. ex ratione, qua pupillus tutore autore in judicio omnia valide agere potest. *per l. in negociis* 5. *ff. de R. I.* Setser *de Juram. lib. cap.* 5. *n.* 9. Cautelam tamen hanc adhibeat tutor, ne vel ipse nimium properet ad juramenti delationem, vel ad delationem juramenti ab ipso pupillo perficiendam, facilis sit ad autoritatem præstandam, priusquam certus sit, nullum aliud sibi remedium adesse; ubi sane sibi optime prospiciet, si antequam causam in judicium deducit, Magistratum loci ordinarium vel ejus judicium tutelare ad causas pupillorum constitutum, adeat, causam cum omnibus circumstantiis, & quod nullum probandi remedium pro pupillo inveniat, aperiat, simulque consilium, & ut desuper
16 ipsi e protocollo scripta attestatio fiat, petat: Quo casu omnem suspicionem evadere potest, ne pupillus major factus, ipsi aliquando objiciat,

jiciat, quod facultates ſuas ipſius fidei & adminiſtrationi concreditas, adverſarii conſcientiæ temere comittendo perdiderit, cum tamen aliis probationibus uti potuiſſet, *per l. 35. in princ. ibi: omnibus probationibus aliis deficientibus ff. de Jurejur.* Caveat etiam adverſarius, ne 17
extra caſum ſummæ neceſſitatis pupillo juramentum deferat: Siquidem ex jure notum eſt, quod pupillus jurare nolens, invitus ad juramentum cogi non poſſit, *per l. Jusjurandum, & ad pecunias. 34. §. 2. ff. de jurejur.* Setſer *de juram. lib. 4. cap. 3. n. 5.* Mev. *ad jus Lubec. lib. 1. tit. 7. art. 2. n. 4. & 5.* Sed juramentum differendum, donec majorennis factus fuerit. Brunnem. *ad l. 26. ff. de jurejur. n. 4.* Carpz. *p. 1. Conſt. 12. def. 42. n. 9. & ſeqq. & conſt. 24. def. 11.* Ex quo ipſo intervallo ſatis incommodi juramentum deferens habebit. Accedit, 18
quod ſi pupillus ſponte jurare volens, juramentum præſtat, & per hoc juramentum inconſulto & non ſatis deliberato animo præſtitum, damnum deferens incurrat, tunc hic ſibi ipſi damnum imputare tenetur, quod imbecilli huic ætati & infirmitati judicii deciſionem cauſæ commiſerit, cum uti ſuperius diximus, minor ex conſilio vel conſulto pejerare non videatur, dum non intelligit, quid agat, adeoque nec ſciens fallat. *per l. 26. in princ. ff. de Jurejur.* Quod ſi vero pu- 19
pillus major factus ſe læſum enormiter videat per præſtationem juramenti, iterum deferens opus habet timere, ut jurans remedium reſtitutionis in integrum imploret, & conſequatur, per deducta Brunnemanni. *Conſ. 89. n. 39.* Ex quibus ſatis apparet, quod in cauſis ju- 20
ramentorum pupillarium periculum ubique deferenti immineat, cum juramentum a tali pupillo voluntarie præſtitum ipſi quidem deferenti, propter conſenſum ipſius, præjudicet, non vero pupillo *per l. 26. ff. de Jurejur.*

At nonne deferens juramentum hac cautela uti poterit, ut pe- 21
tat, Tutorem pupilli ad hoc adigi, quo ipſe juramentum delatum nomine pupilli acceptet atque in judicio præſtet, quo lis abbrevietur? Minime: iniquum enim eſſe dicit JCtus ut aliquis de alieno facto juret, *in l. 11. §. jurare 2. ff. de Act. rer. amot.* Hinc nimis grave videretur, & ignorantes & invitos tutores ſub alieni compendii emolumento etiam perjurium anceps ſubire. *l. videamus 4. ibique*

22 *Gloss. in verbo admittendam in princ. ff. de in litem jurejur.* Accedit, quod juramentum sit personalissimum quid, secundum *cap. veritatis X. de jurejur.* Menoch *tom. I. cons. 61. n.* 31. adeoque personam jurantis non excedat, neque per intermediam personam expediri possit. *per*
23 *l.* 12. §. 4. *Cod. de reb. Cred.* Mev. *p. 5. dec.* 391. *n. 5. p. 6. dec.* 379. *n.* 3. Carpz. *d. def.* 42. *n.* 14. Quod præprimis in foro nostro Magdeburgico & Saxonico valet, ubi per intermediam personam jurare nemo potest, Richter *p.* 1. *dec.* 62. *n.* 34. & 36. Sed actus jurandi differtur, donec ad majorennitatem pupilli venerint. vid. Berlich. *p.* I. *concl.* 34. *n.* 33, & *seqq.* Carpz. *lib.* 3. *Resp.* 62. *n.* 7. & *seqq. add.* Magdeb. Proc. Ordn. *cap.* 29. §. 8. in verb. **Es soll keiner an statt des andern / wenn er gleich ein** special-mandat **hätte / zur Eydesleistung vor Gerichte zugelassen werden.** Atque ita pronunciatum **in dem Hillerischen** concursu, in causa **Sehlens / Klägers /** contra **der Hillerischen Kinder Vormündere Beklagte / den 4. Septembr. Anno** 1696. verb. **Weil beklagte Vormündere der Klage nicht geständig / und Kläger Beklagten** in casum negationis **das Gewissen darob gerühret / so seynd Beklagte solchen Eyd zu** acceptiren **oder zu** referiren **verbunden: Erstern falls aber bleibet die würckliche Eydesleistung / biß zu der Hillerischen Unmündigen erlangten** majorennität **billig ausgesetzet.**

25 Pro cautela tamen hic porro notandum, quod si ipse tutor juramentum deferat alteri, ipse teneatur præstare juramentum calumniæ *per leg. cum* & 2. §. *Quod observare* 2. & *Auth. Principales* §. *ult. ibique* Brunnem. *n.* 10. C. *de jurejur. propter calumn. dando. Nov.* 24. *cap.* 1. §. *ult.* Carpz. *p.* I. *dec.* 37. & *p.* 3. *dec.* 230. *n.* 11. & *in Proc. tit.* II. *art.* 1. *n.* 96. de qua materia in Sectione IV. sub tit. DE JURAMENTO CA-
26 LUMNIÆ plura dicenda erunt. Quod si etiam adversarius, cui tutor juramentum detulit hoc ipsum juramentum ipsi tutori retulerit, tunc etiam hoc juramentum relatum Tutor præstare cogitur, ex ratione juris, quod deferens improbare in sua persona non possit, quod in aliena justum esse & fieri voluit, vid. Dn. Schvvendendorffer *ad Fiebig. Proc. p.* 2. *cap.* 2. *membr.* 2. *Sect.* 1. §. 4. *n.* 643. ubi simul formu-

lam

lam proponendi exhibet. Insuper etiam tutor, si expensas nomine 27
pupilli petit, & earum quantitatem vel erogationem aliter probare non potest, secundum sententiam judicis super iis jurare tenetur. *per l. properandum* 13 §. 2. *vers. Sed etiam in omnes* §. *ult. Cod. de judiciis. Gloss. in l. videamus. 4. verb. Admittendam vers. & pro quantitate expensarum ff. de in lit. jurand.* Ratio poterit esse hæc, quod hoc ipsum 28
juramentum legale sit, quod non ab alio defertur, sed ab ipso judice imponitur, adeoque a nemine declinari potest. Cum itaque tutor ipse in judicio agat, & pleniorem expensarum notitiam habeat, quam pupillus, multo magis jurare tenebitur: Scienti enim defertur juramentum, nec patiatur judex jurare eum, qui nescit, *l. Marcellus* 11. §. *pen. ff. rer. amot.*

Condemnari quoque potest a judice ad juramentum legale 29
purgatorium præstandum, tutor; juxta ea, quæ docuit *Autor Consultat. constit. Sax. tom. 3. part. 3. quæst. 85. in princ.* Carpzov *p. 3. dec. 230. n. 12. allegans* Berlich. *p. 2. dec. 164. n. 6.* quod ipsum etiam ad reliqua juramenta legalia, puta diffessionis vel editionis & exhibitionis documentorum juratæ, item ad litis decisorium extendunt Dd. Berlich. *d. dec. 164. n. 8. & seqq. & ab eo allegati.* Carpz. *d. dec. 240. n. 12. 13.* No- 30
vissime vero Dn. Mevius *ad Jus Lubecense lib. 1. tit. 7. art. 3.* hanc materiam de juramentis Tutorum & Curatorum optime explicavit sub distinctione; Nimirum, quod aut quæstio sit super negocio aliquo, de quo nullam habet tutor scientiam: Et tunc non teneatur tutor aliter jurare, quam de ignorantia sua, seu quod ipse ignoret negotium obveniens. Aut quæstio esset de iis, quæ sciunt tutores, aut scire debent, veluti, quæ factum illorum proprium concernunt, aut ex eorum consilio & administratione proficiscuntur, aut, quæ ab illis explicari aut statui debent: Et de hisce negotiis, concludit tutores vel invitos jurare oportere. Hac igitur distinctione adhibita, facile di- 31
judicare poterit, quando tutor in causis pupilli jurare teneatur, & quando juramentum honeste & licite declinare possit. De jura- 32
mento in litem quid statuendum sit, inferius Sectione III, ubi de juramentis in specie agendum erit, explicabimus.

Hactenus de pupillo dicta, procedunt etiam in MINORE: qui 33
annos

annos pubertatis & quidem si mas sit, annum 14. fœmina vero 12. quidem explevit, interim tamen secundum Jus Civile sive mas sive fœmina intra annum ætatis 25. secundum Jus Saxonicum autem intra 21. (Quod etiam in Ducatu nostro Magdeburgico hac in parte receptum uti patet aus der Policey-Ordnung *cap.* 43. §. 36. verb. Wenn ein Pflege-Befohlener das 21. Jahr vollbracht / wodurch sich die cura geendiget) adhuc constitutus est, & hunc annum 25. nondum
34 implevit; nam & tales minores, sicut absque autoritate curatoris in judicio valide aliquid agere non possunt, cum legitimam personam stand i in judicio non habeant: utique neque soli juramentum sine curatoris consensu deferre aut referre poterunt. *arg. l.* 16. *pr. ff. de mino-*
35 *rib.* Berlich. *p.* 1. *concl.* 29. *n.* 28. Quamvis ex juramento defacto ab ipsis præstito, etiam sine curatoris autoritate obligentur, quoniam juramentum præstitum ex minore majorem efficit, uti Baldus scribit *in Repet. leg. Jusjurandum n.* 346. *ff. de Jurejur. Auth. Sacramenta puberum C. si adversus vendit.* Setser *de juram. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 1. *seqq.* Hinc
ramentum verba pro forma requirantur, Mutus vero talia verba proferre non poſſit, hinc nec concedendum eſſe, ut Juramento oneretur: Huic reſpondemus, quod, quamvis lubentiſſime concedamus, quod verba ad Juramenti præſtationem requirantur, ſi quidem ipſa forma Juramenti in nominis divini invocatione conſiſtit, & quoad reliqua Juramentum conceptis verbis præſtandum ſit; Non tamen ad ſolam oralem prolationem verborum præciſe Juramentum adſtringendum eſſe putamus, ſed pro Cautela tradimus, ut ſur- 134
do vel muto formula Juramenti præſtandi, cum admonitione de vitando perjurio inſcriptis concepta, a Judice tradatur, quo mutus & ſurdus omnia cum attentione relegat, & deinde literis ſuis juramentum præſcriptum verbotenus imitetur, atque in Charta deſcribat ſimulque ceremonias externas per erectionem digitorum anteriorum dextrae manus adhibeat. Juramentum enim DEO præſtatur 135
cui mens & cor hominis notum eſt, quamvis hic non loquatur *c. ſi quid inveniſti 14. quæſt. 5.* Si quidem & hic applicari poterit regula, non curemus vel ſolliciti ſimus de modo, dummodo habeamus effectum, adeoque nihiletiam hoc in caſu intererit, ſive verba Juramenti oretenus, ſive per ſcripturam proferantur, *per l. 3. ibiq;* Bald. *in princ. de inſtit. & ſubſtit.* Panzſchmann. *lib. I. quæſt. 19. n.* 103. dummodo intentio & animus jurantis alio convenienti modo declaretur. Et teſtatur A. Gail. *lib. I. obſerv.* 101. de praxi Cameræ Imperia- 136
lis, quod ibidem, & aliis quoque in locis receptum ſit, ut juramenta in ſcriptis concepta a juraturo abſente ſubſcribantur, & appoſito ſigillo expediantur, eundemque effectum habeant, ac ſi jurans omnia verba oretenus in judicio protuliſſet. Atque huic ſententiæ ſuffragatur Setſer *de Juram. lib. 1. cap. 9. per tot.* & ex recentioribus JCtis Dn. 137

Franz-

Franzkius *lib. 2. resolut. 1. ubi n. 16. seqq.* deducit, quod juramentum in relatione ad Deum, cum in invocatione nominis divini consistat, verba externa non desideret, sed solo mentis suspirio & conceptu præstari possit, in relatione vero ad hominem, secundum jus Gentium introduci possit, ut juramentum per æquipollens aliquod præstetur. Quid secundum Jus Civile & Canonicum statuendum sit, idem latius ostendit in *n.* 38. 39. 40. *& seqq.* quo brevitatis studio, & ne actum agere videamur, benevolum lectorem remitto. *add.* Dn. Præses *in usu Pandect. moderno lib. 12. tit.* 2. §. 13. Quamvis contrariam sententiam arripiant Ummius *ad Proc. Disp.* 14. *thes. 2. n.* 16. Item Rutger Ruland. *de Commissar. part. 4. lib. 6. cap.* 10. *n.* 21. qui putant, mutum jurare non posse: quod admitti potest in illis, qui plane legere & scribere nequeunt, de quibus vid. Dn. Præses *de Jur. sensuum Disp.* 3. *cap.* 4. *n.* 29.

138

139 Notum quoque est, quod ipsis minoribus in jure æquiparentur MULIERES, quarum appellatione non solum maritatæ & VIDUÆ, sed etiam VIRGINES continentur *per l. mulieres* 13. *in princ. ff. de V. Sigr.* Carpz. *in Proc. tit. 5. art.* 3. *n.* 54. Hæ plerumque minorum jure gaudent, Berlich. *p.* 3. *concl.* 29. *n.* 96. Mev. *p.* 1. *dec.* 218. Idque ob-

140 sexus fragilitatem & infirmitatem, *per l.* 2. §. *verba ff. ad SCt. Vellej.* qua plerumque contra propria commoda laborant, *per l. si pa-*

141 *ter* 4. *in fin. C. de sponsalib.* Quamvis vero de Jure Civili tales personæ fœminini sexus, si majorennes sint, pro se in propriis causis in judicio comparere, causam agere & se defendere possint, *per l. qui absente* 4. *verb. nisi in rem suam exerceant actiones, ibique* Brunnem. *n.* 2. *C. de Procurat.* Zanger *de Except. p.* 2. *cap.* 8. *n.* 95. & pro lubitu absque Curatore contrahere possint *per l. velles C. de revoc. donat. l. si uxor* 12. *ibique* Brunneman. *n.* 2. *C. de pignor.* imo etiam ad transigendum & paciscendum admittantur, *per l. cum mota.* 6. *& l. si majores* 25. *C. de*

142 *Transact.* Mev. *p.* 5. *dec.* 100. Math. Cuno *de Pactis lib. cap.* 10. Adeoque etiam prono alveo fluat, quod de jure communi civili etiam juramenta in judicio deferre, delata etiam acceptare vel referre possint.

143 At legislatores Saxonici & Ducatus Magdeburgici, imbecillitatem sexus muliebris paulo penitius consideraverunt, adeoque non conce-

'dunt,

dunt, ut mulieres in Judicio vel pro se, vel pro aliis agant, aut compareant, nisi curatorem à Judice confirmatum habeant, qui speciali nomine curatoris litis audit, germanice **ein Kriegischer Vormund:** quamvis majores sint, & res suas administrare valeant: ex ratione ne litis dispendium ex fragilitate mentis & judicii incurrant, *per l. 2. §. 2. ff. ad SCt. Vellej.* Carpz. *lib. 5. Resp. 10. n. 2. vid. Constitutio Electoralis D. Augusti. 15. p. 2. vers.* **So** *constituiren* **und ordnen wir / daß hinfüro Wittiben und Jungfrauen / ohne Unterscheid des Alters / in allen Rechtlichen** *Processen* **ohne Vormunden nichts beständiges handeln mögen /** *Ord. Proc. Saxon. tit. 8. §. 1. Ord. Proc. Duc. Magdeb. de anno 1686. tit. 13. §. 1.* **Jungfrauen / Ehefweiber / Wittben / mögen weder vor sich noch vor die Jhrigen / vielweniger vor andere vor Gerichte handeln** *add. §. 2. in verb.* **Sie sollen auch in allewege / in Sachen / die sie selbst oder ihre Kinder / deren Vormundere sie seyn / sie mögen Klägers oder Bekl. Stelle vertreten / neben oder in Fällen / die kein** speciale Mandatum **erfordern / durch ihre** litis Curatores **oder deren** Actores **erscheinen / und andergestalt nicht gehöret / noch zur Gerichtlichen Handlung gelassen / sondern Jhnen / wenn Sie mit Kriegischen Vormunden nicht versehen / dergleichen auch ohne Anhalten aus Richterlichen Ambte verordnet werden.** Et licet antea *juxta §. 6.* in causis matrimonialibus in Ducatu Magdeburgico absque consensu Curatoris in Judicio comparere poterant, hoc ipsum tamen per revisam ordinationem Processus *de anno 1696. cap. 13. §. 1.* in fine sublatum & constitutum est, ut etiam in causis matrimonialibus, quæ in Judicium deducta fuerunt, Curatoris litis præsentia & autoritas adhiberi debeat, & quidem sub præjudicio nullitatis; quin & in §. *subsequente 3.* illa pœna quoque statuitur in mulieres, absque curatore comparentes, in judicio, quæ illegitimatis Procuratoribus imponitur, *in cap. 12. §. 3. & 4.* nempe 5. thalerorum. Insuper tamen specialiter in hac nova ordinatione dispositum, ut juxta dispositionem Juris Civilis communis in actibus extrajudicialibus, veluti contractibus, cum ex-

144 145 146

traneis, non vero cum marito celebratis, item teſtamentis, donationibus rerum mobilium, inter vivos vel mortis cauſa, mulier Curatoris autoritate non habeat opus, niſi ad alienationem rerum
147 immobilium contractus tendat: Sic & confeſſio debiti vel facti mulieris in Judicio facta, ſub prætextu defectus Curatoris revocari non poteſt, *vid. d. Ord. proc. nov. cap.* 13. §. 1. *in verb.* **Solte aber eine Weibes Perſon ꝛc.**

148 Quemadmodum igitur ſupra de Minore docuimus, quod absque præſentia & conſenſu Curatoris Juramentum in Judicio alteri deferre, vel etiam ab alio delatum accipere non poſſit, cum legitimam perſonam ſtandi in Judicio non habeat, ita caveant
149 quoque perſonæ ſexus fœminini, ne in foro Saxonico vel Magdeburgico, absque Curatoris litis præſentia & autoritate, Juramentum aliquod in Judicio parti adverſæ deferant, vel etiam ab adverſario ipſis delatum acceptent aut referant, quoniam totus Actus vitio nullitatis laborat, adeoque ſi pars adverſa, contra mulierem
150 excipiat: Bekl. hat erſehen / welcher geſtalt Anna, itzo *in Termino absque Curatore in Judicio* erſcheinen und Ihn *ex contractu locati* belangen / auch *in caſum negationis* das *Juramentum deferiren* wollen. Alldieweil aber nach hieſigen kundbaren *Provincial*-Rechten / eine Weibes Perſon ohne Gegenwart und Autorität eines *Curatoris litis in Judicio* nichts beſtändiges vornehmen / alſo vielweniger einen Eyd deferiren kan. Alß *opponiret* Bekl. der Klägerin *exceptionem legitimationis ad Judicium*, und bittet zu erkennen: daß Klägerin nebſt ihren Gerichtlich beſtätigten *Curatore litis* zu erſcheinen / und ihre Sache in Judicio zu verhandeln / auch weil ſie ſolches nicht gethan / die Unkoſten dieſes Termins Beklagtem zu erſtatten ſchuldig / wurde auch mit der / in der Proceß-Ordnung / auff
151 die illegitimatos geſetzten Straffe billig ex officio beleget. Iudex non poterit non ſententiam proferre: daß Klägerin in einem / von ihr hierzu ausgebrachten anderweitigen Termino, nebſt ihren Gerichtlich beſtättigten litis Curatore, bey Vermeidung der in der Proceß-Ordnung auff die illegitimatos geſetzten Straffe / zu erſcheinen / und durch denſelben ihre Klage ſambt der in caſum negationis angemaßeten Gewiſſens-Rührung / an und vorbringen zu laſſen / und weil ſie ſolches ietzo nicht gethan / die Unkoſten dieſes Termins auff deren vorgehende Liquidation und Richterliche moderation Beklagten zu erſtatten ſchuldig.

Cujus

Cujus deciſi ratio non ſolum in generali prohibitione, quod ſecun- 152
dum Jus Saxonicum & Magdeburgicum mulieres in Judicio abs-
que præſentia & autoritate Curatoris plane nihil valide agere pos-
ſint, fundatur, *juxta Conſt. Elect. Aug. 15. p. 2.* verb. **in allen Rechtlichen Proceßen / Sie halten gleich Klägerin oder Be-
klagtens Statt / ohne Vormunden nichts beſtändiges han-
deln** / *& Ord. Proc. Magdeb. de anno 1686. cap.* 13. §. 1. *& 2.* verb.
ander Geſtalt nicht gehöret / noch zugelaſſen werden / ſed 153
etiam in ſpecie in *reviſa ordinatione Proceſſus Magdeburgica de anno
1696. cap. 29.* §. 3. clara ſanctio prohibitiva legitur, in verbis: **doch
ſoll denen Weibes Perſonen** absque Curatoribus **in Schrifften / Eyde zu** deferir**en oder zu** acceptir**en / nicht zugelaſſen
ſeyn.** Quæ diſpoſitio non ſolum de eo caſu accipienda, ubi Pro- 154
ceſſus in ſcriptis tractatur: **Wenn ſchrifftlich verfahren wird /**
ſed etiam ob paritatem rationis ad eum caſum extendenda, ubi viva
voce in Judicio **bey mündlichen verhören / oder denen ange-
ſetzten Einbringen / von Munde aus in die Feder die Noth-
durfft** ad Acta **bracht wird.** Quæ identitas rationis etiam facit, 155
ut nec mulieribus relatio Juramenti absque Curatore concedatur.
Quoniam delatio & relatio juramenti pari jure judicantur, & ar- 156
gumentum, à delatione ad relationem Juramenti, regulariter & ut
plurimum valet, uti docuit D. Martini *in Proc. Sax. tit. 18. §. 5. n. 6.*
Pro Cautela igitur notandum, ut mulier, ſi in Judicio juramen- 157
tum viva voce deferre, referre & acceptare velit, hoc ipſum per
Curatorem in ipſius præſentia perficere curet, aut ſi in ſcriptis de-
latio, acceptatio, vel relatio Juramenti facienda, ipſa mulier cum
Cutatore epiſtolam hanc ſubſcribat; aut ſi ipſa ſcribere non poſſit,
per perſonam cognatam nomen ſuum ſubſcribi faciat, mentione
ſimul in ſubſcriptione facta, quod cum mulier ipſa literarum ex-
pers ſit, cognatus ex voluntate mulieris nomen ipſius ſubſcripſe-
rit; quo caſu etiam utile erit, ut ipſe ſubſcribens nomen ſuum
adponat. Nam autoritas Curatoris ad litem in ipſo actu negocii 158
celebrandi intervenire debet, poſt tempus vero interpoſita nihil
operatur, ad inſtar Tutorum, quorum autoritas circa pupillorum

negocia etiam in ipsa celebratione Actus intervenire debet *per l. 9. §. 5. ff. de Aut. Tutor. & Curat.* §. *Tutor. Inst. eod.* Moller. *ad Const. Elect. Sax.* 15. *p. 2. n. 34. &* Carpz. *def. 30. per tot.* Berlich.
159 *p. 1. dec. 148. n. 7. & seqq.* Quod si vero hac in parte mulier errorem commiserit, & absque Curatore in Judicio comparens, juramentum detulerit, cautelam hanc adhibeat, ut Curatorem litis in continenti, antequam ipsa cum parte adversa ad actum extraneum transeat, ad Judicium vocari faciat, & Curatore præsente deinde delationem Juramenti repetat, tunc enim ad actum in præsentia Curatoris & ex ejus consensu reiteratum magis respicitur, & delatio Juramenti valebit, atque Actrix pœnam nullitatis
160 & condemnationem in expensas effugere poterit: quoniam & Tutoris vel Curatoris autoritas in negotiis pupillorum vel minorum in continenti supervenire potest, per ea, quæ tradit Jason *in l. 1. §. quo præsens 1. n. 4. vers. antequam perveniatur ad extranea ff. de verb. oblig.* Carpz. *p. 2. Const. 15. def. 31.*

161 Sic etiam casus in Praxi mihi obtigit, ubi Actrix G. S. ad consummationem promissi matrimonii contra stuprantem J. M. agens, in libello Consistorio Islebiensi oblato sola subscripserat, & super facto stupri & promissi matrimonii juramentum Reo detulerat, in termino vero, ubi in Judicio partes **zum Rechtlichen Einbringen** admissæ erant, hanc delationem Juramenti antea factam, cum Curatore simul in prima positione repetebat: cum vero reus exciperet, delationem juramenti juxta *cap. 29. §. 3.* **der Magdeb. Proceß-Ordn.** consistere non posse, cum in scriptis a sola muliere absque Curatore facta sit; post conclusionem tamen in causa factam, pronunciavit Consistorium Comitum de Mansfeld Islebiense *d. 9. Julii, 1703.* **daß Beklagter seines Einwendens ungeachtet / sein Gewissen dahin ihm die Klage gestellet wor-**
162 **den / darüber zu eröffnen schuldig.** Ratio decidendi hæc erat, quod non tam ad primam invalidam, quam ad secundam delationem juramenti in judicio legitime factam, respiciendum sit; quæ
163 sententia in Instantia Apellationis à supremo Consistorio Ducatus Magdeburgici confirmata fuit, *d. 24. Januarii 1704.*

Quid

Quid vero cenſendum de eo caſu, ubi mulier cum patre, 164
fratre, vel alio conſanguineo in Judicio comparet, & juramentum deferre vult, an & tunc delatio tanquam legitima valebit? de Jure Saxonico affirmativa acceptanda, quoniam proximi cognati vicem Curatoris ſuſtinent, *arg. princ. Inſtit. de legit. agnat. tutela.* & actum mulieris inpræſentia cognatorum celebratum firmum atque validum eſſe patet ex *gloſſ. ad text. germ.* in Land-Recht *lib.* 1. *art.* 44. *lit. B.* & quæ de Contractu mulieris docuit Carpz. *p.* 2. *conſt.* 15. *def.* 18. Quod idem etiam in foro noſtro Magdeburgico, 165
ubi magis ad Jus commune civile in caſibus non deciſis reſpicitur, admittendum, ut pater vel etiam alius conſanguineus proximus vicem Curatoris ſuſtinere poſſit, quoniam de Jure Civili pater optime liberis proſpicere videtur, & agnati præſentes, tanquam Tutores legitimi, autoritatem Curatoris deficientem ſupplent, *vid.* Weſenbec. *Vol.* 1. *conſ.* 3. *n.* 66. *in fine.* Cautius tamen aget, & 166
omnes contradictiones effugiet mulier, quando conſanguineum, quem in actu delationis Juramenti in Judicio adhibuit, poſtea ſibi Curatorem à Judice conſtitui petat, tunc enim confirmatio hæc Judicialis retrotrahitur, & actum anteriorem multo fortius valere facit, quoniam ratus debet eſſe actus, quem prætor confirmat 167
per l. 1. §. *penult. verb. niſi Prætor decreverit, ſe ratum habiturum, ff. de eo, quod falſo Tut. geſt.*

Poterit & hac cautela uti mulier quæ extraneum aliquem Cu- 168
ratorem adhibuit, & in ejus præſentia Juramentum in judicio detulit, qui tamen à Judice vel Magiſtratu nunquam confirmatus eſt, ſed curatorem ſe geſſit, ut à Judice petat, poſtmodum talem ſibi Curatorem confirmari; quod ſi enim hoc factum fuerit, & per confirmationem judicialem, is qui curatorem ſe geſſit, verus Curator efficiatur, & is delationem Juramenti in Judicio factam ratificet, hæc facta delatio vel ex nunc *h. e.* ex tempore factæ confirmationis ſeu ratificationis valebit, aut confirmatio & ratificatio ejus ſaltem retrotrahetur; Utroque vero caſu nihil intererit, ſive ab 169
initio, ſive ex tempore confirmationis cœperit valere actus delationis Juramenti, ſufficit enim, quod nunc valeat: verba ſunt Weſenbec.

ſenbec. *in alleg. conſ. 3. n. 69.* quæ etiam retulit Carpz. *p. 2. conſt. 15.*
170 *def. 32. n. 5. & 6.* Quod ſi vero mulier delationem juramenti à ſe, vel nullo, vel falſo Curatore præſente factam, per alium Curatorem, qui negocio non interfuit, ſibi poſtea conſtitutum, ratificare velit,
171 nihil efficiet. Quando enim actus non potuit fieri propter diſpoſitionem legis, & peccatur in eo de quo partes diſponere non poſſunt, ratificatio ſubſecuta nihil operatur A. Fachinæus
172 *conſ. lib.* I. *conſ. 74. n.* 18. quoniam ratificatio ſaltem ea conciliat, & ſanat, quæ pendent ex animo, non vero ea, quæ pendent ex aliqua forma. Barboſa *Vot. deciſiv. lib. 2. Vot.* 17. §. *n. 178. & vot. 54. n. 84. vid.* in terminis Berlich. *p.* 1. *concl.* 15. *n.* 16. *& p. 2. concl.* 18. *n.* 23. Carpzov. *d. conſt.* 15. *def.* 32. *n.* 1. *& noviſſime Beatus Dn. Herold. in Tract. de Jure Ratificationis Cap.* 4. *de effectu ratificationis n.* 91.

173 Licet vero juxta ſuperius deducta Mulier ſola, & absque autoritate Curatoris Juramentum valide neque referre, neque acceptare in Judicio poſſit, hoc ipſum tamen non obtinet in fœminis illuſtribus, quæ Juribus Regalium utuntur, & in terris ac ditionibus propriis juris dictionem exercent, atque aliis Jus dicunt:
174 **welche ihre eigene Landes Regierungen haben.** Cum enim ejusmodi perſonæ ſuſtineant officia virilia ad quæ etiam munus Jus dicendi ſpectat, *c. indemnitatib. de Elect. in* 6. *c. dilecta X. de arbitr.* & legitimam perſonam ſtandi in Judicio, inſuper etiam Conſiliarios ſuos à latere habeant, quorum conſilio uti poſſunt. *vid.*
175 Carpzov. *de Jurib. fœminar. Decade* 9. *poſit.* 4. *n.* 14. de quare *in ordinat. Proceſſus Ducatus Magdeburgici noviter reviſa de anno* 1696. *cap.* 13. §. 2. clara exſtat ſanctio in verbis: *Perſonæ illuſtres* **aber die in ihren Lande und Herrſchafften ſelbſt die Gerichtsbarkeiten** *exerci***ren / und ihre beſtalte Räthe zur Seite haben / werden billig damit verſchonet / und ohne** *litis*
176 *Curatorn* **Gerichtlich zu handeln zugelaſſen.** Hinc nec denegenda erit hujusmodi illuſtribus perſonis poteſtas deferendi Juramentum absque autoritate Curatorum, poſtquam & Contractus & alia negocia tam judicialia, quam etiam extra judicialia, ſine

Cura-

Curatore legitime perficere, & ſolutionem facere, atque factam recipere poſſunt; à contractibus & ſolutionibus vero ad Juramenta valide concluditur, *add.* Rutger. Ruland *de Commiſſar. & Commiſſ. part.* I. *lib.* 1 *cap. 29. n. 6.* Freyer *de Solut. cap.* 3. *n.* 7. Carpz. *p.* 2. *conſt.* 15. *def. 9. & p.* 3. *dec. 249. per tot.* Secus tamen ſe res ha- 177
bet in iis fœminis illuſtribus, quæ neque terras neque regiones proprias habent, neque Iurisdictionem in iis per Conſiliarios ſuos exercent, **die weder Landes Herrlichkeit / noch Fürſtliche oder Gräffliche Landes-Regierungen haben / und mit keinen eigenen Räthen verſehen ſeynd /** nam in his cum ceſſet ratio privilegii, utique & ipſa exemtio a Regula communi, cui mulieres ſubjacent, ceſſabit, *vid.* Dn. Schvvendendörffer *ad Proc. Fibigii part.* 1. *cap. 2. membr.* 3. §. *6. n.* 119. ubi formulas excipiendi & replicandi exhibet, atque ſecundum hanc ſententiam pronunciarunt Domini Scabini Lipſienſes *menſe Julio* 1682. in verb. **wiewohl vorgegeben werden möchte / daß von einer Herren-Standes Perſon ein** *Contract* **ohne Zuthun eines** *Curatoris* **beſtändig geſchloſſen werden könte: Alldieweil aber ſolches nur vor die jenigen Weibes Perſonen / welche beſtallte Landes Regierungen haben / und mit genugſamen Räthen verſehen ſeynd / zu verſtehen. ꝛc.**

Inſuper etiam pro cautela tenendum, quod mulier in terris 178
Saxoniæ vel Ducatus Magdeburgici quidem habitans, ſi in alio loco vel provincia, ubi ſpeciale ſtatutum de adhibendo Curatore non adeſt, ſed Ius Civile commune obſervatur, in Iudicio agat, & Iuramentum vel ipſa, vel per Mandatarium ad hæc ſpecialiter conſtitutum Iuramentum deferre, referre vel acceptare velit, hoc ipſum absque interventu & autoritate curatoris perficere valide poſſit; quoniam circa ſolennitates Iudiciorum, & eorum ſubſtan- 179
tialia, non reſpicitur locus habitationis ejus, quæ in Iudicio agit ſed locus Iudicii, ubi Proceſſus ventilatur. Sicut in ſimili mulier Saxonica in loco tali extraneo, ubi Ius Civile obſervatur, etiam absque Curatoris autoritate contractum valide celebrare poteſt, uti cum Weſenbecio *Vol. 1. conſ.* 11. *n.* 18. contra Andream Tiraquellum

Bayerische Staatsbibliothek München

quellum *de legg. Connub. verb. En pouvoir de ſon marq. gloſſ. 8. n.* 219. & Matth. Berlichium *p. 2. concl.* 17. *n.* 55. defendit Carpzov. *p. 2. conſt.* 15. *def.* 6. *per tot.* ubi ſimul ad rationes contrarias reſpondet.

180 Sed quæritur, annon quis hac cautela uti poſſit circa Contractum mulieris absque Curatore celebratum, ut Iuramento mulierem promittere ſibi curet, ſe non contraventurum contractui? Quodſi ſaltem ad forum externum reſpexerimus, & ad ea, quæ communiter Dd. Iuris Saxonici proferunt, nec hoc juramentum
181 appoſitum contractum convalidare poterit, ut ex eo civiliter obligetur mulier; quoniam ipſe contractus, contra prohibitionem Iuris factus, ipſo Iure nullus eſt, veluti docuerunt unanimiter Dd. Iuris Saxonici, ex ratione, quod conſenſus Curatoris ad contractum mulieris de forma & ſolennitate ſubſtantiali requiratur. Andr. Rauchbar *p.* 1. *quæſt.* 32. *n.* 43. Berlich. *p.* 2. *concl.* 17. *n.* 102. 105. 106. *& ſeqq. add.* Menoch. *tom.* 13. *conſ.* 541. *n.* 30. qui de communi opinione teſtatur, quod Iuramentum ſuper contractu cui lex reſiſtit, nullum ſit, & ſolennitates non ſuppleat, quoniam quod ipſo Iure nullum & contra prohibitionem Iuris vel ſtatuti factum eſt, Iuramento confirmari non poteſt *per l. non dubium* 5. *Cod de legg.*
182 *l. ult. Cod. de non numerat. pecun.* quin & pactis privatorum Iuri publico derogari non poteſt. *c. ſi diligenti* 12. *X. de foro Compet. l.* 9. §. 16. *ff. de pact.* Weſenbec. *p.* 3. *conſ.* 131. *n.* 139. Carpzov. *p.* 2. *conſt.* 15. *def.* 1. *per tot.* cum quo etiam facit Muller *in praxi forenſ. March.*
183 *Reſol.* 105. *n.* 105. At re penitius inſpecta, habitaque conſideratione quod mulier ſaltem ob fragilitatem ſexus Curatore opus habeat, inſuper vero bonis, ad inſtar prodigi ipſi nusquam interdictum ſit, verior mihi videtur ſententia D. Præſidis contraria, *qui in Tract. de Cautelis Contract. Sect. 2. cap.* 2. §. 30. ſtatuit, quod omnino Contractus mulieris per accedens juramentum convalidetur, ad inſtar contractus à minore geſti, quem cum muliere pari Iure gaudere
184 antea docuimus: Et certe idem Carpzovius accerrimus propugnator ſententiæ contrariæ *in dicta def.* 1. *ſub no.* 11. 12. & 13. lubentiſſime concedit, quod non repugnet, ſi quis affirmare velit, juramen-

ramentum ſuper tali contractu invalido præſtitum ſervandum eſſe, quoniam per hoc ipſum juramentum nihil contra bonos mores, neque contra Jus naturæ vel gentium, multo minus contra Canonicum aliquid committeretur: cui addimus, quod contra Jus na- 185
turæ vel gentium, ſecundum quod quisque veritatem dictorum & compactorum præſtare tenetur, multo magis contra Jus Canonicum, ſecundum quod omne Juramentum, quod ſine diſpendio ſalutis æternæ ſervari poteſt ſervandum eſt. Menoch. *tom. 5. conſ. 401. n. 161. cum allegatis. ut. Tom. 7. conſ. 699. n. 32.* Vultej. *Tom. 1. Conſ. Marpurg. conſ. 34. n. 117. item Conſ. 35. n. 108.* Meichsnerus *Deciſ. Cameral. Tom. I. Dec. 4. n. 18.* Weſenbec. *p. 1. conſ. 23. n. 17. & 18. it. conſ. 23. n. 52. & 53.* Graviter peccet mulier, juratam fidem violando, ut multo minus in foro conſcientiæ excuſetur. Siqui- 186
dem & ipſe Menoch. *tom. 8. conſ. 789. n. 3. & ſeqq.* decidit, quod juramentum appoſitum contractui à Jure reprobato, quamvis favore tertii, non ſit obſervandum, omnino tamen teneat & ſervandum ſit, in præjudicium jurantis; quin & juramentum omnem defectum ſolennitatis ſupplere à 187
Jure requiſitæ defenderunt Dn. Marpurgenſes apud Vultejum *Tom. I. conſ. 34. n.* 100. *& conſ. 35. n.* 108. Weſenbec. *p.* I. *conſ. 23. n.* 17. 18. 19. *& multis ſeqq. item p. 2. conſ.* §. *2. n.* 33. 34. 35. *ſeqq. item p. 3. conſ.* 131. *n.* 35. *ſeqq. p. 5. conſ.* 217. *n.* 36. ubi latius deducit, quod jurata ſine ullo ſubterfugio implenda & ſervanda ſint, & major habenda ſit ratio animæ, quæ per Iuramentum obligatur, quam fortunarum, cum ſalus animæ omnibus bonis præferenda ſit *per l. ſancimus C. de SS. Eccleſiis. & ſub n.* 37. Idem quoque 188
docuit, quod quamvis ſecundum Ius Civile Iuramentum promiſſorium contra Leges præſtitum obligationem non inducat, nihilominus tamen moribus hodiernis non ad Ius civile, ſed ad diſpoſitionem Iuris Canonici reſpiciendum ſit, quoniam hoc ipſum Ius Canonicum civile factum, & in terris Imperii ſervandum: & 189
idem Weſenbecius *d. l. ſub n.* 39. concludit, tutiſſimam cautelam eſſe, ut nec minori, quamvis enormiter & ultra dimidium læſus neque certioratus fuerit, contra Renunciationem ipſius juratam

ſubveniatur: licet circa hanc quæſtionem Dd. valde diſcrepantes ſint, quos ibidem longà ſerie citat. Addantur ea, quæ ſuperius de Minore diximus, & Menoch. *tom. 5. conſ. 478. n. 37.* ubi communem opinionem dicit, quod Iuramentum defectum Curatoris, immo etiam Decreti Iudicis ſuppleat.

190 Quæritur denique an mulier maritata ſeu nupta, interveniente ſola autoritate Curatoris ſimul præſentis, juramentum deferre poſſit? de jure Saxonico, cum maritus dicatur uxoris ſuæ Curator legitimus conjugalis, **ein Ehelicher Vormund** / & ſaltem alternative requirantur, ut Mulier in Iudicio agens, vel curatoris ſpecialis litis, **eines Kriegiſchen Vormundes** / vel mariti autoritate & conſenſu utatur, in Iudicio, ad hoc, ut legitimam perſonam ſtandi habeat **LandR.** *lib.* I. *art. 44. in princ. & art. 46.* mulier quoque maritata, ſolo mariti conſenſu interveniente abſque alterius Curatoris autoritate, efficaciter contrahere, bonaque immobilia alienare valeat, uti probat Matth. Weſenbec. *Vol.* I. *conſ.* II. *n.* 17. Carpz. *p. 2. conſt.* 15. *def.* 19. utique & delatio Iuramenti per mulierem marito præſente & conſentiente facta, vali-

191 da erit. quod etiam in foro noſtro Magdeburgico admittendum, ſiquidem ſecundum *Ord. Proc. de anno* 1686. *cap.* 13. §. 5. maritus ſolus, in caſibus ſpeciale mandatum non requirentibus, uxorem ſub præſtita Cautione rati, in Iudicio defendere poteſt; in caſibus vero, qui ſpeciali mandato opus habent, maritus admittitur, ſi ſaltem mandatum mulieris in Iudicio producat verba textus ſunt hæc. **So ſollen auch die Ehe-Männer / wenn ſie wegen ihrer Eheweiber / in Fällen / welche kein** ſpeciale Mandatum **erfordern / erſcheinen / ein** Curatorium **vorlegen / oder** de rato caviren **/ oder von ihren Eheweibern / bevorab** in caſibus ſpe-

192 ciale mandatum requirentibus, **gevollmächtiget ſeyn.** Cum igitur ſolus maritus, ex mandato uxoris in Iudicio, valide, etiam in Caſibus ſpeciale mandatum requirentibus, pro uxore agere poſſit, utique & Iuramentum, ad quod etiam ſpeciale mandatum requiritur, mandante, vel præſente & conſentiente uxore, deferre poterit. Et hæc quoad perſonas mulierum dicta ſufficiant.

Inter

Inter Perſonas, quæ deferre Iuramentum neque active poſ- 193
ſunt, & quibus deferri Iuramentum etiam non poteſt, merito quo-
que refertur PERIURUS: quamvis enim videri poſſet, per de- 194
lationem Iuramenti ipſum deferentem cum perjuro in Iudicio qua-
ſi contrahere, & per hanc ipſam factam delationem Iuramenti, per-
ſonam perjuri approbare, adeoque ſibi imputare debeat, quod
in conditionem perſonæ accuratius non inquiſiverit, adeoque & hic 195
regula Iuris valere debeat, quod, qui cum aliquo contrahit, non
videatur eſſe ignarus conditionis perſonæ cum qua contrahit, *per*
l. 19. *ff. de Regg. Juris.* Siquidem etiam teſtis alias ſuſpectus, & 196
de Iure reprobatus, a producente tamen electus, & in Iudicio
productus, contra ipſum plene probat, propter factum ſcilicet ac-
ceptationis proprium, *c. quod placuit de Regg. Jur. in 6. & l.* 17.
Cod. de Teſtib. Hinc per delationem & acceptationem Iuramen- 197
ti, tam firmiter in Iudicio quaſi contrahere partes videntur, ut Iudex
ex neceſſitate officii Iuramentum admittere teneatur, quanquam ex
Actis adparet, ipſum pejeraturum, tradit *Pacianus de probat. lib.* 1.
cap. 7. *n.* 12. *Mev. ad Jus Lubec. lib.* 5. *tit.* 8. *art.* 3. *n.* 4. qui tamen ad
eum caſum ſe reſtringit, ubi Iudex aliter, quam ex Actis publicis
reſcivit, eum cui Iuramentum delatum fuit, pejeraturum eſſe.
Nobis tamen contrarium æquius videtur, & ſuademus cuivis liti- 198
ganti, ut omnibus modis caveat, ne ei, quem pejeraturum eſſe
veriſimilem ſuſpicionem habet, juramentum deferat, quoniam per-
jurio non eſt danda occaſio, ſed potius omni modo præcavenda,
per l. fin. ff. de Jurejur. Suademus etiam fideliter, cuivis cordato 199
Iudici, ut omnibus modis caveat, & omnem lapidem moveat,
ne eum, quem certo ex Actis pejeraturum deprehendit, ad Iu-
ramentum admittat. Etiamſi enim moraliſtæ Pontificiæ Religio-
nis, & inter eos *Johann de Dicaſtillo de Juramentis diſp* 2. *dubit. n.*
397. cum multis allegatis aſſerant, quod liceat Iudici, cogere par-
tem, ut juret, etſi noverit ipſum pejeraturum ſive ad inſtantiam
vel delationem partis hoc fiat, ſive etiam pars non inſtet: quo-
niam Iudex legé obligante & parte petente ad hoc teneatur, præſer- 200
tim in criminalibus, ex ratione, quia directe non petitur nec in-

tenditur perjurium, ſed Juramentum, quod licite poteſt peti; & Judex habet cauſam exigendi Juramentum, quod deſervit ſcientiæ publicæ, quam Judex tenetur ſequi, ut ſatisfaciat ſuo muneri, legitimusque ſit proceſſus, adeoque nec directe neque indirecte cooperetur, ſed tantum utatur Juramento alterius, quamvis is
201 cum peccato juret. idem tamen *Dicaſtillo ſub n.* 399. fatetur, quod plures Autores communiter doceant, nunquam licere Actori petere ut Judex exigat Juramentum ab eo, quem ſcit falſo Juratu-
202 rum, pro quibus facit *c. ille 5. & cap. qui exigit 7. c. 22. q. 5.* & ratio ab ipſo *in d. n.* 399. adducta, quod ſcilicet ſæpe tale perjurium conducat Actori, quia aliter cauſa non poterat decidi, & quod iſto perjurio adverſarii in ſuum commodum uti poſſit, ut detegat fraudem adverſarii & fidem ipſi detrahat, in foro conſcientiæ ſufficere & petentem a peccato excuſare poſſe, non credimus, cum non ſint facienda vel concedenda mala, ut eveniat bonum, & quod major habenda ſit ratio ſalutis animæ proximi, quam
203 omnium bonorum. Licet etiam ulterius quis ex Jure Saxonico textum, **aus der Gloße des Sächſiſchen Land-Rechts** *lib. 2. art. 1.* nobis objicere vellet, in quo verba hæc leguntur: **daß der Richter den falſchſchwerenden nicht ſchweren laſſe / ſondern das Recht / und thue alſo der Richter in dem nicht unrecht /**
204 **ob er gleich wüſte daß er unrecht ſchwüre:** Huic tamen reſpondebimus, quod omnis gloſſæ autoritas cedere debeat legi di-
205 vinæ, in qua DEUS omne perjurium ſeveriſſime prohibuit; veritas enim eſt in lege, in gloſſis vero ſaltem opinio, adeoque unus textus mille gloſſis præferendus erit, uti de legibus humanis civilibus & earum gloſſatoribus bene docuerunt Roland a Valle *lib. 1. conſ. 25. in princ.* & Weſenbec. *p. 3. conſ. 108. n.* 29. Finckelth.
206 *obſerv.* 32. *n. 10.* & cum ubique conſcientiæ tam propriæ quam etiam alienæ habenda ſit ratio, in tantum, ut qui contra eam agit, gehennam ædificare dicatur *in c. literas ſane X. de reſtit. ſpo-*
207 *liat.* hinc ſponte ſequitur, male omnino iſtos agere & peccato perjurii ſe implicare, qui hominem, quem pejeraturum ſciunt, ad perjurium provocant, *per text. D. Auguſtini in c. ille qui homi-*

nem

nem 5. & c. qui exigit 6. c. 22. qu. 5. ibique Abb. add. Klock. *Vol. 3. conſ. 182. n.* 673. *Seraphin. de Seraphinis de privileg. Juram. priv. 1. n.* 31. quin & vincere & ſuperare homicidam dicitur is, qui ab ad- 208
verſario, quem pejeraturum eſſe novit, in Judicio juramentum poſtulat & accipit. *in gloſſ. in c. presbyter cauſ. 5. qu. 5.* adeoque 209
multo melius faciet deferens, ut cum viderit adverſarium in Judicio ad Jurandum paratum eſſe, atque omnes admonitiones Judicis contemnere, cum Judex ipſe ob neceſſitatem officii Juramentum delatum remittere, invito deferente non poſſit nec debeat, uti docuit Mev. *ad Jus Lubec. p. 5. tit. 8. art. 3. n. 4.* deferens deſuper a Judice admonitus ſuo Jure cedit & Juramentum pejeraturo plane remittit, uti conſuluit *id.* Mev. *d. l. n.* 3. licet damnum aliquod incurrat, quoniam certe majus damnum eſt in amiſſione 210
unius animæ quam in mille corporum, *uti gloſſ. loquitur in d. c. 5. cauſ.* 22. *quæſt. 5.* & nemo, præſertim Chriſtianus perjurii Autor eſſe debet *c. ſi habes cauſ.* 24. *qu.* 3. & ſecundum mentem omnium Probatiſſimorum Practicorum nullum Juramentum ſit deferendum ei, contra quem aliqua ſuſpicio vel præſumtio Juris eſt, *per l.* 2. *in fin. C. de ind. viduit tollend. Bart. in l. inter omnes* §. *recte eccl. fin. ff. de furt.* Georg. Everhard. *Vol. 1. conſ. 69. n.* 38. *& Vol.* 2. *conſ.* 30. *n. 44.* Harprecht *Vol.* 1. *Conſ. Tub. 66. n. 71.* Menoch. *Vol.* 3. *conſ. 94. n.* 61. Guid. Pap. *conſ.* 177. *n. 5.* Cravett. *conſ.* 198. *n.* 10. Menoch. *lib.* 1. *conſ. 94. n.* 61. Multo minus vero ad Jura- 211
mentum præſtandum admittendus erit is, qui ſemel perjurium commiſit, quoniam ſemel fœdifragus, vel perjurus ad jurandum amplius non admittitur *c. parvuli, ibique gloſſ. cauſ.* 22. *quæſt. 5.* Bald. *in auth. & qui jurat in princ. Cod. de bon. autor. Jud. poſſid.* Everhard. *vol.* 1. *conſ. 69. n. 40.* At quid de eo caſu ſenti- 212
endum, ſi ſemel perjurus tibi ipſi Juramentum deferat? num hoc ipſum tibi delatum ab ipſo Juramentum acceptare obligatus eris? Pro negativa facere videtur ratio, tum quod ipſe deferens propter Iuramentum calumniæ præſtandum (ad quod præſtandum quivis deferens obligatur uti inferius docebimus?) ſuſpectus & inhabilis ſit, tum etiam quod ipſi deferenti, juramentum delatum, pro-

pter eandem perjurii ſuſpicionem tuto referri non poſſit, adeo-
213 que nec delatio Iuramenti activa ipſi concedenda ſit. quamvis autem ſecundam rationem, quæ ex relatione ſola Iuramenti deſumitur, ſufficere non putemus, cum & ſæpius juramentum præſtandum ſit, quod referri tamen non poteſt, uti in ſubſequentibus oſtendemus, nihilominus tamen primam adprehendimus, & in negantium caſtra tranſimus, aſſerendo, quod tale Iuramentum a perjuro delatum adverſarius invitus ſuſcipere non teneatur, quoniam perjurus ſemel ad Iuramentum calumniæ præſtandum non
214 admittitur, ſiquidem ſemel malus ſemper præſumitur talis, ex Iure vero notum eſt, quod nemo Iuramentum delatum ſubire & præſtare teneatur, niſi deferens prius de calumnia juraverit, uti inferius ſuo loco oſtendemus, ſequitur ergo ſua ſponte, quod & in noſtro caſu, is cui delatum Iuramentum, onere præſtationis Iuramenti contra voluntatem gravari non debeat *vid.* D. Ziegler *in Not. ad Proc. Saxon. Tit.* 18. §. 1. in verb. **Wenn er gleich**
215 **keinen Schein** ꝛc. *&* Martini *ad Proc. Saxon. h. t. n.* 25. *in fine.* Notanter autem diximus, quod nemo invitus juramentum a perjuro delatum ſubire teneatur, quod ſi vero adverſarius, cui Iuramentum delatum fuit, pro utilitate, & abbreviandis Proceſſus ambagibus ſua ſponte Iuramentum delatum ſubire velit, tunc hoc ipſum tuto facere, & pro tranquillanda conſcientia, uti poterit hac cautela, ut Iuramentum calumniæ adverſario remittat:
216 per quam remiſſionem & deferentis, & propriæ conſcientiæ conſulere & per præſtitum Iuramentum principale plura incommoda litis effugere valet.

217 Referunt quoque nonnulli *Dd.* inter perſonas prohibitas, quæ nec ipſæ Iuramentum deferre poſſent INFAMES, qui ob turpe factum ſatis apertum, quod tamen ſpecialiter in Iure notatum non eſt, ſed per Iudicis ſententiam pro turpi declaratur, infamiam facti incurrunt *juxta l.* 13. *C. de his qui not. infam. & l.* 20. *ff. eod.* vel ob tale factum notorium commiſſum, quod nulla Iudicis ſententia exſpectata ipſæ leges vel immediate, vel mediate per ſententiam, in cauſis famoſis condemnatoriam, infamia notant, in-

famiam

famiam Iuris ſibi contraxerunt, adeoque a dignitatibus excludun-
tur, *per l. 2. C. de dignit. c. infamibus 87. de R. J. in 6.* & pro teſti-
bus fide dignis non habentur, *per l. 3. ff. de Teſtib.* de hiſce infami- 218
bus, Viri ſummæ Autoritatis Marc. Anton Natta *conſ. 35.* quem
ſecutus Anton Faber *in Cod. lib. 4. tit. 1. def. 9. n. 3. & in tract. de Errorib. pragmat. decad. 19. error. 8. in fine.* Negativam defendunt.
Laudat Fabri opinionem, quam & ipſe ſequitur Carpzov. *in Jurisprud. Forenſi part. 1. conſt. 14. def. 6. & in proc. tit. 11. art. 1. n. 86. & ſeqq.* ubi dicit: veriſſime ſiquidem ſcripſit Anton Faber, ad dela-
tiones haud alios admitti, quam quibus ipſis Iuramentum referri
poteſt: & inter recentiores, Struvius *in Synt. Jur. Civ. Exerc. 17. theſ. 35. in fine* conſtanter docet, quod delatio Iuramenti ipſis infa-
mibus minime concedenda ſit. Rationem, qua præcipue nituntur, 219
proferunt hanc, quod delatio & relatio Iuramenti ſe invicem mu-
tuo reſpiciant, in tantum, ut cui Iuramentum tuto referri non pos-
ſet, hic nec ad deferendum Iuramentum admittatur, quippe ex Iu- 220
re notum eſſe: quod is cui Iuramentum delatum eſt, non præciſe
cogatur, Iuramentum præſtare, ſi hoc ipſum referre paratus ſit, *per l. 38. ff. de Jurejurand.* at quoniam propter metum perjurii, infami 221
Iuramentum delatum referri non poſſet, adeoque poteſtas referen-
di adverſario adimeretur, hinc delationem non concedendam eſſe.
dicit Faber *def. 9. alleg.* ne ex perſona adverſarii durior fiat conditio
ejus cui Iuramentum defertur.

Exemplo exponit hanc doctrinam in meretrice, quæ dicit ſe ab 222
aliquo gravidam eſſe, & ſuſtinet, quod nec hæc ipſa Iuramentum ad-
verſario, de imprægnatione facta inculpato, deferre poſſit. *Id.* Fa-
ber *in lib. 4. tit. 14. def. 18.* Limitat tamen ipſe Faber *d. l. 4. tit. 1. def.* 223
9. ſententiam ſuam in eo caſu, ubi referendi facultas, ex perſona
illius, cui delatio fit impeditur. ut in caſu *leg. 23. 24. & 25. ff. de Jurejur.* ubi ex perſona ſervi vel filii, quibus Iuramentum
delatum, Iurantis conditio Domini vel patris duriorem fie-
ri non debere diſponitur. Item in actione furti, rerum amo-
tarum aliisque ſimilibus, quæ criminis cauſam annexam habent
per l. 11. §. ult. & 12. ſeqq. ff. rer. amot. & in def. 17. Idem aperte ſtatuit,

quod

224 quod infamis neque Iuramentum deferre possit. Rationibus hisce nititur: Si bonæ & integræ opinionis debet esse, qui pro alio testimonium dicere vult, quanto magis ille, qui in propria causa Iudex constituitur, & cum perjurii præcipua pœna sit, ut perjurus infamis fiat, *per l. 4. C. de Transf.* cur jurare permittemus ei, qui ob infamiam aliunde contractam possit hanc perjurii pœnam contemnere.

225 At rectius alii probati Autores hoc ipsum principium, quod ubi Iuramentum referri non potest, ibi neque delatio concedenda sit; non admittunt: Veluti Aymus Cravetta *cons.* 203. Menoch. *de Arbitr. Jud. quæst. cas. 189.* Mascardus *de Probat. Vol. 2. concl. 957. n. 16.* Setser *de Juram. lib. 4. cap. 3. n. 41.* & inter recentiores D. Franzkius *in Comment. ff. de Jurejur. n.* 113. Beatus D. Brunneman. *ad l. 9. C. de reb. cred. n. 14. & ad l.* 35. §. *1. ff. de Jurejur. n. 6.* ubi ita docet: *Non valere puto argumentum: huic non potest referri Juramentum, ergo ipse quoque non potest deferre Juramentum; nam & consequentia illa negatur, & regula non est fundata, quam præsupponit* Faber & Carpzo-

226 vius *in locis citatis.* Ratio poterit (1) dellumi ex lege *Jusjurandum* 34. §. *non semper 8. ff. de Jurejur. in verb. non semper autem consonans est. referre Jusjurandum quale defertur, forsitan ex diversitate rerum vel personarum quibusdam emergentibus, quæ diversitatem inducant.* ex quibus verbis satis constat, nihilominus, jurandum ab eo, cui

227 juramentum referre non possit: (2) ex ipsa paritate rationis, si enim verum est, quod in Iure dicitur, Turpiter eum recusare testimonium ferre in propria causa, & fateri, se malam causam fovere, qui jurare non audet; utique ob paritatem rationis turpiter recusabit is, qui Iuramentum referre non potest, & ex conscientiæ malæ causa hoc ipsum facere videtur, cum in propria causa testis constitutus, ab Adversario, si justam fovet causam, sine omni difficultate victoriam sibi parare potest, hoc ipsum acceptare recusat;

228 (3) Quoniam præter casus ab ipso Fabro relatos, plures adhuc dantur in Iure, in quibus Iuramentum referri non potest, & tamen deferri potest, *ut in cap. ult. de Jurejur.* ubi de famosa actione agitur, item in Iuramento pro consummatione matrimonii delato, quod contra

illud

illud referri non poteſt. D. Lauterbach. *ad tit. ff. de Jurejur. §. 5. n.*
87. quin & ipſe Faber *in l. 34. §. ait Prætor. ff. de Jurejur. fere in fine* 229
admittit, quod is qui recuſat jurare, habeatur pro confeſſo, &
condemnari debeat, quamvis poteſtatem referendi non habeat:
verba ejus ſunt hæc: *proinde ut is, qui recuſat Jusjurandum haberi*
poſſit pro condemnato, neceſſe eſt, ut referendi habeat poteſtatem, ſi mo-
do talis caſus ſit, qui admittat relationem, non enim omnes admittunt.
& clarius ipſe Faber *ad Tit. C. de Jurejurando def. 19. n. 14. & 15.* lo- 230
quitur in verb. *Neque enim perpetua eſt illa Juris regula, quod Jura-*
mentum deferre non poſſit, cui referri neqvit, ut in caſu ubi creditor de-
ceſſit &c. Imo ipſe Carpzovius *in Jurisprud. Forenſ. part. 3. conſt. 8.* 231
def. 41. admittit, *quod in l. ult. C. de Fideicommiſſ.* propter prætenſam
ignorantiam deferentis, Juramentum delatum referri non poſſit, &
tamen delationem factam firmiter ſubſiſtere, atque adverſarium, cui
delatum eſt Juramentum hoc ipſum præciſe, & ſub pœna amiſſio-
nis cauſæ præſtare debere, concedit, & docet *in dict. conſt. 8. def. 40.*
Ex quibus ſatis apparet, ſupra dictam aſſertionem Fabri, Carpzovii & 232
aliorum, pro generali regula accipi & valere non poſſe, neque et-
iam indiſtincte procedere: Quamvis enim plerumque contingat,
ut relatio Juramenti cum ipſa delatione ſit conjuncta, non tamen u-
niverſaliter ſequetur, quod delatio Juramenti non admittatur, ubi
Juramentum delatum referri non poteſt, quin potius & hic appli-
canda Philoſophorum regula, quod a particulari ad univerſale
mala ſit conſequentia.

Ex deductis nunc facile pateſcet deciſio quæſtionis principalis, 233
quod ſcilicet, ob aliam cauſam, quam ob perjurium, infamis, Ju-
ramentum in Judicio deferre poſſit, & adverſarius cui Juramentum
delatum eſt, cautius agat, meliusque ſibi ptoſpiciat, ſi juramentum
ſibi delatum acceptat & præſtat, quando hoc ipſum Juramentum
ſalva & illæſa conſcientia præſtare poteſt, & deferenti, de cujus fide
& conſcientia dubitat, Juramentum calumniæ remittat: Præter- 234
quam enim quod expediat Reipublicæ lites abbreviari, ipſe Judici
& cuivis vel ſaltem præſumtive oſtendit, ſe juſtam cauſam fovere, &
victoriam litis ſine majori diſpendio aſſequi poterit: ubi e contra-

rio per denegatam ſuſceptionem Juramenti delati, Judici & aliis, ſe de temerario litigio ſuſpectum faciet, & ſemper habet, quod vereatur, ut per ſententiam Judicis præſtatio Juramenti ipſi vel invito imponatur, quod ipſum vel præſtare, vel cauſa cadere opus habebit:
235 cum enim neque ſecundum Jus Naturale, neque ſecundum Civile, infamis paciſci, contrahere & tranſigere prohibeatur, adeoque licite pacta contractus & transactiones celebret, utique juxta ſuperius deducta, Juramenti delatio ei quoque concedenda erit, quoniam Juramentum pro pacto, conventione, quaſi contractu & transactione habetur. *per l. 35. §. 1. ff. de Iud. Colleg. Argentorat. ad tit. ff. de Iurejuran-*
236 *do, n. 7. in not. Mejeri.* Menoch. *Vol. 3. conſ. 217. n.* 13. Hinc etiam ad rationes, quas Anton Faber *adduxit in def.* 17. facile reſpondemus: nempe in arbitrio ejus, qui jurare debet, penitus reſidere, an Juramentum referre velit infami, qui hoc ipſum detulit, quod ſi igitur de fide deferentis dubitet, omne periculum effugere pote-
237 rit, Juramentum delatum acceptando & præſtando. Quamvis etiam quis excipere velit, ſe non ex diffidentia cauſæ, ſed ex timiditate quadam abhorrere Iuramentum; notum enim, quod licet quidam homines faciliores & procliviores ſint ad Jurandum, præſertim, qui mali, perverſi, audaces & contemptores religionis ſunt, non tamen dubitandum, quin & alii, præſertim pii, modeſti & timoratæ conſcientiæ perquam timidi ſint, interdum usque ad ſuperſtitionem, metu divini Numinis, uti Ulpianus loquitur *in l. quæ*
238 *ſub conditione verſ. cum enim faceres ff. de cond. Inſtit.* imo viros perfectos, in quantum fieri poteſt, abſtinere debere a Iuramento propter periculum perjurii, *c. eſi Chriſtus ſub fine de Iurejurand.* Johan. Wameſius *in Reſponſis ſuis de Iure Pontificio part. 1. conſ.* 136. *n.*
239 10. non tamen facile fidem & excuſationem merebitur, Etſi: enim cum B. Brunnemanno *conſ. 97. n.* 63. honeſtam dicamus eorum verecundiam, qui metu Numinis divini non facile jurant, non tamen probandam eſſe eorum ſuperſtitionem putamus, qui malunt damnum pati, quam exigente neceſſitate, & ſalva conſcientia ſuper re licita jurare: cum major habenda ſit ratio utilitatis publicæ, quæ ſvadet, ut lites per Iuramenta citius expediantur, *per l. 1. ff. de*

Iure-

Iurejur. & homo Christianus se juramento licito subtrahere nequit, uti probat Setser *de Iuram. lib.* 1. *cap.* 2. *per tot.* Insuper etiam, re 240
penitius inspecta concedere non possumus hypothesin, quod infami Iuramentum delatum referri, & hic juramentum calumniæ præstare non possit: quamvis enim ille infamis, qui propter præstitum perjurium infamiam sibi contraxit, ad Iuramentum non admittendus sit, non tamen exinde sequitur, nullum plane infamem, ob aliam causam, ad Iuramentum deferendum vel præstandum admittendum esse: ratio quam Anton Faber *in d. def.* 17. pro- 241
tulit, quod scilicet verendum sit, ne jamdum infamis ob aliam causam periurium facilius committat, cum sciat se jamdum infamem esse, saltem probabilis est, cui apodictica negativa superstrui non potest. Siquidem superius *P.* 2. *speciali Sect.* 1. *n.* 11. & 242
seqq. docuimus, quod perjurus secundum constitutionem Caroli V. & mores hodiernos, non solum pœnam infamiæ, sed etiam pro qualitate delecti & circumstantiarum, pœnam corporis afflictivam incurrat, quam præter infamiam adhuc ut metuat, opus habebit. Et insuper non omnis qui infamiam incurrit, necessario est 243
contemptor Numinis Divini, præsertim post peractam pœnitentiam, & ubi ad meliorem frugem redierit vita ipsius: Adstipulan- 244
tur huic nostræ opinioni plurimi probati Juris Doctores Donell. *lib.* 24. *cap.* 21. Duaren. *in Comment. Iur. cap.* 2. Ummius *ad Proc. Disp.* 14. *n.* 44. Franzkius *ad tit. ff. de Iurejurand. n.* 118. B. Brunneman. *ad. l.* 35. §. 1. *ff. de Iurejurand. & ad l.* 9. *n.* 16. *C. de reb. Cred.* Dn. Schwendendörffer *ad Proc. Fibigii p.* 2. *cap.* 2. *membr.* 2. *Sect.* 1. §. 4. *n.* 609. In Ducatu nostro Magdeburgico quæstio hæc omni 245
difficultate caret, dum in *Ord. Proc.* Revisa *de anno* 1696. §. 1. Infami potestas deferendi Juramenta expresse concessa legitur, in verb. **Einem jeden Kläger / ob er gleich anrüchtig wäre / ist dem Beklagten den Grund der Klage ins Gewissen zu schieben nachgelassen.**

Ex prædictis facile nunc dijudicari poterit, quod & personæ 246
VILES & TURPES Juramentua in Judicio deferre Adversario suo possint. Hinc & puella defiorata, quin & ipsa meretrix,

si ad consummandum matrimonium agant, adversario stupratori tam super stupro, quam super promissione matrimonii juramentum deferre poterunt, non obstante hoc, quod ipsæ in libello allegent, & fateantur propriam turpitudinem, fornicationem scilicet, dum dicunt se ab adversario cognitas & defloratas fuisse;
247 quamvis enim nonnulli, vel ob hanc solam turpitudinem, propriam allegatam, mulierem delatione Juramenti non audiendam, multo minus ad præstationem Iuramenti admittendam esse existiment *Dd. in l. Iusjurandum quod ex conventione* §. *fin. ff. de Iurejur. & C. inter dilectos X. de donat. per l. transactione finita C. de Transact. & ipse* Anton Faber *in lib. 4. tit. 14. def. 18. supra allegat.* melius
248 tamen sustinetur, quod regula de allegatione turpitudinis propriæ non habeat locum, ubi tractatur de periculo animæ; in causis vero matrimonialibus versatur periculum animarum, & ob id licite quis poterit allegare propriam turpitudinem, *vid.* latius hæc persequens Georg. Eberhard *Vol. 2. conf. 30. n. 35. 36. seqq.* & quæ inferius de cautelis circa stuprum & matrimonialia proferenda erunt.

249 Egimus hactenus de Personis inhabilibus, quibus delatio Juramenti vel ob ætatem, vel ob fragilitatem sexus, vel ob alias causas in Iure probatas, non conceditur. Restat ut etiam de iis personis differamus, quibus delatio Iuramenti, active competit, & cum in *hoc cap.* 3. §. 4. in genere dixerimus, omnes eos admittendos esse, qui ad deferendum non sunt inhabiles h. e. qui ad Iudicium suscipiendum, paciscendum, transigendum, solvendum, vel solutionem recipiendam sunt idonei: & in genere, qui libe-
250 ram administrandi potestatem res suas habent: vi oppositi sequitur, quod omnibus istis personis, quæ habiles sunt ad hæc negocia peragenda, Iuramenta quoque deferre, referre, accipere, præstare, remittere & revocare permissum sit, sive Actores sive Rei sint ita quidem ut actores super libello & ejus contentis, vel etiam super iis factis, quæ in Replica noviter emergunt Reo, ipse Reus vero super exceptionibus suis Actori Juramenta deferre possint *per l. Iusjurandum* 17. §. 1. & 2. *ibique* Brunnem. *ff. de Iurejurand. l. 20. & 21. ff. eod.* Carpz. *p. 1. const. 14. def.* 12. & *in proc. tit.* 11. *art. 4. n. 85.*

De VASALLO vero & EMPHYTEVTA dubium mo- 251
vetur, quod ipsis non competat libera alienatio seu disposítio superfeudo & Emphytevsi, ex qua ratione Guilielmus de Cuneo *ad l. 17. ff. de Jurejur.* & Setser *de Juramentis lib. 4. cap. 2. n. 38.* moti per *text. in l. 2. & tit. Cod. de Jure Emphytevt.* & *c. un. 2. Feud. 39.* & *c. 1. 2. feud. 25.* Vincent. Caroc. *in tract. de Juram. litis decisorio quæst. 14. quæst. 13. princip.* Vasallo & Emphytevtæ potestatem deferendi Juramentum, super re feudali, sine consensu Domini denegant, & cum Setsero *d. sub n. 37. Id.* Caroc. *in quæst. antec.* 13. 252
FIDECOMMISSARIO quoque detrahit potestatem deferendi Juramentum litis decisorium super bonis fideicommisso gravatis, ex ratione, quod adveniente Successore substituto singulari, de facili detegeretur perjurium. Contrariam tamen sententiam 253
quoad Vasallum & Emphytevtam defendit Matth. Berlich. *p. 1. conclus. 29. n. 21. arg. c. un. Feud. 43.* & *c. un.* §. *Si vasallus 2. feud. 26.* Cautelam vero hanc deferenti inculcat, ne fraudulenter & in Do- 254
mini præjudicium aliquid agat, sed sincere & bona fide; neve faciat, ut per hanc delationem Juramenti feudum fraudulenter maneat penes adversarium: quia hoc in casu, etiam ipsi vasallo, sine consensu Domini, super feudo transigere liceret. *per c. un. de controv. feudi inter Vasall.* & *alium de hereditate*, & *c. un.* §. *Si vasallus 2. Feud.* 26. *ibique* Cujac. Wesenbec. *conf. 70. n.* 13. qui tamen trans- 255
actionem saltem restringit ad eum casum, ubi Vasallus non alienavit vel transtulit feudum transigendo, sed apud possessorem cum quo altercabatur, reliquit. Transactionem vero Juramen- 256
to æquiparari patet, *ex l. 2. ff. de Jurejur.* quin & idem Berlichius *sub n.* 22. exemplo filii familias deducit, non procedere regulam, quod cui alienatio bonorum prohibita est, is non habeat liberam administrationem bonorum, siquidem & filiusfamilias absque consensu patris bona adventitia, in quibus Patri non acquiritur ususfructus, alienare non posset, cum tamen libera administratio ipsi expresse concessa legatur *in Nov.* 117. *c. sancimus 1.* §. *res autem relictas atque cum* Berlichio *in Terminis sentiunt* Curtius Iunior *de Feudis p. 4. n. 100.* & Carpzov *in l. Iusjurandum* 17. §. *pupillus* 1. *ff. de Iu-*

257 Cautelam tamen ſuperaddimus, ut Vaſallus & Emphytevta cum alio ſuper feudo litigans, omnibus modis caveat, à tali Juramento, ob quod præſtitum, alienatio rei emphytevticæ vel feudalis directe ſubſecutura eſſet; cum hoc modo per delationem Juramenti alienare videatur, quod ipſum tamen Vaſallo non conce-
258 ditur, quam evadere poterit, ſi litem ſibi ſuper proprietate feudi vel Emphytevſeos factam, Domino directo denunciet, & ut ipſi in proceſſu adſiſtat contra adverſarium, roget; præſertim cum in omnibus fere literis inveſtituræ, ſuper Feudis datis, clauſula hæc reperiatur: **Es ſoll auch derſelbe die ihm verliehene Güther ohne Unſern** *Conſens* **nicht** *veralieniren* **/ auch nirgend anders**
259 **als vor Uns und Unſere Lehns-***Curia* **verrechten.** Ex quibus quoque ſatis apparet, quod nec Juramentum Vaſalli, de facto præſtitum, Dominum directum obliget, ut ipſe invitus ei, qui ex ju-
260 ramento tali victoriam reportavit, Feudum concedat; quoniam nullum juramentum in præjudicium tertii aliquid operari, aut jus tertii invertere poteſt: Siquidem Juramentum perſonale quid eſt, & tertio non præjudicat Menoch. *tom. 7. conſ. 609. n. 37. add. l. 3. pr. ff. de Jurej. ibique* Beuſt. *n. 45. & ſeqq.* Setſer. *de Juram. lib. 4. cap. 7. n. 16.* inter recentiores Martini *in Comment. ad Ius Saxon. Tit.* 18. §. 1. *n. 4.*
261 Hac cautela tamen non opus habebit Vaſallus vel Emphytevta, ubi ſaltem ſuper fructibus feudi vel Emphytevſeos quæſtio eſt, quoniam ipſi fructus pleno Iure ad Vaſallum vel Emphytevtam ſpectant, adeoq; etiam de iis pleno Jure diſponere, & ſi ſuper iisdem lis mota fuerit, Juramentum licite & abſque omni metu offenſionis deferre poterit.

263 Secundum hanc Cautelam ipſe quoque FIDEICOMMISSARIUS poſſeſſor, tuto circa delationem Juramentorum verſabitur, ſi mota ſibi lite ſuper proprietate fideicommiſſi, ſucceſſoribus vel coheredibus Fideicommiſſariis litem denunciat, eorumque conſilium & aſſiſtentiam implorat, ipſe vero a delatione Juramenti, quod ad alienationem fideicommiſſi tendit, quovis modo abſtineat: quamvis nec adverſarius ex Juramento tali vincens, quoad
264 Succeſſorem fideicommiſſarium aliquid efficere poſſit, cum hic mortuo jurante & delata ſibi ſucceſſione Jure ſingulari & ex perſona propria, vi primæ inſtitutionis fideicommiſſariæ ſuccedat, ideo-

quc

que nec ipsi exceptio rei judicatæ, cui Juramentum æquiparatur, oberit *per l. 84. ff. de hered. instit.* Brunnem. *cons.* 3. *n.* 107. *& seqq. & n.* 141. Quod si inter Vasalli Successores agnatos & ipsum Dominum super qualitate feudi lis oriatur, an antiquum, vel novum sit, ipsi agnati super qualitate feudi antiqua, juramentum Domineganti hanc qualitatem, deferre poterunt *uti ex c.* I. §. *cum autem Feud. controvers. fuerit c.* I. *de content. inter me & domin.* Brunneman. *in Appendice consiliorum s. consilio ultimo n.* 178. docuit. 265

Circa delationem Juramenti illud adhuc pro cautela notari poterit, quod ea tam Actori, quam Reo competat, quamvis nullam probationem vel aliquam præsumtionem pro se allegare possit: quamvis enim nonnulli *Dd.* præcipue Ernest. Cothman. *vol. 2. cons.* 82. *n.* 2. *& seqq.* Mascard. *de probat. concluf.* 36. *n.* 40. Menoch. *lib.* I. *præsumt.* 81. *n.* 2. Caroccius *de Iuram. litis decis. qu.* I. Anton. Faber *in Cod. lib. 4. tit.* I. *def.* 23. & inter recentiores Mevius *part. 6. dec. 405. n 9. & p.* 3. *dec.* 206. *n.* 5. secundum Jus Civile nolint concedere delationem Juramenti, nisi deferens pro se semiplenam habeat probationem: attamen ipsorum sententiæ (quam tamen circa Juramentum Judiciale suppletorium procedere libenter concedimus,) quoad Iuramentum litis deciforium quod ipsa pars parti adversæ in Iudicio defert, subscribere non possumus, moti potissimum *per text. in l.* 35. *in princ. ff. de Iurejurand. in verbis: omnibus probationibus deficientibus, & l. ult. C. de fidei comm. in verbis: si sine testium scriptura & præsentia, item l. ult.* §. 10. *C. de Iure deliberandi verb. per sacramentum illius, si aliæ probationes defecerint, & generaliter* ICtus Paulus *in leg. cum de indebito* 25. §. *pen. ff. de probat. loquitur:* in omnibus visionibus, ei cui onus probandi incumbit, licentiam dari, adversario suo, de rei veritate Iusjurandum deferre. *add. l. generaliter* 12. *C. de reb. Cred.* Et sentiunt nobiscum Wesenbecius *in parat. ff de Iurejurand. n. 9.* Schneidevvin. *ad* §. 11. *n.* 22. *Inst. de Act.* Berlich. *p.* I. *concl.* 29. *n.* 13. Richter *p.* 1. *dec.* 62. *n.* 24. *& p.* 2. *dec.* 99. *n.* 157. Carpz. *p.* I. *const.* 12. *def.* 2. *& in Proc. tit.* 11. *art.* I. *n.* 78. *item lib.* I. *Resp.* 77. *n.* 10. *lib.* 3. *Resp.* 43. *n.* 7. Brunneman. *cons.* 144. *n.* 4. Tabor *in Relat. Argent. Relat.* 36. *n.* 8. *& novissime* Iohan. Philippi *ad* 266 267 268 269

dec. Elect. 17. *obſerv.* 1. *n.* 1. *&* 2. Dn. Schvvendendörffer *ad Proc. Fibig. p.* I. *c.* 2. *membr.* 3. §. 15. *n.* 268. Illuſtr. Dn. Born. *ad univ. Ius*
270 *Iud. Diſp.* I. *theſ.* 57. *lit. A.* in foro Saxonico hæc ipſa opinio autoritate publica approbata legitur in der Churfürſtl. Sächß. Proc. Ordn. *tit.* 18. §. 1. *verb.* So der Kläger dem Beklagten die Klage ins Gewiſſen ſchieben / und ihm deßwegen den Eyd defe-
271 riren wolte / ſoll ihm ſolches / wenn er gleich keinen Schein noch Beweiß vor ſich hat / nachgelaſſen ſeyn. Quæ verba: Wenn er gleich ꝛc. licet *in* §. *ſubſequente* 4. ubi reo ſuper exceptionibus ſuis juramenti delatio quoque conceditur, expreſſe non repetantur, propterea tamen poteſtas Rei, quoad liberam delationem non erit reſtringenda, cum Actor & Reus pari Iure gaudere debeant, adeoque & reus Iuramentum ſuper exceptionibus Actori deferre poterit, quamvis nullam probationem vel præſumtio-
272 nem, pro ſe allegare poſſit. In Ducatu Magdeburgico per *ordinat. Proc. de anno* 1686. idem diſpoſitum, & in *cap.* 29. expreſſi textus adſunt, & quidem quoad Actorem in §. 1. verb: Einem jeden Kläger iſt dem Beklagten der Klage Grund ins Gewiſſen zu ſchieben nachgelaſſen / ob er gleich keinen Beweiß oder Schein vor ſich hätte. quoad Reum vero in §. 3. verb. Alſo iſt auch dem Beklagten zugelaſſen ꝛc. dem Kläger ſeine Exceptiones ins Gewiſſen zu ſchieben. quod idem repetitum legi-
273 tur in Reviſa ordinat. Proc. *de anno* 1696. §. 1. & 2. Et hæc dicta ſufficere poterunt, quoad Perſonas, quibus delatio Iuramenti ſeu poteſtas deferendi Iuramenta competit, ex quibus quoad reliquas perſonas facilis erit dijudicatio, cuinam ea concedenda vel deneganda ſit.

274 Progredimur nunc quoque iu ſpecie ad eas perſonas, quibus DELATIO PASSIVE competit, hoc eſt, quibus Iuramen-
275 ta in Iudicio deferri poſſunt. Certe hac in parte maximam circumſpectionem a litigantibus obſervandam eſſe nemo dubitabit.
276 Cum enim delatio Iuramenti res ſumme periculoſa ſit, quoniam per eam is, cui Iuramentum defertur, teſtis in propria cauſa conſtituitur, hinc deferens juramentum, in eo omnem operam collo-

cet,

cet & caveat, ne facile aliquid fidei alienæ concredat, ex quo jactu-
ram cauſæ metuere poſſet: adeoque conditionem, fidem & ſtatum
ejus, cui Juramentum deferre intendit, diligentiſſime prius explora- 277
re opus habebit. Quamvis enim quidam pii homines, eâ animi
ſint religione, ut quovis licito modo neceſſitatem jurandi effugere
ſatagant, ne aliquo modo Numen divinum offendant, quæ cogitatio
in Jure non improbatur, ſed ut verecunda laudatur, uti loquitur Ta-
bor *in Relat. Argent. Orat. Relat. 164. n. 18.* nihilominus tamen quoti- 278
diana experientia, proh dolor! teſtatur, quod plures improbi ea le-
vitate ad Juramenta accedant, ut ſub ſpe lucri, vel centies pejerarent.
Cum vero per delationem & præſtationem Juramenti irrevocabi- 279
liter quaſi contrahat deferens cum Jurante, in tantum, ut præſtito
Juramento non aliud quæratur, quam, an Juratum ſit, omiſſa quæ-
ſtione, an debeatur, quoniam ſatis videtur probatum juramento
Id. Tabor. *Relat.* 155. *n.* 2. adeoque omnis poenitentia excludatur; 280
neque rem amplius integram eſſe a parte deferentis faciat Setſer
de Juram. lib. I. cap. 25. n. 116. *Seraphin de Seraphinis de privileg.*
Iuram. privil. 134. *per tot.* Carpz. *p.* I. *dec.* 196. *n.* 6. Quin potius res 281
transacta & judicata adeſſe videatur *per l* 2. *& l. ult. ff. de Iurejnr. l.* 8.
C. de reb. cred. Seraphin. *d. tr. priv.* 151. *per tot* Carpzov. *lib.* 6 *Reſp.* 4.
n. 11. *& lib.* 3. *Reſp.* 40. *n.* 4. Merito cavebit Actor & Reus, ne adver- 282
ſarium, cujus fidem & religionem ſuſpectam habet, ad Jurandum
provocet. Licet infamen quoque ad præſtationem Juramenti delati
admittendum eſſe putet Carocc. *de Iuram. lit. deciſ. q.* 7. quod ipſum 283
tamen prudentis Judicis arbitrio rectius relinqui putamus, cum
Setſero *lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 10. *&* 11. qui dijudicare poterit, an Jurans con-
ſcientioſus ſit, nec ne. Vide quæ in antecedentibus *n.* 233. *ſeqq.* in hoc
capite de perjuro & infami diximus.

Caveant quoque litigantes, ne pupillo, minori & mulieri absque tu- 284
toribus & curatoribus comparentibus in Judicio, juramentum de-
ferant; ipſi quoque, pupillus, minor & mulier caveant, ne judicio 285
absque præſentia tutorum & curatorum agant, & juramentum ac-
ceptent, quoniam totum negotium vitio nullitatis laborat, & excep-
tio deficientis legitimationis proceſſum retro nullum reddit, uti
antea circa delationem docuimus. Prodigus quoque merito hic

removetur, item mutus, qui literarum expers est, uti superius dictum.
287 Illis vero personis, qui legitimam personam standi in judicio, & liberam de suo disponendi facultatem habent, exigente necessitate juramentum deferri poterit, quanquam etiam aliquam præsumtionem Juris pro se habent, per ea quæ docuit Mynsinger *in c. 8. X. de*
288 *Testib.* etiamsi hi propter potestatem illis ad paritionem vel reve-
289 rentiam obligati sint. Hinc deferri quoque poterit juramentum parentibus, socero, socrui, affinibus & cognatis, ut & patrono *per text. express. in l.* 14. *in verb. nec parenti nec Patrono remittitur Iusjurandum ff. de Iurejur. l.* 26. *ff. eod.* Carpz. *lib.* 3. *Resp.* 42. *n.* 3. 4. 5. &
290 *seqq. usque ad n.* 10. Nec a necessitate Jurandi exemptæ sunt personæ ILLUSTRES & egregiæ, per generalitatem *d. l.* 26. & *l. ad personas egregias* 15. *ff. de Iurejur.* & quæ ad hanc legem notavit Beust.
291 *n.* 1. & *seqq. ad d.* Borcholt. *de Iuram. cap.* 14. *n.* 15. licet secundum dictam legem hi non publice in judicio, sed in domo sua ju-
292 ramentum præstent. Sic & SENATUS, Universitas & Collegium, cum per Syndicum specialiter ad hoc constitutum adversario juramentum deferre possint, vice versa, si ipsis a parte adversa juramentum relatum fuerit, hoc ipsum subire tenentur, Carpzov. *lib.* 3. *Resp.*
293 41. & *in* Proc. *tit.* II. *art.* 2. *n.* 47. quod & in foro nostro Magdeburgico locum obtinet, uti quotidiana praxis judiciorum probat, & nuperrime pronunciavit Facultas Juridica Erffurtensis in causa **Jeremias Thiers und** Consorten **Klägere** / contra **die Gerichte/ Ausschuß und übrige Bürgerschafft auffn Neumarckt Beklagte** super interposita Leuteratione de publicato d. 9. May 1704. in curia suprema provinciali.

294 Pro Cautela tenendum tamen, quod adversarius, cum collegio litigans non audiatur, si saltem certis personis ex collegio isto juramentum deferre velit, quoniam talis delatio non esset conformis libello, in quo non personæ singulæ, sed totum Collegium partis vices tenet, adeoque & huic toti Collegio juramentum deferendum erit, vid. D. Schvvendendörffer *ad Proc. Fibigii p.* 2. *c.* 2. *m.* 2. *sect.* 1. §. 5. *n.* 644. Carpz. *in proc. tit.* II. *art.* 2. *n.* 56. & novissime illustris Dn. Born *ad univ. Ius Iud. disp.* 1. *thes.* 57. *in fine* quamvis præstatio juramenti per certas personas de collegio expediatur, uti inferius circa formalia videbimus.

De

De HEREDE quæritur, an & huic ſuper facto defuncti jura- 295
mentum deferri poſſit? pro cautela hic notandum, quod ſecundum communem Practicorum opinionem; ſola conſcientia heredis, juramento veritatis delato, gravari non poſſit, **wenn die Sache bloß ins Gewiſſen geſchoben wird.** *per l.* Marcellus 11. §. 2. *ff. de act. rer. amot.* ubi ſimul ratio ſuppeditatur, in verbis: *cum iniquum ſit, de alieno facto alium jurare. ad d. l. generaliter 12. C. de reb. cred. & Jurejur.* Mynſinger *cent.* 1. *obſ.* 13. Setſer *de Juram. lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 26. *ſeqq.* Carpz. *p.* 1. *conſt.* 24. *def.* 1. *& in Proc. tit.* 11. *art.* 6. *n.* 6. *ſeqq. p.* 1. *dec. n.* 39. *n.* 1. *& ſeqq.* Struv. *Synt. Iur. Civ. Exerc.* 17. *th.* 36. cui accedit & hæc 296
ratio, quod heres juſtam & probabilem ignorantiam habere videatur rerum a defuncto geſtarum, Id Setſer *de Iuram. lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 27. Lauterbach. *de differ. Iur. Civ. & Saxon. Elect. diff.* 19. Secus ta- 297
men ſe res habet, ubi negocium controverſum ſimul ſcientiæ ac notitiæ heredis commiſſum fuit, **wenn die Sache zugleich in des Adverſarii Gewiſſen/Wiſſenſchafft und Wohlbewuſt geſtellet wird.** Tunc enim heres de ſcientia & notitia ſua omnino jurare tenetur, quod ſcilicet defacto defuncti in controverſiam deducto nullam ſcientiam habeat. vid Beuſt. *in rubr. ff. de Iurejur. n.* 67. Carpz. *in Proc. tit.* II. *art.* 6. *n.* 54. *& ſeqq. & p.* 1. *conſt.* 24. *def.* 1. *n.* 6. Quod 298
Juramentum credulitatis dicitur, & tertio quoque deferri poteſt, de qua materia inferius, ubi de Juramentis in ſpecie, & circa proceſſu alia agendum erit, ſub Titulo de juramento credulitatis plura proferemus.

CAPUT IV.

DE CAUTELIS ADVOCATORUM, CURATORUM, PROCURATORUM, ACTORUM ET SYNDICORUM.

RElictio capite tertio, in quo hactenus de Cautelis litigantium 1.
egimus, ordine nunc juxta diſpotionem, *part.* 2. *Sect.* 1. §. *finali* tradito agendum erit de iis perſonis quæ Advocatorum, Curatorum, Procuratorum, Actorum & Syndicorum, munere in judicio funguntur, & quas Cautelas hi circa juramenta obſervare neceſſe habeant, explicandum.

2 Ipſos ADVOCATOS quod attinet, non immerito eos litigantium adjutores ſive defenſores quis dixerit, quoniam litigantibus cauſam rite & legitime deducendo atque proponendo patrocinium in judicio præſtant, *per l.* 1. §. *poſtulare* 2. *ff. de poſtuland.* Meier *in Col-*
3 *leg. Argentorat. de poſtuland.* & de his in genere quæritur? An Advocatus, in cauſa Clientis juſta, cautelis, in judicio, pro obtinenda victoria, uti poſſit? Seceſſum hic iterum facimus ab improbis iſtis verſutiis & cavillationibus, de quibus *in parte* 1. *generali hujus diſſertationis* §. 16. 17. *& ſeqq.* egimus, & ab illis, quemvis cordatum Advocatum abſtinere debere, denuo inculcamus: pravas enim & reipubli-
4 cæ pernicioſas Cautelas merito damnamus, & cum Didaco Covarruvia ſentimus, qui *lib.* 1. *variar. Reſolut. cap.* 2. *tom.* 2. ita loquitur: ego exiſtimo, quam veriſſimum eſſe, advocatum, juſtam cauſam in Judicio tractantem, non temere cautelis malitiis ac cavillationibus uti
5 debere, nec poſſe; id enim indecens eſt bono viro. Sed tunc demum arte quadam decipere adverſarium juſte ei licere, cum id neceſſarium eſſe duxerit, ad alterius cavillationes tuto effugiendas, vel victoriam in lite conſequendam; hoc equidem licet *ex l.* 1. *ff. de dolo & in l. cum pater.* §. *Titio ff. de legat.* 2. ubi JCtus dicit, non videtur dolo feciſſe, qui fraudem adverſarii excluſit. *add. ad hanc legem* Accurſius *plures Autoritates adducens, &* Auguſtinus *lib. 6. quæſtionum ſuper librum Ioſuæ quæſt.* 10. quem citat Gratianus *in cap. Dominus*: ubi de Duce belli agens, hæc verba protulit: Dux belli, cum juſtum bellum ſuſcepit, utrum aperte pugnet, an ex inſidiis, nihil ad juſtitiam intereſt: ex quibus verbis infert Gratianus, idem quod Duci
6 belli permittitur, & Advocato permiſſum eſſe; dummodo Advocatus nulla falſitate vel mendacio utatur; quoniam mentiri, etiam ad mortem evadendam illicitum & prohibitum eſt. *per text. in c. ne*
7 *quis & ſeqq. c.* 22. *q.* 2. Peccat igitur Advocatus, qui in Judicio, etiam contra Adverſarii cavillationes, Judicem vel etiam Adverſarium mendatio decipit. Panormit. *in cap. ſicut in* 3. *Column. de*
8 *Iurejurand.* Et hanc opinionem communem eſſe teſtatur, Aretin. *in l. decem n. 7. ff. de verb. oblig. ad d.* Marcus Antonius *in tract. de viribus & virtute Iuram. effectu* 40. Tiraquel. *de Retract. v.* 70. Dn. Præſes *ad Ius Eccleſiaſt.* Brunnem. *lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 1. *in add. ad* §. 20. & Speideli

delius *in ſpecul. Iurid. Polit. voc caut. in fine*. Et quod debeat cavere, Ad- 9
vocatus, per cautelas vincens, ne ipſe cauteriatam conſequatur
conſcientiam, monet Juſt. Olde Kop. *obſerv. crim. Tit.* I. *obſ.* II.
n. 2. ubi inculcat, quod Advocatus aliis cavere volens, ſibi
ipſi & propriæ conſcientiæ cavere debeat. Quam Caute-
lam cautelarum pro omnibus Advocatis eſſe vult. Spectant 10
huc verba notatu digna, quæ multoties ex ore Excellentiſſimi viri,
Dn. Henrici Bodini, JCti famigeratiſſimi, non ſine applauſu audivi:
Conquerebatur nimirum Vir Juris & æquitatis obſervantiſſimus,
ſe ſatis mirari non poſſe, quod cum fides amici pro amico in eo
vel maxime appareat, quando pro amico vitam temporariam offer:
Advocati quidam eo prolabantur, ut pro ſalute temporaria Clientis,
ſæpius ipſam animam Diabolo offerant, vitæque æternæ jacturam
ſcientes ſibi concclient: quam fidelitatem (ſi ita dici meretur) ad-
modum exceſſivam ſatis nemo admirari poſſet. Meminerit ergo 11
Advocatus ejus moniti, quod Cæpolla ſæpius in tract. de cautelis
in calcavit: *Cave ne hac Cautela utaris in perniciem animæ tuæ.*

Cum vero Advocati profeſſio & officium, non modo fidem & 12
diligentiam erga Clientes, ſed etiam eruditionem in ipſo deſideret
per l. I. *&c. C. de Advocatis diverſorum Iudiciorum*, ne male agendo,
bona etiam cauſa, perdatur. Colleg. Argentorat. *ad h. tit.* §. 16.
Certe hæc ipſa fides diligentia & eruditio vel maxime requiritur, 13
in materia juramentorum: ubi Advocatus pro cliente ſive actor,
ſive reus ſit, vel in primis cautus & providus eſſe debet, ne ſcilicet
juramentum vel imprudenter deferat, vel absque neceſſitate admit-
tat, aut delatum & per judicem impoſitum ob non obſervata fata-
lia & neglectum proceſſus ordinem deſerat.

In præſentiarum primum diſpiciendum erit ad eas cautelas, 14
quæ ipſam perſonam Advocati, Procuratoris ſeu Mandatarii, nec
non Curatoris, Actoris & Syndici concernunt, (de Tutore enim
ſuperius *in ſect.* 2. *cap.* 3. §. 14. *& ſeqq.* jam dum egimus) & quæ cau-
telæ circa Juramenta ab ipſis obſervandæ ſint, paucis explicandum,
deinde etiam de iis Cautelis, quæ Advocatus, item procurator tam
generalis quam ſpecialis, nec non curator, actor & ſyndicus circa
juramenta clientum & univerſitatum obſervare opus habeant, ali-
quid addendum erit.

15 ADVOCATOS quod attinet, quamvis JCtus Ulpianus *in l.* 1. §. 1. *ff. de Iust. & Iure.* JCtos, inter quos etiam Advocati merito referuntur, sacerdotes justitiæ vocari debere moneat, quoniam justitiam colunt, & æquum ab iniquo separant, adeoque jurisprudentia non simulata, sed sanctissima philosophia audiat, *in d. l.* 1. §. 1. *in fin. & l.* 1.
16 §. 5. *ff. de variis & extraord. cognit.* non tamen inficiandum, quod & hoc ipsum honorabile munus Advocatorum propter perversam malitiam plurium eidem addictorum hominum, qui tamen verius & rectius Schad-*vocati* & Rabulæ, Zungen-Drescher/ quam Advocati dici merentur, in perverso hoc Seculo, in vulgus male audiat, quo-
17 niam multi clamosi fori, neglecto foro justitiæ & conscientiæ in forum utilitatis, ubi nihil honestum vel justum, nisi quod utile est, jurgia vendant, uti loquitur Hering *in tract. de fidejuss. cap.* 19. *n.* 31. *& seqq. add.* Jurga Valentin Winter/ *in Parthenio litigioso lib.* 1. *cap.* 8. §. 4. 5.
18 *& seqq.* ubi multa opprobria vulgi congesit. Dolendum vero tam siniſtra judicia de advocatis audiri, & quod perversorum rabularum est proprium, qui conscientias hominum pervertunt, & judiciorum
19 sanctitatem, in improbas cautelas, technas atque perjuria commutant, teste Gail. *tract. de Arest. c.* 1. *n.* 17. ipsis conscientiosis Advocatis, qui tamen juxta Horatium 2. *Od.* 1.

19 *Insigne mœstis præsidium Reis.* imputari. Hæc ipsa rabularum pernicies ansam dedit Legis latoribus, ut de remediis abbrevianda-
rum litium, & compescendæ malitiæ, solliciti essent, atque certos ordinarios Advocatos & Procuratores in judiciis, præsertim superiorius, constituerent, quorum eruditio & integritas vitæ & fidei prius
exploraretur, atque speciali juramento ad praxin Advocatoriam obli-
20 garetur: Quod ipsum in supremo judicio Aulico Imperiali receptum; uti patet aus der Reichs-Hoffraths Ordnung de anno
21 1654. *in fine*, ubi hæc formula Iuramenti præstanda est, ab omnibus Advocatis & procuratoribus Iudicii aulici Cæsarei, quod Viennæ est: Ihr sollet der Römischen Käyserlichen Majestät geloben/ und einen Eyd zu GOtt/ und auff das heilige Evangelium schweren/ daß Ihr die Partheyen deren Sachen Ihr zu handeln annehmet/ in denselben Sachen mit gantz und rechten Treuen meinen/ und solche Sachen nach euren besten verstehen/ der Parthey zu gut mit fleiß handeln/ und darinnen wissentlich keinerley falsch und unrecht gebrauchen/ noch gefährliche Auffschub und dilatio-

zu

zu Verlängerung der Sachen suchen/und dessen die Partheyen zu suchen oder zu thun mit unterweisen/auch denen Partheyen kein Vorgeding oder Vorwort machen/ einen Theil von der Sache/deren Ihr im Käyserl. Reichs-Hoff-Rath Procurator und Agent seyd/zu haben und zu warten / auch Heimlichkeit und Behelff / so Ihr von Partheyen empfangen/oder Unterrichtung der Sachen/ die Ihr von euch selbsten mercken werdet/euren Partheyen zu Schaden/ niemand offenbahren/den Käyserl. Reichs-Hoff-Rath und desselben Mittel-Personen ehren und fördern/und vor Gericht Erbarkeit gebrauchen/darzu auch die Partheyen über gebührenden Lohn nicht beschweren oder erhöhen/und ob des Solds oder Lohns halber zwischen euch und denen Partheyen Irrung und Spär entstünden / derselben beym Reichs-Hoff-Rath/ Præsidenten, oder der dessen Stelle vertritt / und den Reichs-Hoff-Räthen zu bleiben/und wie sie durch dieselbe entschieden werden/ begnügig seyn/und es dabey bleiben zu lassen/daß Ihr euch auch der Sachen/so Ihr angenommen habt/oder noch annehmen werdet/ohne redliche Ursachen/und des Rechts Erlaubung nicht entschlagen wollet/ sondern euren Partheyen getreulich / biß zum Ende des Rechtens handeln / auch insgemein der euch bey dem löblichen Reichs-Hoff-Rath vorgeschriebener Ordnung in allen derer Begriff nachkommen sollet und wollet / ohne Gefährde.

Quod ipsum quoque in Camera Imperiali receptum esse pa- 22
tet, **aus der erneuerten Ordnung des Cammer-Gerichts** *de anno* 1551. ubi tam Procuratorum, quam Advocatorum juramenta legi possunt. In Ducatu Magdeburgico, quamvis hactenus certum 23
collegium ordinarium Advocatorum constitutum non roperiatur, nihilominus tamen Potentissimus Rex Borussiæ per Clementissimum Rescriptum de dato **Cölln den** 30. *Octobr.* 1702. Regimini Ducatus Magdeburgici clementissime mandavit, ut omnes Advocati Regiminis ad præstationem Iuramenti aestringerentur, in verb. Wir vernehmen/daß bey Unser dortigen Regierung eine gute Anzahl graduirter und anderer Advocaten sich gebrauchen lassen sollen / derer keiner aber sonst den gewöhnlichen Advocaten Eyd abgeschworen habe. Weil nun solches aus vielen Ursachen hoch-nöthig/auch bey Unsern Cammer- und Quartal-Gerichten / auch andern dergleichen Collegiis gebräuchlich ist. So befehlen wir euch hiermit in Gnaden / alle und jede/ derer alldort ad Praxin admittirten Advocaten/wie auch diejenigen/so darzu künfftig sich begeben werden/gehöriger massen zu beeydigen. Quod etiam ad Advo- 24
catos inferiorum Iudiciorum extensum, per Rescriptum clementissi-

mum-

mum, de dato **Cölln den 6.** *Decemb.* 1702. ad Regimen Ducatus Magdeburgici emissum, in quo Potentissimus Rex mandavit, ut omnes & singuli Advocati inferiorum judiciorum, non solum ad examen, sed
25 etiam ad præstationem Iuramenti citari debeant. Quod Rescriptum longe clementissimum, per Edictum publicum sub dato **Halle den** 22. *Decembr.* 1702. in Ducatu Magdeburgico publicatum a Regimine Regio hisce formalibus : Nachdem Seine Königliche Majestät in Preussen/Unser Aller-Gnädigster Herr/ vermittelst Dero an die hiesige Regierung abgelassenen Aller-Gnädigsten Rescripti vom 6. dieses/ in hohen Gnaden verordnet/daß alle und jede Advocaten / so an andern Orten des Hertzogthums Magdeburg/ (die Stadt Magdeburg ausgenommen) bey denen Unter-Gerichten den Partheyen Advocando bedienet seynd/ohne Unterscheid zum Examine vor Dero hiesige Regierung geladen werden/ und nach Befindung Ihrer Geschicklichkeit den alhier abgefasten Eyd abschweren sollen: Als wird Allerhöchstgedachter Seiner Königl. Majestät allergnädigste Willens-Meinung allen und jeden/so in diesen Hertzogthum bey denen Unter-Gerichten/so wohl in denen Städten als auf'n Lande [die Stadt Magdeburg wie auch graduirte Personen ausgenommen) praxin advocatoriam treiben/hierdurch gebührend eröffnet/und dieselbe dabey zugleich befehliget / Ihre Nahmen binnen einem Monath bey der hiesigen Regierung nebst Ihren auff Universitäten erhaltenen Testimoniis und Speciminibus Eruditionis einzusenden/ und den Orth/ wo sie sich auffhalten/zu benennen: Darauff denn und wenn solches geschehen / Ihnen sambt und sonders ein Termin zum Examine, und Ablegung des Advocaten Eydes nach und nach bestimmet und angesetzet werden soll / worüber auch Ihres Theils die Unter-Gerichte jedes Orths eigentlich zu halten haben/ und keinen/der sich nicht mit einem Habilitation-Scheine von der Königlichen Regierung ad praxin legitimiren kan/zum Advociren und Brieffstellen admittiren sollen. Uhrkundlich unter dem Königlichen Preußischen Regierungs-Secrete des Hertzogthums Magdeburg/gegeben zu Halle der 22. Dec. 1702.

26 In quo mandato ultimo tamen Advocati inferiorum Iudiciorum, ad gradum Doctoris vel Licentiati in Academiis promoti, a præsta-
27 tione juramenti exempti, sunt, ut exinde Cautela pro eo, qui in judiciis inferioribus Ducatus hujus adspirare vult, ad declinandum hoc speciale Iuramentum esse poterit, petitio & impetratio honorum Academicorum, ex ratione, quod Promotorum legalitas in Academiis approbata & ipsi, Iustitiæ, Iuramento præstito, se jamtum tanquam
apq. 27 justi & fideles satellites se obligaverint. Quamvis in Curia suprema
sbde sl
apqs ap

Pro-

Provinciali **bey der Königl. Cantzeley** hanc ipſam exemtionem Advocatis graduatis illuſtre Regimen concedere noluerit, moti, generalitate Reſcripti Regii, cui absque ſpeciali Mandato contravenire non poſſet; uti patet ex reſolutione de dato *d. 22. Octobr. 1702.* nec non ex reſolutione ſub dato, *d. 28. Aprilis 1703.* ipſis quoque Aſſeſſoribus Scabinatus Regii hujus Ducatus data in quibus tamen licentia ipſis conceſſa fuit, immediatæ ſupplicationis ad Potentiſſimum Regem, pro exemtione, & impetrando alio clementiſſimo reſcripto exemtionis, quod ipſum vero nondum apparuit.

Inſuper ab Advocatis ſecundum Jus Civile antiquum in ſin- 29
gulis cauſis, ubi ad probationem Proceſſus devenerat, de calumnia juramentum præſtandum erat, quod non cauſa differendi ejusmodi allegationes propoſuerint, ut patet *ex l. 2. in princ. & §. 4. C. de Jurej. propt. Calumn. l. rem non novam 14. §. 1. Cod. de Judic.* Cavere tamen ſe- 30
cundum Jus novum Juſtinianeum tam pars, quam Advocatus ſibi poterat, quando ſemel in principio litis, & in univerſum, juraverunt ſe nihil calumniæ cauſa facturos §. *Ecce enim. Inſt. de pœn. temere litig. Nov. 23. §. quid igitur 3. Auth. hoc Sacramentum & Auth. principales perſonæ, ibique* B. Brunnemann *C. de Juram. propter calumniam dando.* Tunc enim de novo circa probationes jurare, & Ju- 31
ramentum reiterare non tenebantur; quoniam Juramentum primum generaliter præſtitum ad omnes actus judiciales ſubſecuturos ſe extendit, ad exemplum juramenti, ab Officiali generaliter in initio officii præſtiti, quod ad omnes actus durante officio expeditos extendendum docuit Weſenbec. *Tom. 7. conſil. 335. n. 81. & 86.* Quod 32
etiam per *Receſſum Imperii Ratisbonenſem de anno 1654. §. 43. verſ.* **wie auch denen** Procuratoren **und** Advocaten **ꝛc.** approbatum.

Nec non per Jus Saxonicum, veluti legimus in *Reſolut. Gra-* 33
vam. **Erledigung derer Landes-Gebrechen** Johann Georgii II. *Tit.* **von** *Juſtitien* **Sachen** §. *24. in verb.* **und wenn der** *Principal* **oder deſſen** *Advocat. Deciſ. Elect. nov. 70. verſ.* **Befehlen derowegen.** Quamvis per generalem conſvetudinem Saxoniæ, hoc ipſum 34
Juramentum Calumniæ generale amplius non exigatur, ſurrogato ſaltem Juramento Calumniæ ſpeciali, quod rectius Juramentum malitiæ appellatur, & Judex in quavis inſtantia & quovis tempore, ubi

Advocatum malitioſe circa Proceſſum verſari, ex Actis animadvertit, imponere poteſt. *vid. dicta Deciſ. Elect. 70. & ad eam* Johan.
35 Philippi *n.* 13. *20. & 21.* In foro noſtro Magdeburgico per *ordinationem Proceſſus de anno 1686. cap. 7.* antea quoque ſancitum erat, ut omnes Advocati in principio litis, antequam via Proceſſus ipſis aperiretur, Juramentum Calumniæ generale præſtarent, hac formula:

Ich ſchwere/daß Ich glaube/und nach meinem beſten Verſtande anders nicht begreiffen kan/denn daß mein Client dem ich advocando bedienet bin/eine gerechte Sache habe/ und daß ich ihm Anſchläge zur Ungerechtigkeit oder Verſchleiffung der Sache nicht geben/noch etwas in der Sache vorbringen will/ſo wider die Warheit/ und den Grund der Sache laufft/auch keine Friſten begehren wolle/deren ich oder mein Client nicht ſo fort mit klaren warhafftigen/und weder mit Gelde/ noch ſonſt ungebührlich erlangten Zeugniſſen beſcheinigen kan/und da ich bey Fortſetzung der Sachen befinden werde/daß ſolche unrechtmäßig/und ich dem Gegentheil zu viel thue/alßbald davon abſtehen/ ferner in ihn nicht dringen/ ſondern mich von der Sache ſtracks gerichtlich abſagen/nnd daß ich um dieſer Sache willen/weder den Richter/ noch den Seinigeu etwas gereichet/ noch durch andere reichen laſſen/noch denſelben in eigener Perſon/ oder durch deſſen Anverwandte/ oder ſonſten jemanden/mir und meinen Clienten in der Sache wider Recht durch zuhelffen/anſprechen laſſen/wil es auch noch nicht thun/ ſo wahr mir GOtt helffe und ſein heiliges Wort.

36 A qua neceſſitate jurandi ſoli Jurati Conſiliarii Domini territorialis exemti erant. At poſtmodum, cum vel ipſe triſtis eventus doceret, noſtra ætate magis de calumnia committenda, quam evitanda jurari, uti loquitur A. Gail. *p. 1. obſerv. 85. n. 4. & ſeqq.* Ventur. *de Valent. in Parthen. litigioſ. lib. I. cap. 5. n. 35.* & B. Brunneman *ad Auth in iſto §. 8. Cod. de Juram. propt. Calumn.* & probi atque conſcientioſi Advocati metu religionis, lubentius abſtinerent a foro, quam ut in quavis cauſa jurarent, in quorum locum tamen improbi & perverſi Rabulæ intrabant, & indiſtincte jurabant, velut jamdum ſuo tempore conqueſtus eſt Weſenbec. *in parat. in Cod. de Reb. Cred. & Jurejur. n. 5.* & Carpz. *p. 1. conſt. 2. def. 1. n. 2.* Potentiſſimus Legislatur *in Ord. Proc. noviter reviſa de anno 1696. cap. 7. §. 1.* Juramentum calumniæ generale abrogavit, retento tamen Juramento calumniæ ſpeciali ſeu malitiæ, quod Judex pro re nata parti imponere debet, & quidem quovis tempore, ubi malitia partis vel Advocati deprehenditur,

verb

verb. textus sunt hæc in dicto *cap.6.* §.*1.* **Es ist zwar in dem** 1.§. **dieses Capituls/die** Constitution **gemeiner beschriebenen Rechte/ von dem** Juramento Calumniæ generali, **wohlbedächtig eingeführet/doch weiset die Erfahrung/daß dasselbe so wohl von denen Partheyen als** Advocaten **nur aus Gewohnheit und sonder** Consideration **der Seelen Gefahr zum öfftern abgeschworen werde/ derhalben Wir dasselbe bey allen und jeden Sachen nicht geleistet wissen wollen:** Damit aber der Partheyen Boßheit 37
dennoch gesteuert werde/ ordnen und setzen Wir hiermit/daß wenn Unsere Cantzler und Räthe/wie auch die Unterrichter bey Pflegung der Güte/ oder sonst wahrgenommen/daß die Partheyen und deren Advocaten/ die Warheit vorsetzlich verschweigen oder verkehren/ wider die Acta reden und schreiben/ in einer klaren Sache ohne allen Grund rechtfertigen/undienliche Weitläufftigkeit suchen/oder die Sache verschleiffen/sie dieselbe mit folgenden Juramento malitiæ speciali belegen sollen/und zwar/ quovis tempore, es werde die Maliz vor/ oder nach der litis contestation offenbahr. Und dieses Iurament soll auch auff Ergentheils Ansuchen nach dem 9. §. des 6. Capituls der Magdeburgischen Proceß-Ordnung also geschworen werden:

Ich schwere zu GOtt dem Allmächtigen einen leiblichen Eyd/ daß in 38
der Sachen/ darinnen ich N.N. bedienet bin/die Warheit vorsetzlich nicht hinterhalten noch verkehren/auch nicht wider die Acta reden oder schreiben/ keine undienliche Weitläufftigkeit machen/oder die Sache verschleiffen/sondern einzig und allein/was zur Sachen Nothdurfft dienet/ mit behöriger Kürtze/mündlich und schrifftlich vorbringen/auch meinen Clienten möglichst einreden/ niemand auch/ wer der sey/zu Hegung einer unrechten Sache/ Geschencke reichen/ noch durch andere reichen lassen will/ so wahr mir Gott helffe und sein heiliges Wort.

Quemadmodum igitur quemvis cordatum hominem decet, 39
juratam fidem servare, uti bene monuit Wesenbec. *p. 1. conf. 417. n.24. & conf. 584. n. 89. item p. 3. conf. 102. n. 6.* ita magis Advocatus omnem operam in eo collocabit,ne contra Juramentum præstitum peccet,& præsentissimam contemti numinis divini vindictam,nec non temporarii Magistratus pœnam incurrat: Siquidem & in Duca- 40
tu Magdeburgico, in dicta *ordinatione Processus revisa de anno 1696. cap. 6.* §.3. constitutio hæc legitur: **Würde aber eine Parth oder ein** Advocat **bey unserer Regierung wider den abgelegten Eyd**

handeln/und er deſſen ex Actis oder ſonſten überführet werden/ ſoll Unſer Advocatus Fiſci denſelben alſofort in die Inquiſition nehmen/und die Uberteter nach Urtheil und Recht beſtrafft werden.

41 Illud adhuc hic quæri poterit? Qua Cautela uti poſſit Advocatus, qui per præſtitum Juramentum clienti ſe obligavit, ſe proceſſum usque ad finem litis perducturum, ſi poſtea in aliqua inſtantia, vel ex novis emergentibus circumſtantiis deprehenderit, clientem
42 cauſam injuſtam fovere. Prima fronte videri poterat, propter præſtitum Juramentum, ejusque religionem Aadvocatum cauſam ſemel ſuſceptam deſerere non poſſe, quoniam quod ſemel placuit, amplius
43 diſplicere non poteſt. At rectius negatviam ſuſtinemus, & Advocato ſvademus: ut a tali Proceſſu potius abſtineat, clientem de injuſtitia cauſæ monendo, & continuationem proceſſus quovis modo
44 diſſvadendo. Neque enim ipſi præſtitum juramentum objici poterit, quoniam Juramentum principaliter in DEUM dirigitur, nec legibus humanis, adeoque multo minus conventioni privatæ ſubjectum eſſe videtur, per deducta Menoch. *Tom. 5. conſ. 401. n.* 162. & nunquam debet eſſe vinculum iniquitatis, *c. etſi Chriſtus, & c. quanto* X. *de*
45 *Jurejurando.* Weſenbec. *p.* 2. *conſ.* 74. *n.* 56. quin & ex juſtis ſupervenientibus cauſis contra juramentum venire licitum eſt. per *l. fin. ff. qui ſatisd. cog. l. fin. ff. ad municip. l. fin. Cod. de non numerat. pec.*
46 Et promiſſio de contraveniando ſemper intelligitur, niſi ex juſta
47 cauſa. Socin. *conſ.* 215. *vol.* 2. Weſenbec. *p.* 1. *conſ.* 23. *n.* 14. Ex quibus patet; Advocatum tali juramento ſtare non debere, quoniam peccaret contra præceptum DEI octavum, adeoque Juramentum ſine interitu animæ violare poteſt. Menoch. *tom. 7. conſ. 609. n.* 32. aut ſaltem ab eo, tanquam iniquitatis vinculo, abſolvendus erit. *per cap.* 1. *de Jurejur. in 6. & cap. quanto eod. cap. inter cauſ.* 22. *quæſt.* 4.
48 Quam abſolutionem a Judicio eccleſiaſtico pro meliori cautela
49 & tranquillanda conſcientia petere ipſi licebit. Hac cautela etiam Procurator tam generalis quam ſpecialis uti poterit.

50 Diximus ſupra, quod juramentum calumniæ tam actor quam reus in principio litis ſtatim præſtare teneantur; ubi hoc pro Advocato notandum, quod ſi videt reum ab actore juramentum ca-

lum-

lumniæ poſtulare, non rurſus petat a reo juramentum malitiæ, quin potius roget, ut & reo Juramentum calumniæ generale imponatur, juxta diſpoſitionem *leg. 2. Princ. C. de Juram. propt. Calumn. dando.* Hoc ipſum enim Juramentum calumniæ generale plura capita con- §2
tinet, uti e formula ſuperius tradita apparet, quam ſimplex juramentum malitiæ, quippe quod hoc in caſu plura non involveret, quam ut reus juraret, ſe juramentum calumniæ malitioſe non petiiſſe. Prout egregie docuit Dn. Præſes *in Introd. ad Praxin cap.* 12. §. 6.

Quamvis vero hoc Juramentum calumniæ generale de jure §2
licite in quacunque litis parte, tam ante, quam poſt litis conteſtationem peti poſſit. *per l. 2. §. 4. C. de Jur. propt. Calumn.* Advocatus tamen, in Camera Imperiali cauſas agens, curabit, ut demum poſt litis conteſtationem factam hoc Juramentum exigat: nam ſi ante litis conteſtationem exactum & præſtitum fuerit, Proceſſus nullus, & Juramentum hoc poſt litis conteſtationem denuo repetendum eſt. vid. Blumius *in Proc. Camerali Tit. 72. n. 22.* quam obſervantiam ta- §3
men non immerito improbat B. Brunneman. *in Proc. Civ. cap. 15. n.* 20. ubi deducit, quod rectius ante litem cnnteſtatam petatur hoc Juramentum, propter clauſulam Iuramenti, quæ habetur in Receſſu In pe ii *de anno* 1654. **Uber dieſes verordnen wir ꝛc.** in verb. §4
die Warheit nicht verhalten/ auf des Gegentheils vorbringen und Erzeh ung der Geſchicht in alleu ſeinen Umbſtänden ohne Gefährde antworten. Poſt litem vero conteſtatem hæc reſponſio jamdum facta, adeoque vel fruſtra hæc Clauſula in Iuramento poſita eſſet, vel Iuramentum in hoc privato ceu fruſtraneum non admittendum: Inſuper in narratione facti, & reſponſione, omnium maxi- §5
me, quis calumniari & mentiri potrſt, adeoque præſtabit, etiam huic malo occurrere, per impoſitionem juramenti, in principio litis præſtandi.

Quamvis vero Iuramentum hoc in Iure dicatur neceſſariu m., §6
ita ut nec a partibus expreſſe remitti poſſit. *l. 2. §. 4. C. de Juram. propt. Calumn. dando.* ſi ſcilicet ab una parte petitum fuerit. Richter *in Appendice deciſionum ad cap. 39. de Teſtibus n.* 21. ne nullitas in proceſſu incurratur, veluti docuit, de Iure Camerali Gail. *l. 1. obſ.* 84. & Tabor. *in relat. Arg. Relat.* 104. *n.* 8. Roland a Valle *vol. 1. conſ. 71. n. 7.*

ubi de communi opinione atteſtatur. Herman Vultejus *Conſ. Mar-*
57 *ſturg. 20. n. 72.* qui tamen *ſub. n. 84.* limitationem adducit. Nihilominus tamen tacite remitti poterat, eo ipſo, quando nulla pars ejus
58 impoſitionem urgebat. Id. Richter *n.* 22. Qua cautela cum antea in Camera Imperiali Advocati & Procuratores uſi fuerant, atque per hoc ipſum præſtationem Juramenti effugerent, hanc colluſionem damnoſam noluit tolerare Imperator, ſed in *Receſſu Deputat Spirenſ. de anno 1600.* conſtituit, ut Juramentum hoc non ſaltem in ſcriptis, ab Advocatis oblatis, ſed etiam poſtmodum, **bey dem Rechtlichen Einbringen**/ oretenus peti debeat *add.* Obrecht *de Juram. calumn. cap. II. n. 29.* Blum. *Proc. Tit. 72. n. 4.* Gail. *lib. I. obſ. 84. n. 1.* Dn. Præſes *in introd. ad Praxin, cap.* 12. §. 4. ubi ſimul deducit, quod cum Juramentum hoc non ſit de ſubſtantia Judicii, ſed tantum ad excluſionem malitiæ litigantium pertineat, a partibus præteriri poſſit: quin & Judex hoc ipſum præterire poterit, absque vitio nullitatis, ubi ſaltem in productis, puta exceptionibus, duplicis etc. ſaltem in ſcriptis, non vero ſimul oretenus petitum fuit, uti oſtendit Dn. Harprecht *in conſ. Tubing. 55. n. 211,* D. Lauterbach. *de Juram. Calumn.* §. *7. th.* 101. Græv. *lib. I. concl. 84. conſid.* 1. *n.* 2. Tabor. *in relat. Argent. relat. 86.*
59 *n.* 13. imo quod Judex, ubi deprehenderit, frivole tantum exigi hoc Juramentum, illud inhibere debeat, ne ſupervacaneis Juramentis conſcientiæ partium onerentur, aut nomen DEI profanetur, ubi arbitrio Judicis circa impoſitionem multa Mevius *p. 1. dec.* 324. præprimis late & nervoſe *p. 4.* tribuit *dec.* 164. *p. 6. dec.* 247. & cum eo Dn. Præſes *d. l. 4. ſub finem.* Goſvvin ab Esbach *in addit ad* Carpz. *p.* I. *c.* 10. *def.*
60 *5. &* Harprecht *d. conſ. 55. n. 225. 226. & 227.* De eo adhuc quæritur. An Advocatus Juratus, qui ſub initium officii ſuſcepti, generale Juramentum Advocatorium præſtitit, a præſtatione Juramenti
61 Calumniæ ſe excuſare poſſit? Videri poſſet, quod ſic, quoniam ju-
62 ramentum ſemel præſtitum bonis ſemper obverſatur animo, improbis vero etiam ſæpius repetitum non occurrit; & quia religioſiores frequentia Juramentorum deterrentur ab advocationibus, quorum publice intereſt, præ aliis adhuc rationem habere *juxta Auth. hodie*
63 *Cod. de Judic. Nov. 9.* §. *pen. & Nov.* 15. §. *penult.* Sed alii tam antiqui, quam recentiores auctores negativam ſequuntur, Joh, Andr.

in

in c. Romana verb. Advocationem de foro compet. in 6. Speculat. *de Advocatis* §. 1. *n.* 31. Obrecht. *de Iuram. Calumniæ cap.* 6. *n.* 44. Setser. *de Iuram. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 84. Mev. *ab Ius Lubec. p.* 5. *tit.* 2. *art.* 5. *ubi n.* 10. deducit, Advocatis, quamvis juratis hodie ex prava consuetudine Juramentum Calumniæ remitti. Ex ratione, quod Advocati me- 64
lius quam partes sciant, quæ causa sit justa vel injusta, & penes hos plerumque stet, quo lites citius in Judicio expediantur, & quod melius calumniari norint, quam ipsi litigatores. Cum quo etiam facit *Autor discursus*, von *Iustitien-*Werck. *p. m.* 50. *& Autor Parthenii litigios. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 14. *& cap.* 7. *n.* 11. 12. *&* 13. Brunnem. *in Proc. Civ. cap.* 15. §. 9. ubi docuit, quod juramentum calumniæ generale in- 65
singulis causis nihil sit, nisi accedat repetitio Juramenti, quod ab initio Advocationis præstitum, & quod hæc iteratio impediat, quo minus Advocati immores prioris Juramenti, conscientiam vulnerent. Et 66
ex his causis neque Advocatis, neque Procuratoribus ordinariis, atque juratis Cameræ Imperialis Juramentum calumniæ remitti, testis est. Mynsinger *cent. I. observ.* 74. Wesenbec. *p.* 5. *cons.* 297. *n.* 3. *&* 4.
Sed quæritur, amplius quid Juris sit, si Advocatus absque justa causa 67
de calumnia jurare nolit, an ejus renitentia & contumacia clienti nocebit? Licet autem in iis, quæ ad processum pertinent, negligentia procuratoris Domino noceat, ut & contumacia advocati clienti damnosa sit. *per l. si procurator. Cod. de Procuraror. & l. si remunerandi* §. 1. *ff. Mandat.* In his tamen quæ ipsius Advocati 68
personam concernunt, iniquum esset, ex culpa vel delicto alterius, aliquem causa cadere debere. Gail. *lib. I. observ.* 89. Obrecht. *de juram, Calnmn. cap.* 12. *n.* 23. Brunnem. *Proc. Civ. cap.* 15. *n.* 27. Sicuti 69
nec contumacia tutoris, qui juramentum hoc præstare recusat, pupillo nocere debet, uti docuit Setser *de Iuram. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 104: Ex ratione Iuris, quod extra negotium popilli delinquens Tutor, 70
nullum damnum ipsi conciliare debet *per l. neque interdicta ff. de R. I.*
Cautela igitur hac uti poterit cliens, ut judicem adeat & petat, ut vel 71
ex officio Advocatum ad præstationem juramenti, vel sub comminatione mulctæ pecuniariæ, vel etiam totali interdictione advocatariæ in aliis quoque causis adigat. Quæ pœna in Camera Im- 72
perii olim refractariis imposita fuit, teste Gail. *lib.* 1. *observ.* 89. *n.* 4.

Ru-

Ruland. *de Commiſſar. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 15. Mev. *ad Ius Lubec. lib* 5.
73 *tit.* 2. *art.* 5. *n.* 11. Hodie vero Advocatis & Procuratoribus Cameralibus refractariis, marca auri, pœnæ loco dictatur, quam exſolvere tenentur. *vid.* Eyben. *ad Perezii Codicem de Iurerand. propt. Calumn.*
74 *n.* 17. & Rodingeri *Pandectas Cameral. lib.* 3- *pand.* 30. *in fine* De Iure Civili vero denegatur Advocato audientia, *per l. ſancimus & leg rem non novam C. de Iudic.* Setſer. *de Iuram. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 92.
75 Quod etiam circa Iuramentum malitiæ in foro Saxonico receptum. Uti patet **aus denen Erledigungen der Landesgebrechen** Tit.
76 **von** Iuſtitien-**Sachen** §. 24. Et in foro noſtro Magdeburgico ubi hac in parte ad Ius civile commune reſpiciendum, cum pœna expreſſa quoad Advocatos *in cap.* 7. *ord. Proc. Novæ* poſita non reperiatur.
77 Sed quid ſentiendum de eo Advocato vel Procuratore, quem Iudex ex officio dedit, & ab hoc, ad ſuſcipiendam cauſam compulſus eſt? Hunc exemtum eſſe voluit. Obrecht. *de Iuram. Calumn. cap.* 6.
78 *n.* 35. *& ſeqq.* At quamvis quoad merita cauſæ hoc ipſum concedat A. Gail. *lib. I. obſ.* 88. *n.* 8. ex ratione, ne quoad juſtitiam vel in juſtitiam cauſæ juſſus Iudicis ipſi fraudi ſit & offenſioni, contra diſpo-
79 ſitionem *L. ſed ſi quis ff. quemadmodum teſtam a periantur.* Secus tamen eſſe quoad ipſum proceſſum probat, ideo, quod Advocatus in proceſſu male verſari, eumque in longum protrahere, adeoque
80 non minus calumniari poſſit. Si quidem non ſolum is calumniari dicitur, qui cauſam injuſtam fovet, ſed etiam, qui eam indebite
81 differt, *per text. in. L. quisqqis* §. *præterea Cod, d. poſtuland.* Cautelam hanc ergo pro conſcientioſo Advocato ſubminiſtrat *ſub. n.* 10. ut adeat Iudicem & remiſſionem juramenti hoc modo petat: *Domine Iudex, juramentum calumniæ ab adverſa parte exactum, quoad merita cauſæ, propter conſcientiam mihi remitti peto, in reliquis vero, ad officium Advocati vel Procuratoris pertinentibus, jurare paratus ſum*:
82 Quam cautelam tanquam æquiſſimam, & recte rationi conſentaneam haud abs re probamus, & inſuper, quamvis juxta ſuperius deducta Iuramentum calumniæ generale, in foro Ducatus Magdeburgici & Saxonico hodie exulet, nihilominus tamen etiam, quoad Iuramentum malitiæ perſuaſi ſumus, quod & hoc ipſum neque Advocatus, neque Procurator declinare poſſit, ſi Iudex ex certis ac-

calumniæ & malitiæ ſuſpicionis, ex Actis apparentibus, ipſius præſtationem ipſi impoſuit, non attento, quod Judex vel motu proprio, vel ad inſtantiam partis patrocinium cauſæ Advocato vel Procuratori commiſerit: quoniam & hi circa proceſſualia male verſari 83
poterunt, & judex hoc juramentum non niſi cauſa cognita imponit.
Non dicam, quod & Advocatus cum cliente colludere poſſit, ut ad 84
hujus ſupplicatiouem patrocinium cauſæ alioquin injuſtæ ipſi committatur, cui petito Judex vel ex imperitia, vel etiam ex negligentia, abſque ſufficienti cauſæ cognitione deferre poſſet, adeoque anſaderetur Advocato vel Procuratori, ſub ſpe impunitatis audacter cavillandi & delinquendi, quæ occaſio omnibus modis præcavenda
erit, *add.* Hiltrop. *in Proc. Jud. p. 3. tit. 2. rubr. qui jurand de calumn. n. 25.* Illuſtr. D. Born. *ad univ. Jus Jud. Diſ. 2. theſ. 6. lit. D.* Neque 85
etiam juramentum malitiæ declinare poterit Advocatus vel Procurator, quamvis a Judice datus, qui malitiæ clientis ſe participem facit, & de ea participatione vel a parte adverſa arguitur vel etiam ab
ipſo Judice, gravatus in actis reperitur vid. Mev. *p. 6. dec. 49.* ipſa- 86
ſuſpicio vel exinde oriri poterit, quando Advocatus nimium de
jure temere diſputat, vid. Sichard. *in l. 2. in princ. C. de Jurejur. propt. Calumn. dano.* ubi dicit, quod hodie non minor calumnia commitatur in legibus adducendis adque interpretandis, quam in
conſtitutionibus facti. Quo etiam pertinet textus ordinationis Pro- 87
ceſſus in Ducatu Magdeburgico *cap. 14. §. 6.* Inſonderheit ſollen die Advocati bey willkührlicher Straffe das unnöthige Latein und überflüßige allegiren meiden und *in ſupplicationibus, libellis*, mündlichen Einbringen *Producten* und allen Schrifften/ die gemeine *axiomata Juris* und bekandte Rechts-Regeln mit keinen *Textu Juris* oder *Autore* beſtärcken/ und an denen Orten/ da die *allegata* nöthig/ ein oder zween Haupt-*Textus*, und ein/ oder aufs meiſte drey Haupt-Doctores, oder *interpretes*, die in ihren conſiliis den *Caſum in Terminis tractiren* / und ſonderlich diejenigen *allegiren*/ welche den *Lectorem* an andere *remittiren* / und dieſelbe offtermahls in groſſer Anzahl benennen. Caveat ergo Advocatus ne hac in parte 88
officium ſuum deſerat. Multo magis vero caveat, ne vel ipſius 89
cauſæ atque litis autor ſit; quoniam tunc juramento malitiæ ſe
ipſum ſubjicit, per deducta Mevii *dec. 200. per tot.*

90 Caveat etiam, ne paciſcendo de quota litis cum cliente litis
91 participem ſe faciat, quoniam hæc ipſa participatio in jure improbata & vetita, arguit malignitatem Advocati,& non levem ſuſpicionem inducit malevoli propoſiti, quod ſcilicet adverſarium magis ob proprium lucrum,quam ob juſtitiam cauſæ vexet,*per l. ſi quis Advo-*
92 *catorum 5 Cod. de poſtuland.* ex qua participatione prohibita quoque profluit, ut quamvis adverſa pars regulariter in proceſſu, Advocati adverſæ partis conſcientiam per delationem juramenti inquietare non poſſit, quoniam ipſe Advocatus, qua talis, cum cauſa principali non concurrit, neque pro parte habendus eſt, adeoque nec juramen-
93 tum ipſi tanquam tertio, cujus nihil intereſt,deferri poſſit; nihilominus tamen ſi Advocatus ex actis vel alio modo convinci poterit,quod propter pactum illicitum de lucro vel damno litis participet, ut conſors litis ad omnia tenebiter,quæ vel ipſi Actori vel Reo,pro re nata
94 in proceſſu incumbunt; adeoque non ſolum juramentum calumniæ & malitiæ, ſed & pro re nata ipſum juramentum principale litis deciſorium ipſi deferri poterit,per deducta Mevii *p. 6. dec. 200. per tot.* ubi *ſub. n. 3.* pro indicio participationis contra Advocatum aſſumit, quando ipſe, ad objectum partis adverſæ de participatione litis facta
95 in judicio non reſpondit, quoniam ſilentium in judicialibus non eſt ſine præjudicio: ideo, qui in his, quæ ipſum gravare poterunt, non
96 reſpondet, nec objecta diluit, ſe ſuſpectum facit. Et certe eo magis a tali prohibita participatione Advocato cavendum, quoniam per eam fama ejus læditur,& ubi de ea Judici notitia facta fuerit, ipſum pactum cum cliente contractum tanquam jure prohibitum, annullatur. Quale deciſum in Praxi mea obtinui, in Cauſa **derer K. Erben/** contra J.C.C. in curia Provinciali ſuprema Ducatus Magdeburgici,qui contractum cum clientibus fecerat, ut propter exactionem alicujus debiti, ab illa ſumma, quam per transactionem impetraret,de millibus thalerorum, centum & viginti quinque ſibi darentur: Cum vero ipſe tanquam Advocatus **derer Kittelmanniſchen Erben** in Poſitionibus de iniquitate hujus pacti exciperem,pronunciarunt Domini Scabini Lipſienſes de publicato *d. 5. Martii 1687.* **Und iſt nunmehr aus denen Acten ſo viel zu befinden/ daß der**

Con-

Contract *de dato* den 11. *Augusti 1603.* wegen Barbaren Sophien Wegerin / und Magdalenen Heydlerin / wie auch der letztern nachgelassenen Kinder / gäntzlich / und im übrigen das darinnen enthaltene *pactum de quota litis*, vor kräfftig nicht zu achten / derowegen Klägers Principalen angeregten Contracte zu folge Beklagten 125. Rthlr. von jeden 1000. participiren zu lassen / wider ihren Willen / mit Bestande nicht angehalten werden mögen / sondern es ist derselbe die ihrentwegen eingehobene Gelder / so wohl den erweißlich empfangenen Verlag richtig zu berechnen schuldig. Ratio decidendi erat: daß der *Contract de dato* des *11. Augusti 1685.* und das darinnen enthaltene *Pactum* nichts anders denn ein *Pactum de quota litis*, in Betrachtung / daß die Irrungen / die zwischen etlichen entstehen / auch *ante Judicium pro lite* zu achten / und die *ratio* warum dergleichen *Pactæ in Jure* verboten / nicht allein den Gegentheil / sondern auch den *Paciscenten* selbst *concerni*ret / und so wohl auf die Irrungen / so bereits *in Judicium deduci*ret / als auch auff die andern zu *applici*ren / über diß den *Advocaten* und *Procuratorn* solche übermäßige *honoraria* sich zu *stipuli*ren nicht nachgelassen. 97

De Advocato FISCI adhuc quæritur, num & hic de calumnia 98
jurare teneatur? Secundum Jus Civile omnino necessitas jurandi huic incumbit, si hoc ipsum juramentum a parte adversa legitime exactum fuit, *per text. in l. 2. §. Sed quia veremur Cod. de Jure-* 99
jurand. ob regulam generalem, quod fiscus non utatur privilegio, nisi de hujus concessione ex jure expresse appareat, *per text. in l. fin. C. de usur. fiscalib.* Gail. *lib. 2. obs. 86. n. 7.* at nusquam in jure 101
legimus, fiscum nominatim exemtum esse a præstando juramento calumniæ, quare regula hic valebit, quod non est mutatum vel abrogatum, cur stare prohibeatur *per text. in l. sancimus* 27. *C. de Testam.* nihilominus tamen secundum observantiam Cameræ Imperialis 102
Advocatum in causis fiscalibus non cogi præstare Juramentum calumniæ, etiamsi a parte adversa exactum fuit, testatur Mynsinger *cent. I. obs. 74.* ubi de concluso Cameræ desuper facto testatur. 103
Rationem subministrat. Gail. *lib. I. obs. 90. n. 4.* quod fiscalis nomine

ipſius Imperatoris & Imperii cauſam ex generali mandato legis & conſtitutionis Imperii intuitu officii & ex neceſſitate in Judicium deducat, adeoque calumniari non videatur, qui tamen *ſub. n. 6.* expreſſe docuit, de jure verius eſſe, quod & fiſcus hoc juramentum præſtare debeat, plura vid. ap. Ruland *de Commiſſar. p. 1. lib. 2. cap. 14. n. 10. &* Mev. *p. 3. dec. 191.*

104 At nonne juramentum calumniæ generale, in principio litis, præſtitum, Advocatum vel Procuratorem juvabit, ut interpoſita in eadem cauſa appellatione ad ſuperiorem, juramentum calumniæ
105 appellationis præſtare non teneatur. Non reor, per *text. in c. 2. de*
106 *Jurejur. Calumn. in 6. & l. 6. C. eod.* Siquidem hoc juramentum in ſpecie vocatur juramentum calumniæ *de non frivole appellando*, & lege publica requiritur ab Appellante, per *Receſſ. Imper. Ratisbon. de*
107 *de anno 1654.* §. 117. Et quod Juramentum in prima inſtantia præſtitum, effectum non extendat ad cauſam appellationis, docuit Gail. *lib. I. obſ. 85. n. 2. &* Hiltrop. *in proc. Iud. p. 3. tit. 32. §. penult.* add. **Cammergerichts-Ordnung zu Regenſpurg** *de anno 1507. tit. 38. §. 8.* in verb. **und hat auch ſolches ſtatt/ob gleich in erſter** *inſtance*
108 **auch ſolcher Eyd geſchehen.** In foro Magdeburgico, quoad Appellationes, quæ ad Cameram, vel judicium aulicum Cæſareum a partibus interponuntur, ſpecialiter cautum, quod tam ipſe appellans, quam etium ipſius Advocatus juramentum calumniæ appellationis, coram Regimine Regio, in perſona præſtare teneatur, & antequam hoc ipſum præſtitum fuerit, appellatio neque recipiatur, neque etiam Apoſtoli expediantur. vid. *Ord. Proc. de anno* 1686. *cap.* 43. §. 8. in verb. **doch eher keine** *Appellationes* **bey der Cantzeley angenommen/ auch von der Regierung keine** *Apoſteln* **ertheilet werden/ es habe den der** *Appellant*, **und ſein** *Advocat*, **das beym Käyſerlichen Cammergerichte dißfals eingeführte** *Juramentum Calumniæ* **bey der Magdeburgiſchen Regierung in eigener Perſon**
109 **abgeſchworen.** Et in nova ordinatione reviſa *de anno* 1696. *cap.* 43. §, 19. idem repetitum, & ſimul diſpoſitum, ut Appellans cum Advocato intra ſpacium menſis, a die interpoſitæ Appellationis computandum, in præfixo termino praeciſe in perſona praeſtent,

ſecus

secus appellationem pro deserta pronunciatiandam esse. Cautus igi- 110
tur sit Advocatus, in observando hoc fatali, & ut inpræfixo Termino cum cliente compareat, atque juramentum actu corporali præstet, cujus formula in dicto *cap. 43. §. 19.* hæc habetur:

Ich schwere zu dem Allmächtigen GOTT einen leiblichen Eyd/ daß ich 111
glaube/und nach meinem besten Verstande anders nicht begreiffen kan/als daß mein Client, welchen ich in Sachen wider N. gerathen / und den Appellation-Zettul verfertiget/ eine gerechte Sache / und erhebliche neue Ursachen habe/davon ich entweder vorhero nicht gewust/oder dieselben einzubringen unnöthig geachtet/ ietzo aber/zu erlangung bessern Rechts dienlich zu seyn erachte/ massen ich diese Appellation nicht zu der Sachen Verschleiffung eingerathen / noch darien etwas / so wider die Acta und Warheit/oder der Sachen Grund läufft/gesetzet: Solte ich auch in deren Fortsetzung befinden/daß solche unrechtmäßig sey/und ich dem Gegentheil dadurch zuviel thue und die Hülffe Rechtens verzögere/will ich davon alsbald abstehen/und weder selbst noch durch andere weiter darinnen dienen; Alles getreulich und ohne Gefehrde; So wahr mir GOtt helffe und sein heiliges Wort. Circa hoc juramentum pro Cautela tenendum, quod hoc 112
ipsum juramentum Appellationis tam pars appellans, quam ejus advocatus in Camera vel Judicio aulico in persona; iterum præstare, vel ubi in dissitis locis habitant, in scriptis conceptum subscribere, sigillo confirmare, & deinde transmissum in Judicio aulico vel Camera Imperiali per Procuratorem producere, atque hoc modo denuo jurare teneantur.

Improba vero hic notanda erit Cautela, quam aliquoties ab 113
aliis practicatam memini, dum Advocati vel mandatarii, qui in prima instantia litem egerant, & schedulam appellationis ipsi quoque confecerant, suppresso ipsorum, tanquam concipientium nomine, alios subornarunt, qui ad juramenta inconsideratius accedere solebant, cum de justitia vel injustitia appellationis parum informati erant, ut juramentum appellationis præstarent: post modum vero ipsi subornantes processum continuabant, scripta & positiones conficiebant, & deinde saltem sub nomine jurantis supposito ad judicium appellationis transmitterent. Merito hanc cautionem, tan- 114
quam improbam, rejicimus, cum per eam tam inducens, quam ju-

rans graviſſime peccet; Jurans quidem, dum juxta formulam Juramenti jurare tenetur; **daß er glaube/und nach ſeinem beſten Verſtande anders nicht begreiffen könne/denn daß der** Appellant **eine gerechte Sache/und erhebliche neue Urſachen habe.** Cum tamen non intelligat, quid agatur, neque ipſe ex actis de juſtitia cauſæ, & an nova, an vero rejecta & diſcuſſa gravamina proferantur, ſufficienter informatus ſit. Item quia jurare tenetur, **daß er zur** *Appellation* **gerathen/ und den** *Appellation* **Zettul verfertiget**
115 **habe.** Cum tamen ſubornans utrumque fecerit. Verum ergo perjurium talis ſubornatus committit, adeoque quamvis fraus non detegatur, & temporariam in Judicio pœnam effugiat, nihilominus tamen, cum DEum & partem adverſam graviter offendat, uti bene conſuluit Roland. a Valle *Vol. 4. conſ. 87. n. 16.* & contra conſcientiam peccet, adeoque in defectu pœnitentiæ pœnam æternam in-
116 currat: Subornans vero cauteriatam conſcientiam, per uſum improbæ hujus cautelæ conſequitur, dum proximum pejerare facit, adeoque juxta Canones gravius peccet & puniendus ſit, quam homicida & perjurus, *per text. in c. ille qui hominem 5. c. 22. quæſt. 5. gloſſ. in C. presbyter. c. 5.* & dum contra conſcientiam agit, ad ge-
117 hennam ædificat, uti dicitur *in c. litens §. ſane X. reſtit. ſpoliat.* Repetenda ergo admonitio *Cæpollæ* ſuperius adducta *Cave ne utaris hac*
118 *Cautela in pernicem animæ tuæ.* Siquidem juramentum non per alium, quam per ordinarium Advocatum, qui cauſam in Judicio agit præſtari debet. Mev. *p. 7. def. 387.*

119 Ultimo loco adhuc quæritur: qua Cautela Advocatus, qui in principio officii Advocatorii per juramentum præſtitum promiſit, ſe nullam cauſam contra Principem vel etiam Magiſtratum loci ſuſcepturum, ſi poſt modum tamen cauſa aliqua contra Principem vel alium Magiſtratum ipſi offertur, quam juſtam & ſatis fundatam pro quærente deprehendit, uti debeat? Num miſerum Clientem propter juramentum, in initio officii, præſtitum, absque conſilio & auxilio a
120 ſe dimittere poterit? Caſus hic occurrere poterit in illis judiciis, ubi nulli extranei Advocati, ſed ſolum ordinarii, & ad judicium medi-
121 ante juramento conſtituti, admittuntur: ubique certe Advocatus

ha-

habebit, quod caveat, tum ne contra Juramentum præſtitum peccet, ſiquidem jurato actui nemo contravenire debet, vti conſulut Franc. Burſatus *lib. I. conſ. 78. n. 18.* ſed ad juramenti obſeruan- 122
tiam jurans cogitur. Philipp. Decius *conſ. 536. n. 17. conſ.* 635. *n.* 13. *conſ. 414. n. 16. & conſ. 31. n.* 3. Vultej. *conſ. Marpurg. 36. n. 22. item conſ. 55. n. 33. & conſ.* 60. *n.* 32. & in terminis Advocatum, qui ju- 123
rato promiſit, non advocare contra Magiſtratum, advocando pœnis perjurii ſubjici, & gravius adultero atque homicida puniendum eſſe, decidit Nicol. Reuſnerus *conſ.* 22. *n.* 30. *& n. 60. & ſeqq. vol.* 1. tum etiam, ne contra præcepta juris divini, & caritatem 124
Chriſtianam, proximum indefenſum relinquat; quoniam & ille 125
graviter peccat, contra præceptum decalogi 5. qui cum juvare conſilio vel auxilio proximum poſſet, hoc ipſum omiſit; de quo Auguſtinus ſuo tempore dixit: *ſi non juvaſti & paviſti proximum, occidiſti;* quin & Advocatus, contra ipſum jus naturale peccare vi- 126
deri poterit, dum proximum injuſte lædi permittit, & jus ſuum, quantum quidem per ſe fieri poterit, ipſi non tribult: quin & juramentum contra jus naturale præſtitum non valere *ex c. cum quidam & c. Quintavallis X. de jure jurando* docuit Mynſinger *part. 2. decad. 1. Reſp. 3. n.* 114. Poterit ergo *A*dvocatus hac Cautela uti, ut 127
nunquam ſua ſponte contra Principem vel Magiſtratum cauſas defendendas ſuſcipiat, ſed exſpectet mandatum Principis vel juſſum judicis; quibus impetratis tuto niti, & ſalva conſcientia cauſam juſtam ſuſcipere poterit: Siquidem Principis & judicis juſſus excu- 128
ſat, per *text in l quanquam de aqua pluv. arcend. & in l. ſi ſtipulatus §. lancem ff. de ſolut. l.* 1. §. *ait prætor ff. de poſtuland. c.* 1. *de off. Jud. & ibid. gloſſ. in verb. implorando.* Sicut & Advocatus Vaſal- 129
lus ſi per Iudicem compellatur, patrocinium adverſus dominum ſuſcipere excuſatur, Thom. Grammat. *deciſ. 80. per tot.* ubi plures allegat Gail. *lib.* 1. *Obſ. 88. n. 4. 5. & ſeqq.* Caveat tamen Advo- 130
catus, ne in Proceſſu male verſetur, & vel iniqua protractione litis, vel inhoneſtis verbis Superiorum autoritatem offendat; inſuper 131
etiam vbi durante Proceſſu, in prima vel ſecunda inſtantia ex novis allegationibus forte edoctus fuerit, Clientis cauſam injuſtam

eſſe

esse, ab officio ulterioris Advocaturæ in hac causa desistat, & vel per Supplicationem Principi oblatam, vel etiam coram Magistratu di-
132 splicentiam suam declaret. Quoniam & hoc in casu Advocatus non obstante quod juraverit, se clientis causam usque ad finem perducturum, nihilominus abstrahere, & causam iniquam deserere
133 poterit, cum major sit habenda ratio justitiæ, quam comitem quodlibet Juramentum habere, & cum ea stipatum esse oportet, *c. 26. x. de jurejur.* qua deficiente, deficit etiam ipsa obligatio juramenti.
134 vid. Casp. Klock *p. 1. conf. 35. n. 364. seqq.* & juramentum iniquitate potius perjurium, quam juramentum dici debere deducit Her-
135 man. Vultej. *Conf. Marpurg. conf. 55. n. 98.* Quin & omne juramentum præstitum, intelligitur secundum naturam actus super quo interponitur, & semper habet tacitam illam conditionem, si in eo-
136 dem statu permanserit. Natta *conf. 6. n. 264.* Siquidem respicit statum præsentem, in eoque semper intelligitur exceptus casus in-
137 justitiæ supervenientis *Id Natta conf. 16. n. 224.* Superveniente vero nova causa, licet Juramentum prius infringere, eique contrave-
138 nire. Alciat. *in C. cum contingat. n. 12. & 13. X. de jurejurand.* quæ enim denovo emergunt, novo indigent consilio, adeoque ex nova causa receditur a priori juramento, & qualibet obligatione; vid. latius hæc persequentem Klockium *Tom. I. conf. 35. n. 367. 368. &*
139 *seqq.* Hinc informulis Juramenti Calumniæ generali, & speciali Appellationis, illa clausula inferta legitur: **Solte ich auch in Fortsetzung des** Processus **befinden/ daß die Sache unrecht mäßig sey/ und ich dem Gegentheil dadurch zuviel thue/ und die Hülffe Rechtens verzögere/ will ich davon alsobald abstehen/ und weder selbst noch durch andere/ weiter darinnen**
140 **dienen:** Ingenere attendat etiam dispositionem **der Magdeburgischen neuen Proceß-Ordnung** Cap. 14. §. 12. ubi hæc verba leguntur: **Auch sollen die** Advocaten **die Unterthanen wieder Ihre Obrigkeit nicht auffwiegeln/ oder Ihnen bey denenselben einen ungebührlichen Anhang machen / noch die armen einfältigen Leute unter den Schein des Rechtens zu unnöthigen kostbahren** Processen **verleiten/ oder empfindlicher**

Bestraf-

Bestraffung welche sich nach Beschaffenheit der Sache/ auff eine ansehnliche Geld-Busse/ Suspension und remotion von der Advocatur erstrecken soll/ unfehlbar gewärtig seyn. Hanc 141
pœnam vero effugere poterit Advocatus, qui juxta cautelas traditas in Processu contra Magistratum conscientiose & legaliter procedit.

Circa Juramenta *CLIENTUM* has cautelas observabit Advo- 142
catus, ut ante omnia (1) respiciat ad libellum actoris, an aptus sit, an vero vitio aliquo laboret: quo casu de inepto libello excipiat, Reumque cui juramentum super libello delatum fuit, absolvi petat. Cum enim libellus ineptus in judicio nunquam sustinea- 143
tur, sed a judice vel ex officio, etiam parte non opponente, rejiciendus,& dentibus uti Dd. loquuntur lacerandus sit: Utique super inepto libello delatum juramentum Reus neque acceptare neque referre cogendus erit: *per text. in l si patronus* 16. *ibique gloss. verb. judicio: versic. quia actio male instituitur ff. de jurejurand.* ad 144
quem textum Jason notat, quod Reus non cogatur super inepto libello jurare, quoniam nullus actus decisivus desuper fieri potest, & quoniam juramentum comparatur litis contestationi. *l. nam & postea* § *si quis & l. Tutor ff. de jurejurand.* Sicut igitur per ex- 145
ceptionem ineptitudinis libelli litis contestatio potest recusari, quoniam est exceptio litis finitæ, impediens ejus ingressum & contestationem, sic etiam super tali inepta petitione delatum Juramentum Reus licite recusat, nec jurare vel referre cogitur: Jason *in l. si patronus 16. n. 4. ff. de Jurejurand.* vid. latius hæc deducentem Wesenbecium *p. 6. conf. 289. n. 6. 7. 8. 9. 10. & seqq.* Non 146
minus respiciat (2) Advocatus ad ipsam actionem intentatam & exceptionem propositam, an fundata sit in Jure nec ne, quoniam non cogitur quis juramentum acceptare vel præstare super tali actione vel exceptione, quæ secundum jura non admittitur, & super qua judicium suscipere non tenetur. Brunnem. *conf. 91. n. 7.* (3) Confideret porro Advocatus ipsum negotium sive causam, super 147
qua juramentum defertur, an delationem juramenti admittat, de quibus in sequenti sectione pluribus agemus, quo benevolum Lectorem

148 ctorem remittimus. (4) Reſpiciat Advocatus perſonas, an ipſi ad
juramentum deferendum acceptandum vel referendum habiles
149 ſint de quibus in priori Capite hujus Sectionis egimus. (5) Ex
ploret Ordinationem proceſſus & ſtatuta loci & judicii ubi lis agi-
tur, quoniam hæc ipſa ſtatuta & ordinationes pro variatione loco-
rum quoque variant, & ſingularem ordinationem habent cujus-
que Provinciæ judicia, quæ ſtrictisſime obſervanda, nec advocato
150 facultas erit, eam vel in minimo transgrediendi. Siquidem Jura-
menta ex ordinationibus judiciorum certam formam habent, uti
docuit Weſenbec. *p. 6. conſ. 297. n. 12.* Concatenatus eſt Proceſſus,
hinc ex uno inconvenienti facilis ad nullitatem totius Proceſſus erit,
prolapſus, uti optime judicavit Mevius *ad jus Lubec p. 5. tit. 2. art.*
5. n. 12.

151 (6) Conſideret & bene examinet Advocatus, an juramen-
tum delatum ita comparatum ſit, ut ſit pertinens, & præſtitum re-
152 levet; quoniam juramentum impertinens, & quod præſtitum non
relevat, nunquam præſtandum, ſiquidem juramentum debet eſſe
neceſſarium *per c. etſi Chriſtus de Jurejur.* Henning Gœden. *conſ. 94.*
n. 11. & conſ. 13. *n. 12.* 3. & 4. Weſenbec. *p.* 3. *conſ. 131. n. 127. & p.*
153 *6. c. 297. n. 15.* Nam ſicut nemo ſupervacua probatione vel cau-
154 tione onerandus eſt *arg. l. 14.* §. *1. ut legat. cauſ. cav.* ita nemo te-
merario fruſtraneo ac ſuperfluo Juramento adſtringi debet *arg. l.*
155 *21. Cod. de fide inſtrum.* Weſenbec. *p. 6. conſ.* 289. *n.* 29. Quin po-
tius juramenta ſupervacanea omni modo vitanda. *Idem p. 7.*
conſ. 342. *n. 90.* Carpz. *in Proc. tit. 11. art. I. n. 22. & ſeqq.* Lauterbach.
de juram. judic. n. 85. Mev. *p. 6. dec. 55. n. 7. & dec.* 184. *n.* 2. *p. 7.*
156 *dec.* 31. *n. 45.* Hinc Juramentum fruſtra] defertur ſuper eo, quod
157 probatum non relevat. Brunnem. *conſ. 91. n. 6.* Sicut & fruſtra præ-
ſtatur ſuper pacto, quod paciſcentem non relevat. Brunnem. *conſ.*
158 17. *n.* 21. & *conſ.* 140. *n. 9.* Vanum quoque eſſet juramentum pe-
tere] ſuper re, quæ non ex poteſtate jurantis, ſed ab alio dependet
Richter *p.* 1. *dec. 8. n. 46.* ubi de parentibus agit, ſub quorum pote-
ſtate ſunt liberi. *add.* Setſer *lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 295. & quæ ſupra *p.* 2.
159 *ſect. 2. cap. 3. n. 82. ſeqq.* docuimus. Siquidem omne juramentum

ſemper

ſemper habet reſervatam Superioris autoritatem Phil. Dec. *conſ.* 352. *n.* 8. quippe & Imperator in omni Juramento excipitur, 160
Knipſchild *de Jurib. civitat. Imperial. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 109. *add.* Klock. *p.* 2. *conſ.* 59. *n.* 51. *conſ.* 86. *n.* 21. Quin & ubi argumenta adver- 161
ſarii in continenti dilui poſſunt, juramentum neque deferendum neque præſtandum eſſe docuit Tabor *in Relat. Argent. Relat.* 63. *n.* 9.

Non minus (7) conſideret Advocatus, an deferatur juramen- 162
tum ſuper contractu vel actu illicito, & in jure improbato; quo- 163
niam tale juramentum non eſt ſuſcipiendum, neque præſtandum, neque etiam obligat. Juramentum enim non debet eſſe vincu- 164
lum iniquitatis Phil. Decius *conſ.* 45. *n.* 1. & *conſ.* 181. *n.* 2. Herm. Vultej. *conſ. Marpurg.* 55. *n.* 100. *ſeqq.* Hinc nec (8) juramentum 165
ſuper contractu, qui ob omiſſas ſolennitates, in jure requiſitas, ipſo jure nullus eſt, referendum aut acceptandum eſſe conſtituit Menoch. *Tom.* 4. *conſ.* 388. *n.* 44. Quare cum in cauſa **Graubiſcher** 166
Erben contra **Roßbachen** coheredi actori, qui tempore alienationis domus paternæ, minorennis erat, & absque tutoris autoritate, & decreto Magiſtratus, neque ipſo citato factam alienationem domus impugnabat, a reo ſuper exceptione ratihabitionis alienationis judicialis quantumvis ob debita paterna neceſſariæ, juramentum in proceſſu delatum eſſet, & facultas juridica Jenenſis, per ſententiam ipſi conſorti actoris juramenti præſtationem impoſuiſſet, interpoſita Leuteratione Dni. JCti Wittebergenſes hanc ſententiam reformabant, quæ in Regimine *publ. d.* 23. *May* 1703. in verb. **daß Chriſtian Glaube den über dem 9. 10. 11. und 17. Articul deferirten Eyd abzuſchweren nicht ſchuldig.**

Rationes decidendi erant: **dieweil an dem/ daß über ſolche Din-** 167
ge welche nicht releviren, die Eydes delation keines weges zugelaſſen/ vielmehr vergebene Eyde zu verhüten/ hingegen aus dem von Appellaten ſub L. inducirten Document zu erſehen/ daß Chriſtian Grube zu der Zeit da die bey dem 2. und 4ten gegen beweiß articul inducirten Schreiben de dato d. 13. Septembr. und 18. Octobr. Anno 1685. übergeben worden/ nur 15. Jahr alt geweſen/ und dabey wie Er einen Vormund gehabt/ nicht zu erſehen/ dieſen nach wenn Er gleich damals/ da Salomon beſagtes Schreiben übergeben/ zufrieden geweſen/ und da die an-

gegebenen Umbstände alle wahr sind/ dennoch solcher actus vor null und nichtig zu achten/ ferner ob ermeldter Graube nach ermeldten 8ten Articul bey seiner Schwester-Mann die Mahler-Kunst gelernet/ oder nicht/ wenig oder nichts/ und zwar intuitu der Salomonin zur Sache thun kan/ bey dem auch wenn sie gleich von der subhastation nach Inhalt des 18ten Articuls gewust dieses nicht nachtheilig seyn mag/ indem selbige wenn besagte subhastation beständig seyn soll darzu citiret werden müssen add. *Philippi de Subhast cap. 3. Comm. 4. n. 1. seqq.*

168 Multo magis cautus erit Advocatus, ne nomine Clientis (9)
deferat vel acceptet juramentum, quod est contra bonos mores vel
169 utilitati publicæ repugnat. Quoniam tale juramentum nunquam admittendum in judicio, neque etiam obligatorium est, teste Wesenbec *p. 7. cons.* 319. *n.* 158. Math. Coler. *cons. 60. n. 10.* Herm.
170 Vultei. *cons. Marp. Vol.* 1. *cons.* 34. *n. 84.* Sed præstitum ipso jure
171 nullum est *Id.* Vultei. *cons.* 55. *n.* 101. Et licet secundum jus canonicum magna habeatur ratio juramenti præstiti, nihilominus tamen tale juramentum, contra bonos mores & utilitatem publicam præstitum nunquam valet, neque admitti debet *Id. probat Autor d. cons. n.* 103. *add.* Nicol. Boërius *dec.* 204. *n.* 18. Philipp. Decius *cons.* 432. *n.* 13. *&* 15. Thom. Grammat. *in decis. Neapolit. dec.* 12. *n.*
172 13. Dicitur autem juramentum contra bonos mores, quando ex eo inducitur peccatum, uti docuit *Roland. a Valle Vol.* 1. *cons. 98. n.* 17. *&* 18. *& cons. 98. n.* 15. *Item Vol.* 2. *cons. 70. n.* 16. *& Vol. 4. cons.*
173 28. *n. 7.* ubi de eo casu agit, ubi quis juravit. se non transigere vel-
174 le, & tamen transactionem fecit. Sicut & juramentum, contra ordinationem ecclesiasticam peccans, contra bonos mores atque ipso jure nullum esse, adeoque nec deferri neque acceptari debere, con-
175 suluit Dn. Harprecht. *cons. Tubing. p. 4. cons.* 55. *n.* 330. *seqq.* Ubi de eo casu agit, ubi Parochianus juravit, se non usurum absolutione confessionarii ordinarii: & decidit, quod non obstante hoc juramento Prochianus adigendus sit, ut confessionarii ordinarii officio utatur, allegans simul Carpzovium *Jurisprud. Consist. lib. 2. def. 290. n. 14.*
176 Limitat tamen hanc assertionem Bartolus *in l. siquis pro eo n. 8. & 9. ff. de Fide jusorib.* quod valide passit objici Actori exceptio præstiti juramenti, ubi juramentum hoc præstitum non principaliter, sed

sal-

saltem secundario repugnat publicæ utilitati, adeoque & super tali exceptione juramentrm licite Actori deferri poterit, quod ipsum exemplificat idem Bartolus in fundo dotali mediante juramento a muliere alienato.

Secundum hanc limitationem decidi quoque poterit quæstio: 177
An Advocatus Rei, Actori ad divisionem provocanti, exceptionem jurati pacti, quod non velit ad divisionem provocare, opponere, atque super ea juramentum in casum negationis Actori deferre possit? Quamvis enim plures autores, hanc ipsum exceptionem non 178
admittant, ex ratione, quod tale pactum quamvis juratum, repugnet bono publico, bonisque moribus, cum parere soleat rixas & discordias inter socios, ad quas effugiendas nemo in communione manere tenetur. *per l. cum pater §. dulcissimis ff. de legat. 2. & l. 2. Cod. quando & quib. quarta pars. ibique Dd. add.* Oldradus *cons. 241. n. 2.* Hieron. de Cævallos *lib. 3. Cons. 507. n. 35.* Hippolitus de Marsiliis *sing. 9.*

Rectius tamen & ipsam exceptionem, adeoque & ipsum jura- 179
mentum super ea delatum admittunt probatiores Autores: ex ra- 180
tione generali, quod omne juramentum, quod sine dispendio salutis æternæ servari potest, servandum sit. *per c. cum contingat. de Jurejur. ibique omnes interpretes.* cum perpetua vero communio nul- 181
la lege divina, sed saltem positiva prohibeatur, *in l. hoc Judicium §. si conveniat, ff. commun. divid. & l. ult. Cod. eod.* utique juramentum de super præstitum servari poterit sine dispendio salutis æternæ: præsertim cum communio bonorum ipsi juri naturali conveniat, 182
secundum quod omnia bona erant communia, ad quod jus antiquum per hoc pactum revertimur, & ipsa communio non in se, & ex sua natura, sed saltem per accidens discordias parit. vid. Decium. *cons. 265. n. 2.* & complures Autores coacervantem & allegantem Jacob. Menoch. *p. 17. cons. 609. n. 31. 32. & mult. seqq.*

Non minus Advocatus 10. hanc cautelam adhibeat, ne nomine 183
Clientis vel deferat, vel acceptet juramentum in causa debiti, vel petitæ specificationis & collationis bonorum, ubi neque adversarium aliquid debere, neque clientem ex bonis specificandis aliquid acce-

184 piſſe probari poteſt. Quamvis enim, ubi debitum, quidem certum, quantitas vero debiti incerta eſt, ad juramentum recurri & per hoc quantitas probari poſſit, *per c. litis X. de Jurejur.* Cacheran. *deciſ. 96.*
185 *n. 3.* Secus tamen ſe res habet, ubi plane in quali illiquidum eſt, an debeatur, quoniam in hoc caſu probatione res expedienda erit, per
186 deducta Çothmanni *Conſ. 73. Vol. 2. per tot.* ſic inſpecie de eo caſu, ubi collatio & ſpecificatio bonorum petitur, & petens ſaltem conjicit, reum aliquid accepiſſe, revera tamen neſcit, nihilque probat, aut alioquin de acceptis apparet, conſuluit Mev. *p. 1. dec. 85. n. 3. & 4.* Vid. tamen Dn. Præſes *Tract. de ſucceſſ. Diſſert. 11. c. 5. §. ult. A. L. ult. §. Licentia 10. C. dejur. deliberandi,* & ibi Brunnem. *in Comment.* Delatum
187 einim ſuper inventario juramentum, cum purgatorio non confundendum, hoc indicia requirit gravantia; non illud. vid. Brunnemann. *Comment. Cod. ad & §. Licentia.*

188 Çautelas reliquas, quæ quoad ipſas cauſas, Advocatus circa juramenta obſervare opus habebit, inferius in ſect. III. proferemus,
189 quo benevolum Lectorem remittimus. Circa ipſam delationem juramenti quoad perſonam Advocati illud adhuc disquirere libet. An Advocatus libello ab ipſo nomine clientis concepto, in quo eventualiter delationem juramenti in caſum ſubſecuturæ litis conteſtationis negativæ facta fuit, nomen clientis ſubſcribere poſſit?

190 Nemo certe inficias ibit, & teſtatur etiam praxis judiciorum noſtrorum quotidiana, quod communiter Advocati ſub nomine Clientum, qui etiam literas pingere & nomen ſubſcribere poſſunt, non ſolum libellos, ſed etiam plura ſcripta, in quibus ſimul juramentum parti adverſæ defertur, vel etiam delatum ab adverſa parte accaptatur, concipiant, & Clientum nomine vel ipſi ſubſcribant, vel etiam per amanuenſes ſubſcribi faciant, & deinde in judicio exhibeant; non im-
191 merito ergo de hoc caſu quæritur an talis delatio juramenti vel etiam oblatio ad juramentum inpoſitione, **in einen Satz oder** Product, vel ſcriptura alia ab ipſo Advocato ſaltem, vel amanuenſi ejus, nomine Clientis ſubſcripta, valide fieri, & ſi facta, atque Judici obla-
192 ta, pro legitime facta haberi poſſit? Pro affirmativa facere videtur, quod Advocatus ex præſumto mandato & voluntate clientis agere

videa-

videatur, & in clientis ſui utilitate promovenda eandem diligentiam
adhibere teneatur, ac in propria *arg. leg. Procurator ff. de Procurat. &*
leg. vero ff. de ſolution. Unde vitio ipſi Advocato neutiquam ver- 193
tendum eſſe, ſi clientis utilitatem obſervans, in eo caſu ubi Clientem
aliis probationibus deſtitutum eſſe videt, juramentum adverſæ parti
defert, vel ubi a Judice, Clienti per ſententiam, juramenti præſtatio
impoſita fuit, ad ejus præſtationem ſe offert & epiſtolam oblationis:
Das Oblation-Schreiben ſub nomine clientis concipit atque ſub-
ſcribit, eamque judici offert, non ſecus ac in Leuteratione atque 194
appellatione, quam Advocatus ſub nomine clientis ſubſcriptam of-
ferre poterit, per ea quæ habet Carpz. *in Proc. tit. 5. art. 1. n. 65. &*
ſeqq. Mev. *p.* I. *dec.* 21. Brunnem. *ad leg. 4. ff. de Appellat. n.* 16. & 195
concludunt Dd. quod Judex talem Leuterationem vel Apbellatio-
nem Advocati, qui meliorem conditionem clientis facere vult, ad-
mittere teneatur Carpz. *lib. 3. Reſp. 6. n. 27. & 28. & in Proc. tit.* 17. *art.*
2. n. 7. & ſeqq. Nicolai *in proc. p.* I. *cap. 68. n.* 3. At quia quilibet 196
Juris peritus facile concedet, inter Leuterationem vel Appellatio-
nem, atque ipſa juramenta, eorumque delationem vel acceptatio-
nem maximam differentiam eſſe, ſiquidem ad Leuterationem vel 197
Appellationem etiam mandatum generale ſufficere concedunt,
Math. Berlich. *p.* I. *concl.* 49. *n. 8.* Carpz. *lib. 3. Reſp. 6. n.* 36. *& ſeqq. &*
in Proc. tit. 5. art. I. *n. 64. ſeqq.* quod ipſum tamen circa Juramenta, 198
eorumque delationem acceptationem atque oblationem non ad-
mittunt, ſed ſpeciale mandatum requirunt, cum juramentum ſit 199
perſonaliſſimum, quin & actus ſumme præjudicialis *c. veritatis* 14. 200
ibique Hoſtienſis *X. de Jurejur.* & actus præjudicialis ſpeciale man-
datum requirens non præſumatur ex mandato alterius factus, niſi in-
ſpecie probetur, quia eſt facti, vid. latius Barboſa *lib. 2. cap.* 10. *ax. 4.* 201
uti mox inſequentibus *ſub tit. de Procuratore* latius oſtendemus, non
poſſumus non negativam amplecti, quod ſcilicet Advocatus hoc in
caſu tuto non in procedat, ſed ſemper habeat, quod metuat, ut a
parte adverſa de delatione vel etiam de acceptatione & oblatione
ad juramentum, ab ipſo illegitime facta, in judicio poſtmodum ex-
cipiatur, & Cliens damnum incurrat.

202 Et quamvis lubenter circa ipſam delationem admittamus, quod cliens in termino præfixo, ſubſcriptionem Advocati ratificate, atque Advocatus etiam delationem juramenti in ipſius Cllientis præſentia in Judicio reiterate poſſit, quo caſu non ad priorem delationem ab Advocato inſcriptis, ſed ad poſteriorem, in Judicio, præſente & conſentiente Cliente factam, reſpiciendum, juxta ea, quæ ſuperius *p.* 2. *Sect.* 2. *cap.* 3. *n.* 150. *& ſeqq.* de delatione Juramenti, a mu-
203 liere, in præſentia Curatoris in Judicio reiterata docuimus. Verendum tamen, ne adverſarius defectum hunc advertens, cautela hac utatur, & reiterationem vel ratificationem Actoris præveniat, ante terminum præfixum, litis conteſtationem ad libellum Actoris oblatum, ipſi communicatum in ſcriptis factam, judici offerendo, & ſimul de il legitima delatione juramenti per Advocatum ſolum
204 facta, excipiendo, quales reſponſiones reorum, in ſcriptis factæ, tota die in judiciis admittuntur, atque Actori ad replicandum com-
205 municantur. Cum igitur hoc in caſu partes in perſona in judicio non compareant, Actor quoque delationem, juramenti reiterare impeditur: in Replica vero demum, juramentum deferre, vel antea ipſius nomine ab Advocato delatum Cliens, ratificare non poterit, quoniam ſecundum ordinationem noſtrorum judiciorum, delatio ju-
206 ramenti ante litem conteſtatam ſub præjudicio expedienda, & ex conceſſione omnium Practicorum, ratificatio actus alicujus, re non am-
207 plius integra, non admittitur; res autem tunc deſinit eſſe integra;
208 ubi pars adverſa jamdum de defectu excepit; quoniam per hanc ipſam exceptionem parti adverſæ jus acquiritur, quod ratificatio ſubſequens excludere non poterit, ſed pro intempeſtiva habetur, *per l.* 13. *ff. ſolut. matrim. & l.* 12. §. 2. *ff. rem natam hab. vid.* Beatus D. He-
209 rold *in tract. de Jure Ratificationis cap.* 4. §. 7. *n.* 29. perdet ergo ſecundum jus ſtrictum cliens beneficium extraordinariæ probationis, quam per juramenti delationem breviter perficere poterat, & onus difficillimum probationis ordinariæ ſubire neceſſe habebit; ſepius etiam cum diſpendio totius cauſæ, cum ordinaria probatio ipſi defecerit.

110 Sic etiam circa acceptationem & oblationem juramenti ab Advoca-

vocato ſub nomine Clientis factam, certisſimum periculum immi-
nebit, ne pars adverſa ubi deprehendit, epiſtolam vel ſcripturam, in
qua nomine Clientis Advocatus juramentum delatum,& a Iudice im-
poſitum,acceptavit & ad ejus præſtationem,ſuppoſito nomine Clien-
tis ſeſe obtulit,atq; terminũ præſtationi juramenti petiit,ob defectum
mandati excipiat, atque ubi incontinenti Advocatus probare non
poterit, acceptationem atque oblationem ex mandato & voluntate
Clientis factam eſſe, ſecundum rigorem juris, ſententiam malam, in
qua juramentum pro deſerto pronunciatur, audiat. Quamvis enim 211
hoc in caſu Cliens & Advocatus in judicio aſſerant, acceptationem
& oblationem ex conſenſu & mandato Clientis factam eſſe, non ta-
men in cauſa propria teſtes idonei erunt, ſed probationem
aſſerti mandati & conſenſus, quoniam in facto conſiſtit, ſub-
ire opus ipſis erit: Etſi etiam ipſe Cliens in termino præſta- 212
tioni juramenti præfixo, ſe judicialiter declarare velit, quod 213
acceptationem & oblationem ad juramentum, ipſius nomi-
ne ab Advocato factam, ratum habere velit, nihil tamen efficiet:
nam acceptatio & oblatio ad juramentum in foro Saxonico & Mag- 214
deburgico ad certum terminum præcluſivum adſtrictæ ſunt; elapſo
igitur hoc fatali, ratificatio non admittitur,ſed nimis ſera eſt, uti in-
ſimili caſu de ratificatione Leuterationis intra decendium ex die
publicatæ ſententiæ computandum docuit Carpz. *p.1. conſt. 19. def.6.* 215
n.4. & in Proc. tit.17. art.2. n.20. & 21. Mev. *p.4. dec.377.* Siquidem
in genere,pro regula Judicis tenendum, ratificationem fieri debere
intra tempus,intra,quod ipſe Actus ratificandus,ſecundum diſpoſitio-
nem legis,fieri potuit: elapſo vero hoc tempore,nihil proficere. *per*
text. in l. pen. ff. rem ratam haberi ibique Dd. add. Card. Tuſchus *tit. R.* 216
concl. pract. 21. n.10.11. ſeqq. usque ad num. 23. Cautelam ergo hanc
adhibebit Advocatus, ut vel ipſum libellum Actionis, cum eventuali
juramenti delatione, vel etiam epiſtolam oblationis & acceptionis
juramenti abipſo Cliente ſubſcribi faciat; vel ab hoc ſtatim in prin-
cipio litis Mandatum tale expoſcat, in quo poteſtas deferendi, acce-
ptandi vel referendi juramenta ipſi conceditur, hocque mandatum
in Judicio ſimul cum oblato libello,aut epiſtola oblationis,exhibeat,
inſuper quoque libellum delationis juramenti tanquam mandata-

217 rius ſubſcribat. Quo ſpectat diſpoſitio **der Magdeburg. Proceß-Ordnung** cap.12.§.1. **Ein jeder Kläger oder beklagter/** litis denunciat **oder** Intervenient, **wenn er gleich ſeine rechtliche Nothdurfft ſelbſt vor und einbringen will/ſoll ſchuldig ſeyn/alſobald bey Ubergebung der Klage/oder des erſten Einbringens des Beklagten/** Intervenien**ten oder** litis denuncia**ten/ einen gewiſſen/zu Halle wohnhafftigen Anwald und** Mandatarium ad Acta **gebührlich zu beſtellen/denen die Cantzley Verordnungen zur Ablöſung zugebracht/oder** inſinui**ret werden können.**

218 At quomodo ſibi & Clienti proſpiciet Advocatus, eo in caſu, ubi Cliens literarum plane expers eſt, ita ut nec nomen ſuum pingere, adeoque nec ipſum libellum ſupplicem, neque mandatum ſub-
219 ſcribere poſſit? Circa hanc quæſtionem occurrunt duo caſus, unus quo Cliens omnino literarum expers eſt, ut plane literas pingere non poſſit, nominis vel cognominis: alter, ubi quidem Cliens literas componere neſcit, **er kan ſeinen Namen nicht ſchreiben/in-**
220 ſuper tamen literas initiales ex uſu pingere didicit. De poſteriori caſu putare quis poſſet, ſufficere, ſi per literas initiales, talis nomen
221 & cognomen exprimat. At quamvis arbitrio judicis hoc in caſu multum tribuendum eſſe non negemus, qui conſiderare poterit, an ſubſcribens alias ſub tali modo ſubſcribendi literas initiales, communiter contrahere ſolitus ſit, ita ut nulla probabilis dubitatio de ejus
222 voluntate & conſenſu, vel etiam ſuſpicio doli oriri poſſit. Nihilominus tamen rem accuratius trutinando, talem picturam literarum initialium pro ſcriptura vel ſubſcriptione admittere non poſſumus.
223 Scribere enim non ſolas notas pingere ſignificat, ſed per literarum conſequentiam, *juxta Auth. quod ſine ſubſcriptione C. de Teſtam. &*
24 *Nov.* 107. *cap.* I. nam ut Dn. Præſes *in diſſertatione de Jure Analphabytων habita Francofurti ad Oderam anno* 1677. *cap.* 4. §. 16. optime docuit, ſenſa ſua quisque ſcribentium exprimere debet, quo legi poſſit, quod ſcribens indicare voluit, ſiquidem ſcribere indigitat, figurare literas, easdemque ad ſignificanda animi ſenſa conjungere poſſe *per l.* 93. §. 1. *ff. de acquir. vel amitt. hered. l.* 10. *C. qui teſtam. fac*
25 *poſſ. & l.* 21. *C. de Teſtam.* Sane ſi eos pro ſcriben tibus & ſubſcri

ben

bentibus æſtimaremus (*verba ſunt Dn. Præſidis in d. l.*) qui primis ſaltem literis ſcribere & nomina ſua ſubſcribere norunt, quot quæſo deceptiones quotidie frequentes videremus? quomodo aſtutas 226
machinationes, objeculi malitiam, evitare poſſemus, inprimis, cum circa imitationem unius atque alterius literulæ faciles ſimus. *vid.* Zubrodt *in tract. de comparatione literarum cap. 8. §. 1. & ſeqq.* ubi exempla admiratione digna alienas manus imitantium recenſet. Quapropter minime tales ſubſcriptiones probamus, niſi eas 227
in duorum aut trium teſtium præſentia appoſitas fuiſſe conſtet.

At nonne hac Cautela uti poterit Advocatus, ut Clientis ſigillum loco ſubſcriptionis apponat? Notum quidem eſt, quod ſigillum vim ſubſcriptionis habeat, uti oſtendit Aym. Cravetta *de antiquitatib. tempor. Rubrica revocare conſilium n. 44.* Menoch. *arbitr. Jud. quæſt. lib. 2. cent. 2. caſ. 113. n. 110. & lib. 2. præſumt. cap. 57. n. 3.* Klock. *vol. 2. conſ. 40. n. 153. & ſeqq.* Carpzov. *in tract. de Pacto confraternit. cap. 2. n. 148.* ideoque etiam de Jure com- 228 229 230
muni ſubſiſtere mandatum ſub ſolo mandantis ſigillo, exiſtimat. Mevius *p. 2. deciſ. 60. per tot.* & ſolam ſigilli privati appoſitionem 231
ſufficere in eo caſu, quando ſigillans neſcit ſcribere conſuluit Fab. Anna *conſ. 38. n. 66.* Solam tamen ſigilli appoſitionem ſufficere non 232
putamus, niſi de voluntate ſigillum apponentis Judici conſtiterit. Siquidem nuda ſigilli appoſitio per ſe nihil probat, uti docuit *Idem* Menoch. *de arbitr. Jud. quæſt. n. 1. & ſeqq.* Sed eſt abuſiva 233 234
& mortua repræſentatio, & plerumque fallax & incerta; cum ſigillum etiam alienum ſubreptum, & absque ejus conſenſu & voluntate poſſet eſſe appoſitum, uti bene advertit Matth. Coler *de Proc. Execut. p. 3. cap. 1. n. 94. & 95.* Berlich. *p. 1. dec. 54. n. 8. ſeqq.* Brunneman. *conſ. 79. n. 7. & conſ. 90. n. 4.* Quare hoc in caſu pro- 235
ducens ſigillatam ſcripturam, opus habebit probare per teſtes, qui deponant, ſe vidiſſe, quod Analphabytæ Scripturam, in qua delatio vel oblatio ad Juramentum facta, prælecta ab ipſo approbata, & denique ſigillata fuerit: per ea quæ docuit Philipp. Franc. *in cap. ſignificavit X. de Appellat.* Cravetta *de antiquit. tempor. §. quæritur n. 44. & noviſſime* Theodorus Höpping. *de Jure Sigillorum cap. 10.*

n. 56. 57. & 58. & cap. II. *n. 25.* Dn. Præſes *in dicta diſput. cap. 4. n.* 19.

236 Ex quibus ſatis eluceſcit, cautelam hanc, quæ per ſolam ſigilli appoſitionem eruitur, majora incommoda ſecum trahere, adeoq; 237 indiſtincte admittendam non eſſe; quare ſvademus, ut Advocatus Analphabytæ his cautelis utatur, ut vel (1) de certo & ſpeciali mandato ſibi proſpiciat, quod analphabyta ipſi vel in Judicio litis, vel coram Notario Publico ad hoc requiſito dare poterit, ita ut Notarius nomine mandantis ſubſcribat, mandatum, & ſimul teſtetur de voluntate mandantis per inſtrumentum publicum in præſentia duorum teſtium confectum, & ab iis omnibus ſubſcriptum. 238 Vel (2) ipſe Advocatus, ubi epiſtolam delationis oblationis vel relationis juramenti in judicio exhibet, ſimul Clientem ſiſtat, eumque intra fatale præfixum, ad Acta coram Actuario Judicii teſtari curet, hanc ipſam epiſtolam ex ipſius mandato & voluntate fuiſſe ſcriptam & ſubſcriptam, quo caſu Actuarius Judicii, per hanc regiſtraturam deſuper confectam, omnem dubitationem & diſputa- 239 tionem tollit. Hanc quoque Cautelam obſervet (3) Advocatus, ne ullum juramentum acceptet, priusquam Judex ſuper delato ju- 240 ramento pronunciaverit, an præſtandum ſit, nec ne; multo minus ergo permittat, ut ſua ſponte Cliens ad juramentum ſe offerat; 241 quoniam indicium ſuſpecti & levis animi eſt, ubi ad jurandum aliquis tam facilem ſe præbet, & absque urgente neceſſitate feſti- 242 nat: peſſimus ſane hic mos litigantium ſæpius in judiciis conſpicitur, quo litigantes in altercationes & convicia, non attenta judicii ſanctitate, ira conciti, prorumpunt, & mox ad jurandum ſe offe- 243 rant; prudens & Chriſtianus Advocatus hic vel maxime cavebit, ne Cliens ipſius, cœco quaſi impetu, agat, ſed demum delatio- 244 nem partis adverſæ & impoſitionem Judicis exſpectet: ſiquidem juramentum ejus, qui nemine deferente, vel Judice non appro- 245 bante juravit, Prætor non attendit: Quoniam talis ſibi jurat non Judici, alioquin quisquis facillimo negocio ad juramentum decur- 246 reret, uti bene judicavit Tabor *in Relat. Argent. Relat. 155. in fin.* & qui ſeipſum, non exſpectata Judicis ſententia ad jurandum offert,

ſuſpe-

ſuſpectus, adeoque ad hoc non admittendus eſt, Mev. *ad Jus Lubec. part. 5. tit. 7. art.* I. *n.* 2. *&* 3. quoniam nunquam ad juramen- 247
tum temere tranſiliendum eſt. Herm. Vultej. *Conſ. Marpurg. 28. n. 79.*

Ipſi mihi occurrebat ante annum fere caſus, in Praxi, ubi 248
actrix **Catharina Rammelin**/ contra imprægnatorem **Chriſtoph Kinden**/ juvenem ruſticum, coram Regimine & Conſiſtorio Ducatus Magdeburgici actionem ad conſummationem matrimonii intentabat, cumque præter imprægnationem, quam reus confeſſus erat, plures præſumtiones & circumſtantias adminiculantes in Actis adduxerat & judicio probaverat, per ſententiam ad juramentum ſuppletorium Actricem admittendam eſſe pronunciatum fuerat; Reus male ſibi conſcius refragabatur, ne Actrix ad juramentum hoc ſuppletorium admitteretur, & Leuterationem contra ſententiam interponebat: improba ſimul hac cautela, ad præcavendum Actricis juramentum impoſitum, utebatur; ut pater ipſius, qui propter defectum conſenſus conſummationem matrimonii impedire ſatagebat, filium Reum, tanquam teſtem coram Notario & teſtibus, formale juramentum purgatorium præſtare faceret, ſe nempe Actrici matrimonium non promiſiſſe. Hunc rotulum, quaſi rem bene geſtam, Reus in Leuteratione, cum Replica producebat, firmiter perſvaſus, ſe per hoc ipſum juramentum ſponta- 249
neum effecturum, ut pura abſolutoria vel ſaltem reformatoria ſententia ſubſequatur. At cum prohibita illa colluſio patris & filii reverendiſſimo judicio ex Actis detegeretur, non ſolum omnem effectum præſtito temerario juramento detrahebat, ſed etiam ex juſtiſſima indignatione Advocato Fiſci, per commiſſoriale Reſcriptum mandabat, ut ab ipſo, tam contra Patrem & filium, quam etiam contra Notarium præſtationi juramenti adhibitum, inquiſitio publica inſtitueretur, ſimulque pœna condigna infligeretur: qua inquiſitione inſtituta tam Pater quam filius reſipiſcebant, atque coram illuſtri judicio publice deprecabantur, ſe magis ex imperitia ruſtica, quam dolo, talia perpetraſſe, ſimulque filius ex conſenſu Patris ſe ad conſummandum matrimonium offerrebat, ubi ob honorem ſubſecuti matrimonii gratiam fecit ipſis judicium, injuncta

tamen ipsis pœnitentia Ecclesiastica publica, simulque rescripto ad Pastorem loci desuper emisso, ut ipse pœnitentes ex officio de peccati hujus gravitate admoneret, simulque publice pro concione
250 Parochianos adhortaretur, quo ex horum periculo, cautius mercari atque ab omni improvido juramento abstinere discant. Justissimum sane hoc judicium dixeris, siquidem secundum jura nullum juramentum in alterius præjudicium recipiendum est, nisi causa prius satis cognita, a judice impositum fuerit per deducta Mevii *p. 2. dec. 154 n. 9.*

251 Quod si vero juramentum a judice parti alicui impositum fuerit, Advocatus hanc Cautelam adhibeat, ut Clienti factum, super quo jurandum, cum omnibus circumstantiis diligenter proponat, & fideliter exponat, quo conscientiam & scientiam Clientis antea accurate explorare possit, antequam juramentum susci-
252 piat. Siquidem ad juramentum veritatis ante omnia in jurante requiritur certitudo, seu certa & apodictica scientia negocii, super
253 quo jurandum est; certus enim esse debet jurans de facto in tantum, ut non sufficiat notitia aliqua generalis, forte per confessionem aut relationem alterius facta, uti consuluit Roland. a Valle *Vol.*
254 *3. cons. 52. n. 4. 5. & 8.* is enim jurare debet, qui scit veritatem. Matth.
255 de Afflict. *decis. Neap.* 169. *n.* 3. adeoque ad juramentum non erit deveniendum, nisi re satis explorata, uti bene monuit Wesen-
256 bec. *p. 3. Cons.* 131. *n.* 41. cum enim omne juramentum tres debeat habere Comites, nempe Veritatem, Justitiam & Judicium *c. jurabunt* 22. *qu.* 1. ibique Dd. Roland. a Valle *cons. 7. n. 48.* Casp. Klock.
257 *Tom. I. cons.* 35. *n.* 364. *seqq.* quod pulchre explicavit Covarruvias *in 4. Decret. §. 6. prima parte n. 4.* nempe Veritatem debet habere juramentum, in re, in tempore, in affectione, in credulitate si-
258 ve conscientia: Judicium debet habere, ut scilicet præstetur ab eo, qui non caret consensu, voluntate deliberata, intelligente
259 animo & judicio perfecto. Justitiam vero debet habere, ut negocium super quo jurandum, conveniat justitiæ divinæ & naturali,
260 insuper publicæ honestati & justitiæ positivæ conforme sit: nemo vero inficias ibit, ignorantiam & errorem, intellectui & voluntati,

ti, vel maxime obesse, eique glaucoma objicere juxta *l.* 116. §. 2. *de*
Reg. Jur. adeoque errantis nullum esse consensum, uti deciditur in 261
leg. si per errorem 15. *ff. de Jurisd.* sive circa personam sive circa rem 262
ipsam committatur. *vid.* D. Struvius *Moderator Studiorum meorum*
Jenensium olim fidelissimus in cinere adhuc devote colendus, in Syn-
tagm. Jur. Civ. Exerc. 23. *thes.* 8. *&* 9. Sequitur ergo, quod jura- 263
mentum tale, ab errante præstitum, nihil possit operari, uti con-
suluit Roland a Valle *Vol.* 2. *cons.* 7. *n.* 61. præsertim non specificatis 264
specificandis Herm. Vultej. *cons. Marpurg.* 47. *n.* 100. & inconsul- 265
tum atque temerarium juramentum non obligare jurantem, patet
ex c. cum quidam 12. *& c. sicut de Jurejurand. & quæ ad illa scripsit*
Cujacius *& novissime* Casp. Klock. *Vol.* 2. *cons.* 78. *n.* 15. neque ex- 266
tendi ad ignorata & incogitata: uti consuluit Matth. Wesenb. *p.* 6.
cons. 262. *n.* 14.

Cautela pro Advocato erit, ut observet fatale, in quo jura- 267
menta, secundum ordinationem cujusque judicii acceptandum
vel referendum est; & terminum præstationi præfigi petat, de qui-
bus infra *in Sect.* 4. latius agemus. Sic & juramentum calumniæ 268
speciale, quod vulgo **der Eyd vor Gefährde** vocatur, a deferen-
te, prius præstari atque ad hoc præstandum deferentem citari de-
bere postulet; Si modo deferens ad hoc præstandum obligatus sit. 269
De qua materia inferius in dicta *Sectione* 4. *sub titulo Juramenti ca-*
lumniæ plura proferemus.

Non minus tam ante terminum præstationi juramenti præfi- 270
xum, quam etiam in hoc ipso termino, officium veri sacerdotis
justitiæ assumat Advocatus, Clientem de vitando perjurio fideliter
admonendo & utpotius Cliens jure suo cedat, quam juramen-
tum præstet, si vel in minimo puncto conscientiam offendere de-
prehenderit; Hoc enim casu Advocatus conscientiæ propriæ & 271
Clientis melius consulit, animam, Christi salvatoris sanguine re-
demptam, conservando ab interitu, quam illi qui absque omni
consideratione Clientem ad juramenta cœco impetu progredi
permittunt; Dummodo forte ad quæstiones præjudiciales (1) **habt**
ihr Geld (2) **könt ihr schweren** (3) **könt ihr auch aushalten**

ipsis

272 ipſis tam verbis quam facto reſpondere poterint. Quibus ſi cliens etiam depravatæ vitæ & famæ ſe ſatis facturum promittunt, absque omni conſideratione, quoad gehennam ædificant & in atrociſſimis delictis, & cauſis manifeſta injuſtitiæ labe infectis, patrocinium
273 promittunt. a quibus malis impoſtoribus omnes Respublicas Chriſtianas liberare velit ipſe juſti & injuſti vindex, DEUS Ter Optimus Maximus! cum quo pio voto doctrinam noſtram de Advocati cautelis claudimus; reliquas cautelas Sectioni IV. reſervantes.

274 Ordine nunc progrodimur ad PROCURATORES & MANDATARIOS, paucisſimis abſoluturi, quæ Cautelæ ab his circa
275 juramenta obſervandæ ſint. Eſt vero Procurator definiente *Ulpiano in l. 1. ff. de de Procurat.* perſona talis, quæ aliena negocia
276 mandato Domini adminiſtrat, quæ adminiſtratio vel extra judicium
277 reſpicitur, vel ad ipſum judicium Procuratori mandata fuit. Perſonis autem aliena negocia gerentibus interdictam eſſe delationem
278 juramenti, patet *ex l. 18. ff. de Jurejur.* Cum vero ratione objecti Procurator & Mandatarius vel *GENERALIS* ſit. h. e. qui generale mandatum habet ad omnes cauſas ſeu proceſſus, omniaque
279 negocia gerenda in Judicio *per l. 60. ff. de Procurat.* vel *SPECIALIS*, qui ſaltem ad certam cauſam, & certos Judicii actus expediendos conſtituitur *per l.* 16. *Cod. de Procurat. l.* 1. §. 1. *& l.* 39. §. *ult. ff.*
280 *eod.* Procuratore generali ad agendum vel defendendum in judicio conſtituto obſervanda erit hæc Cautela, quod a delatione acceptatione & relatione juramenti penitus abſtinere debeat, quoniam poteſtas hæc ipſi in jure interdicitur *per l. 60. ff. de Procurat.*
281 *& l.* 18. *ff. de Jurejur.* in qua lege ratio prohibitionis ſimul adducitur hæc, ne Reus, qui ſemel juravit, poſtea a Domino conveniatur, nec multum ei proficere, ſi fuerit ei de rato cautum. Sive enim Dominus petat, cogetur docere Reus, ſe liquido juraſſe, poſita ſcilicet exceptione, ſive exſtipulatione de rato agat, neceſſe
282 habet ipſe, de per jurio ſuo docere. Caſus legis hic eſt: Cajus procurator generalis Seji agit contra Titium, debitorem Seji, forte ex defectu Chirographi, ſuper debito juramentum detulit, præſtita Cautione, Dominum rati habiturum ipſius geſta. Titius debitor

jura-

juramentum delatum acceptavit & præſtitit, liberationem ſibi exinde ſecuturam perſuaſus. At poſtea Sejus, qui Procuratorem conſtituerat, ipſe agit contra Titium debitorem, ad exſolvendum debitum: Titius vero excipit de juramento, ex delatione Procuratoris Seji præſtito: quæritur ergo an Titius hac ipſa exceptione contra Dominum uti poſſit, ut hujus actio elidatur? Reſpondet Ulpianus, debitorem cogi debere ad ſolutionem Domino præſtandam, aut probandum, ſe liquido (id eſt veritatem & quod revera nihil debeat,) juraſſe, ita verbum LIQVIDO explicat Duarenus *lib. 2. diſp. 2.* & cum eo Godofred. *in notis ad h. l. ſub n.* 13. Quod ſi vero hoc pro- 283
bare non poſſit, ſcil. ſi Dominus per Syngrapham ipſum debitorem convincat, omnino ſolvere Domino opus habebit: Et quam- 284
vis facta ſolutione contra Procuratorem ex ſtipulatione cautionis rati ab ipſo facta agere velit, nihil efficiet, quam ut propriam turpitudinem alleget, & ſeipſum perjurium commiſiſſe, publice profiteatur, dum juravit, ſe nihil debere, cum tamen poſtea de debito per ipſum Creditorem convictus fuerit. Caveat ergo talis 285
Procurator vel mandatarius generalis ad agendum vel defendendum conſtitutus, a delatione juramenti in cauſa Domini conſtituentis. Caveat etiam adverſarius ne tale juramentum accipiat aut 286
præſtet. Siquidem Edictum prohibitorium de procuratoribus ad- 287
eſt *in l. mutus 43. ff. de Procur.* & cum per acceptationem vel de- 288
lationem juramenti ipſi Domino maximum præjudicium accreſcere poſſet communis Doctorum ſententia eſt, quod ad eas non ſufficiat generale aliquod mandatum ad agendum, excipiendum reſpondendum, probationem ſuſcipiendam, & concludendum 289
in cauſa datum, ſed inſuper mandatarius opus habebit, ut in mandato ipſi dato expreſſe & in ſpecie legatur, conceſſam ipſi eſſe poteſtatem deferendi, acceptandi, & referendi juramenta, a conſtituente ſeu mandante *per l. jusjurandum 17. §. procurator 3. ibique* Brunnem. *n. 6. ff. de Jurejur.* Quam ſententiam in Camera Impe- 290
riali receptam eſſe teſtatur Mynſinger *cent. 4. obſ. 99.* & de fori Saxo- 291
nici obſervantia Carpzov. *in Jurisprud. forenſ. p. 1. conſt. 17. def. 12. & lib. 3. Reſp. 11. n. 4. item in Proceſſu tit. 5. art. 1. n. 47.* Fiebig. *in*

Proc. p. 1. cap. 2. membr. 3. §. 6. reg. 6. Struv. *Synt. Jur. Civ. Exerc. 7. th. 24. & in Commentario ad* Antonii Matthæi *tract. de Judiciis cap. 10.*
292 *th.* 43. Dn. Præſes *in introductione ad Praxin. cap. 10. §. 3.* ubi in fine hanc Cautelam pro mandatario generali tradit, ut in mandato conſcribendo vel concipiendo ſimul actus ſpeciale mandatum requirentes in ſpecie exprimat, ſubjecta clauſula generali; quoniam tunc mandatum generale quoad actus expreſſos ſimul mandato ſpe-
293 ciali æquipollet. Quæ Cautela in foro noſtro Magdeburgico practicatur; Siquidem in formula mandati procuratorii, quæ omnibus litigantibus eorumque Advocatis pro norma & forma concipiendorum mandatorum præciſe obſervanda præſcribitur, & habetur **in der neuen Proceß Ordnung** *cap. 12. §. 8.* ubi hæc verba ſimul leguntur: Juramenta deferi**ren und** referi**ren / auch)** accepti**ren und** præſti**ren** &c. quod hæc mandato generali ſimul
294 inſeri debeant. Poterit itaque mandatarius tali mandato inſtructus absque omni hæſitatione aut periculo juramenta deferre, referre & acceptare.

295 Verum quid ſentiendum de Procuratore omnium bonorum & qui in rem ſuam datus eſt? de his adhuc quæritur an juramen-
296 ta deferre poſſint? Affirmativam haud abs re amplectimur; Siquidem Procurator omnium bonorum, præſertim cujus mandato clauſula cum libera poteſtate agendi omnia illa, quæ ipſe Dominus conſtituens, ſi præſens eſſet, agere poſſet & vellet, liberam bonorum mandantis adminiſtrationem habet, ita ut judicium ſuſcipere, paciſci, tranſigere, ſolvere & ſolutionem accipere poſſit, utique ipſi etiam poteſtas deferendi juramenta competet, per ea quæ ſuperius *in hac parte II. Sect. 2. cap. 3. ſub n. 249. & 250.* docuimus.
297 Procurator vero in rem ſuam, ſiquidem negocia aliena in commodum proprium ex mandato Domini gerit *per l. 33. in fin. l. 34. & l. 42. ff. de Procurat.* multo magis ad hanc delationem jura-
298 menti admittendus erit; cum nemo propria commoda negligere
299 cenſeatur, Et quamvis damnum per delationem incurrat, hoc ipſum
300 tamen cum culpa ſua ipſi accidat, ſentire non videatur. Hinc in jure talibus Procuratoribus poteſtas hæc conceſſa legitur *in l. 17. §. 3. ff. de*

ff. de Jurejur. & ad eam Brunneman. *n. 5. item in l. 18. ff. eod.* Et quod hæc ſententia in Praxi recepta ſit, teſtatur Anton. 301
Faber *in Cod. lib. 4. tit. I. def.* 38. *n.* I. Setſer *de Juramentis lib. 4. cap. 2. n.* 33. *&* 35. Lauterbach. *in diſſert. Acad. de Relatione Juramenti th.* 30. *n.* 3. Carpz. *p. 1. conſt. 12. def. 38. n. 3. & lib.* 3. *Reſp. 40. n. 15. & 20. noviſſime etiam*, illuſtr. Dn. Born. *ad univ. Jus Judic. th. 57. lit. a.* 302
quamvis quoad Procuratorem omnium bonorum contrarium doceat Ummius *ad Proc. diſp. 14. n. 11.*

Circa ipſam præſtationem juramenti tenendum, quod de Jure Ci- 303
vili communi quodlibet juramentū per Procuratorem præſtari potuerit, dummodo Procurator hanc cautionem adhibeat, ut de ſpeciali mandato, ad præſtationem juramenti expreſſe a conſtituente ſibi da- 304
to, Judicem certiorem faciat, quo caſu Procurator in animam Domini jurat *per text. in l. poſteaquam 9. §. Jusjurandum 6. in verb. etſi datus ad petendum Procurator Reo deferente juraverit, dare mihi oportere ff. de Jurejurand. l. ult. §. 7. in verb. defenſor abſentis vel præſentis juravit ff. eod. l. 7. & l.* 13. *§. ſi alieno ff. de damno infecto c. fin. de juram. calumn. in 6. c. qui ad agendum de* Procurat. *in 6.* Brunneman. *ad l.* 34. *ff. de Jurejur.* Setſer. *de Juram. l. 1. cap. 14. per tot.* Mev. *p. 4. dec. 67. n. 10. p. 7. dec.* 382. *&* 383. Rationes ſubmini- 305
ſtrant Dd. has (1) quod unicuique per leges conceſſum ſit, ut poſſit per Procuratorem in Judicio comparere, neque opus habeat perſonali præſentia; niſi in cauſis maleficii & matrimonialibus, ubi delinquentes & perſonæ deſponſatæ aut conjugatæ in propria perſona comparere tenentur *per l. fin. C. de Procurat.* Joachim. Beuſt. *in tract. de connub. p.* 1. *q.* 22. Carpz. *Jurisprud. Eccleſiaſt. lib.* 3. *tit.* 3. *def.* 31. *n.* 6. 7. *& ſeqq.* (2) quod ſecundum regulam ge- 306
neralem & vulgatiſſimam omnes actus civiles per Procuratorem expediri poſſint ſecundum *l. fin. C. de Procurat.* unde quod quis per procuratorem fecit, per ſeipſum feciſſe putandus erit *per l. 1. §. dejeciſſe ff. de vi & vi arm. c. quod quis per alium de R. I. in 6.* & quod per hunc ipſum actum præſtationis juramenti a Procuratore 307
facta Dominus litis efficiatur, vel ſaltem eadem perſona cum Domino eſſe intelligatur. *per l. ſi procurator* 11. *& gloſſ. ad verb. admi-*

308 *ſit ff. de dol. & met. Except. & l. 1. §. uſus ff. de Procurat.* Unde etiam in cauſis feudalibus Procuratorem ſpeciali mandato inſtructum, ad præſtandum Vaſallagium admitti debere, defendit Heinric. Ro-
309 ſenthal. *de feud. cap. 6. concl. 37. lit. C.* & hanc opinionem communem aſſerit Weſenbecius *de Feudis cap. 5. n. 7.* Schrader. *de Feud. p. 6. cap. 4. n. 30.*

310 Quamvis vero ſecundum *Receſſum Imperii Deputat. Spirenſem de anno 1600. §. 158. & in Receſſ. Imperii Ratisbonenſ. de anno* 1654. §. 43. & 117. Juramenta per Procuratores ſpeciales in animas Principalium præſtari poſſint, & in Camera Imperiali, ſecundum obſervantiam procuratores tales ad jurandum admittantur, præſertim ubi Comites & Barones jurare opus habent, in tantum, ut & juramentum purgatorium in cauſa fractæ pacis publicæ per Procuratorem Principes præſtare poſſint, ſecundum *ordinat. Cameral. p. 2. tit.* 10. §. 5. Rauchbar. *p.* 1. *quæſt. 8. n. 22. cap. 7. per tot.*

311 Merckelbach ap. Klockium *Vol.* 2. *conſ.* 18. *n. 77.* Inſuper etiam, de Jure Canonico, Procurator ſpeciale mandatum habens, in animam principalis conſtituentis ſeu mandantis jurare poſſit, *per cap. fin. de*
312 *Iuram. Calumn. in 6.* & Procurator ſpeciale mandatum habens juramentum calumniæ tam pro ſe in propriam ipſius animam, quam etiam pro Principali, ex hujus mandato, in ipſius conſtituentis
313 animam valide præſtet *c. 2. §. 1. de Iuram. Calumn. in 6.* Nihilominus tamen ejusmodi juramenta, in alterius animam præſtita valde impugnavit D. Oldekop. *in diſſert. ſpeciali de juramento in alterius animam;* Et ipſe Anton Matthæi *in tract. de Iudic. cap.* 10. *theſ. 48.* prorſus abſurdum modum jurandi eſſe dicit, qui fit in animam
314 vel conſcientiam alterius, quoniam ipſum juramentum aliquod perſonaliſſimum eſt ſecundum *c. veritatis* 14. *& quæ ad illud docu-*
315 *it Hoſtienſis de Iurejurand.* quales actus per procuratorem expediri nequeunt *per l. generaliter* 12. §. *his de præſentib.* 4. *C. de reb. Cred.* Anton. Faber *in Cod. lib. 4. tit. 1. def.* 31. *n.* 1. Gail. *lib.* 1. *obſ.* 27. *n.* 1. Berlich. *p. 2. dec.* 165. *n. 8.*

316 Non immerito igitur a tali modo jurandi cavendum eſſe, ne
317 in judicio admittatur, dixeris: Siquidem nemo inficias ibit, quod

magis

magis ſolliciti ſint litigantes, de ſalute animarum, ubi ipſi juramenta præſtare coguntur, nec tam facile ad jurandum proſiliant; quin & Judex facilius præcavere & disſvadere poterit perjurium, ubi ex ipſius principalis vultu & geſtibus aliquam hæſitationem vel titubationem animi advertit; melius quoque ipſum principalem de vitando perjurio admonere poteſt, quæ admonitio præſente principali facta magis ipſum movebit, quam ubi in ipſius abſentia procurator ad jurandum admittitur; Siquidem Procurator quidem principalis nomine jurat, ſed non ejus nomine deſcendit in infernum, uti loquitur *Ventur de Valentiis in Parthenio litigioſo lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 12. Quamvis revera perjurus fiat, qui per alium etiam pejerat, cum ipſe mandantis nomine, & ſub periculo animæ ipſius falſum proferat, quoniam parum intererit, an ipſe mandans verba juramenti proferat, vel alii mandet, ut pro ſe hoc ipſum faciat; uti eleganter docuit Dn. Præſes *in addit. ad* Brunnemanni *Ius Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 5. §. 15. ubi ipſe ſcribit, conſultius eſſe, ut talia juramenta penitus omitterentur. Hinc in foro Saxonico per Ordinationem Proceſſus Electoralem *tit.* 18. §. 10. expreſſe prohibetur, ne procurator, quamvis ſpeciale mandatum exhibeat, ad præſtationem juramenti admittatur: Verba textus ſunt hæc: **Es ſoll auch ein jeder Eyd / er ſey vor Gefährde / *juramentum delatum, ſuppletorium* oder wie er ſonſt genant werden mag / von dem Principal ſelbſt geleiſtet / kein Anwald aber / da er gleich *ſpecial Mandat* hätte / hierinnen zugelaſſen werden.** *add.* Carpzov. *p.* I. *conſt.* 12. *def.* 39. *p.* 1. *dec.* 37. *n.* 5. Richter *in Comment. ad cap.* 47. *X. de Teſtib. n.* 35. & 36. Schvvendendörffer *ad Proc. Fiebigii part.* 2. *cap.* 2. *membr.* 2. *Sect.* 1. §. 4. *n.* 6.

318 319 320 321 322 323 324 325

Secundum obſervantiam Ducatus Magdeburgici, ipſi principales, tam in Curia ſuprema provinciali, quam etiam in aliis judiciis inferioribus juramenta calumniæ, malitiæ & delata vel relata, non minus quoque ſuppletoria & purgatoria in propria perſona præſtare tenentur; & habentur textus **in der Proceß-Ordnung** *cap.* 7. §. 1. ubi de juramento calumniæ antea introducto, **daß ſolches in Perſon** in loco Judicii **geleiſtet / oder von Abweſenden eigenhändig**

326

händig unterſchrieben / ad Acta gegeben werden ſolle. Et quoad reliqua juramenta in dicta ordinatione proceſſus *cap.* 29. §. *8.* generalis exſtat diſpoſitio prohibitiva: Es ſoll keiner an ſtatt eines andern / wenn er gleich ein ſpecial Mandatum hätte / zur
327 Eydesleiſtung vor Gericht zugelaſſen werden. Hac tamen limitatione adhibita: Es geſchähe denn mit des Gegentheils gu-
328 ten Willen. Et hac in parte, in reviſa ordinatione Proceſſus de anno 1696. nihil immutatum fuit, quin potius ex cap. 12. §. 8. in quo formula mandatorum præſcribitur, inter alia verba & hæc legimus: Juramenta deferiren und referiren auch acceptiren und
329 præſtiren. Ex quibus verbis, cum nihil fruſtra in lege poſitum intelligi debeat, & ſupra allegato *cap. 29. §. 8.* colligere quis poſſet, quod in foro noſtro Magdeburgico admittendus ſit Procurator ſpeciali mandato inſtructus, ad præſtationem juramenti in animam Domini ex conſenſu partis adverſæ, & voluntate Judicis; quoniam & tunc valere poterit regula, quod volenti, ut adverſarius per procuratorem juret, non fiat injuria, ſed favori pro ſe introducto quilibet renunciare poſſit, & Judicis arbitrio hac in parte merito aliquid indulgendum erit, ut diligenter conſideret circumſtantias & ipſum negocium.

330 Poterit ergo is, qui per Procuratorem jurare vult, uti hac cautela, ut de conſenſu adverſarii ad hunc actum per Procuratorem ex-
331 pediendum, in judicio declarando, ante omnia ſit ſollicitus: nam absque hoc conſenſu Adverſarii cui juratur, & qui juramentum detulit, ne quidem de jure communi civili juramentum Procuratoris recipiendum eſſe, videre licet, *ex cap. ult. de Juram. Cal. in 6. c. qui ad agendum de Procurat. in 6. l. 12. §. 4. de reb. Cred. & quæ ad eam notavit* Brunneman. *n. 40. & ſeqq. item quæ ad l. 34. §. 3. ff. de Jurejurand. idem dixit* Brunnem. *n. 5. & ſeqq.* Borcholt *de Juram. cap. 4. n. 10. & ſeqq.* Carpz. *p. 1. conſt. 12. def.* 39. *n. 2.* Illuſtr. Dn. Born. *ad univerſ. Jus Jud. Diſp. I. Theſ. 57. lit. F.* Berlich. *p. 1. concl.*
332 34. *n.* 3. Anton Faber *in Cod. lib. 4. tit. 1. def.* 31. in judicio vero Regio Curiæ Feudalis, ubi impetranda inveſtitura, Procuratores ſpeciales nomine abſentium Vaſallorum, ad præſtationem Juramen-

menti Feudalis seu Vasallagii, in animam Domini concepto, admissos fuisse,& adhuc admitti, praxis quotidiana testatur; & ipse tale juramentum præstiti in causis,ubi renovatio investituræ & conjunctæ manus a Clientibus vasallis Regiis & simultanee investitis petita fuit. Quo casu prælecto prius Vasallagio per Dn. Secretarium 333
in quo continetur: Ihr sollet huldigen/geloben/schweren und thun eine rechte Erb-Huldigung/dem Allerdurchlauchtigsten/ Großmächtigsten Fürsten und Herrn/Herrn **Friederichen/Könige in Preussen/** Marggraffen zu Brandenburg ꝛc. ꝛc. tit. tot. Und Seiner Königlichen Majeät Männlichen Leibes-Lehns-Erben / als natürlichen Erb-und Lehn-Herren/und wenn die nicht mehr wären / oder Se. Königl. Majestat dieselbe nicht hinter sich verliessen/ alsdann Sr. Königl. Majestät Herrn Brüdern/denen Durchlauchtigsten Fürsten und Herren / Herrn Philipp Willhelmen/Stadthaltern im Hertzogthum Magdeburg/Herrn Albrecht Friederichen / Herrn Christian Ludwigen/ allen Marggraffen zu Brandenburg ꝛc. und deren künfftigen Männlichen Leibes-Lehns-Erben/ und wenn auch die nicht mehr wären/alsdann Sr. Königl. Majestät Vettern / denen Durchlauchtigsten Fürsten und Herren / Herrn Christian Ernsten/wie auch Herrn Georg Albrechten/und Herrn Johann Friederichen hinterlassenen Herren Söhnen / allen Marggraffen zu Brandenburg in Francken/ von Lehns-und Unterthänigkeit wegen/Getreu/Gewärtig und Gehorsam zu seyn / Sr. Königl. Majestät Frommen und Bestes zu erwerben / Nachtheil und Schaden zu wenden / auch die Lehn zu verdienen/ und die Lehn nirgendswo anders zu verrechten / denn vor Sr. Königl. Majestät und Deroselben Mannen/und ob ihr verschwigene Lehn wüstet/oder hernachmals erführet/ solche Sr. Königl. Majestät jederzeit zu vermelden/und alles das zu thun/das ein getreuer Lehnmann und Unterthan seinem Erb-und Lehn-Herren zu thun schuldig und verpflicht ist. Juramentum erectis prioribus digitis hunc in modum 334
præstatur: Ich N.N. in obhabender special Gewalt N.N. huldige/ gelobe und schwere in dessen Seele/daß mein Principal N.N. alles und jedes/ was mir jetzo vorgelesen/und ich wohl verstanden habe/ stet und fest und unverbrüchlich halten solle und wolle/getreulich ohn alle Gefährde. So wahr Ihm GOtt helffe um Christi willen.

Et circa hoc juramentum feudale notant Dd. quod Domi- 335
nus feudi ad ejus præstationem procuratorem admittere teneatur, neque personalem comparitionem Vasalli exigere possit, Henric.

Ro-

Roſenthal *de feud. c.6. concl.37. lit. C.* Chaſſanæus *in conſuetud. Burgund. rubr.* 3. §. 2. *verſ. faire homaq.5. n.4.* Klock. *Tom. 2. conſ.*
336 18. *n.* 4. Quam litem tamen noſtram non facimus, ſed potius Vaſallo, ut reverentiam Domino hac in parte exhibeat, præſertim ubi ſimul ſubditus ipſius eſt, ſuademus; quoniam Domino invito Procuratorem obtrudere velle, incivile eſt, vid. Merckelbach. *in not. ad* Klock. *d. l. n. 41. & ſeqq.* & ipſe Klock. *in Conſilio Anonymi Vol. 4. conſ. 45. per tot.*

337 Cum vero res maximi momenti ſit, animam alterius per juramentum obligare velle, utique omnem diligentiam ad hibeat Mandatarius juraturus, ut ad hoc ipſum negotium ſpeciale manda-
338 tum a principali, cuius conſcientia obliganda erit, obtineat; ubi ſimul hanc cautelam adhibeat, ut in mandato hoc exacte a Domino exprimi faciat, quid jurari debeat, & quatenus Dominus per
339 mandatarium religione jurisjurandi devoveri velit. Non ergo ſufficiet, ſi Dominus chartam blancam, **ein** *blanquet*, ad Procuratorem transmittat, & ſimul in aliis literis ad Procuratorem miſſis, ipſi mandet, ut inſerat blancæ chartæ mandatum ad juramentum,
340 ſeu ut ſuo nomine juret. Nam ipſe principalis de animi intentione
341 & conſcientia, ex qua jurat, fidem facere debet: in literis vero ſubeſt ſuſpicio fraudis, ut ne quidem mandatum in illis contentum, admittatur, etiamſi producatur charta blanca. Chaſſan. *ad conſuetud. Burgund. tit. des droits des Mars* §. 5. *n.* 8, Boëc. *dec.* 774. *n.* 3. *ſeqq.* Berlich.
342 *p.* 1. *concl.* 14. *n.* 91. In foro noſtro Magdeburgico, nemo per blanquetum in Judicio comparere poterit, uti patet ex textu **der Proceß-Ordn.** *cap.* 12, §. 2. in verb. **Und ſoll niemand ohne** Mandat, **oder mit einem** blanquet **in eines andern Nahmen / weder mündlich / noch ſchrifftlich fürbringen und handeln / wiedrigen falls gewarten / daß außer denen Fällen / in welchen** Cautio rati **anzunehmen / Er umb 5. Rthlr. geſtrafft werde.** Cum igitur
343 præſtatio juramenti ſpeciale mandatum deſideret, quo caſu cautio rati non admittitur, utique major cautela circa eam adhibenda
344 erit, ne plures ſpecialitates circa unam eandemque rem concur-
345 rant, quem concurſum jura non admittunt; cum vero ſingulare

quid

quid ſit, ut quis alterius nomine juret, utique & hoc ſingulare, ut cum charta blanca ad jurandum admittatur, tanquam odioſum & prohibitum quid, multo minus admittendum: ne deceptionibus anſa detur. vide latius hæc deducentem Mevium *p. 7. deciſ. 382. per tot.* Ubi ſimul in fine hanc cautelam tradit, quod 346
quamvis alias mandatarius, cui poteſtas ſubſtituendi in mandato expreſſe data fuit, alium in Judicio ad omnia negocia in mandato expreſſa peragenda ſubſtituere poſſit, hoc ipſum tamen non procedat in mandatario ad præſtationem juramenti ſpecialiter conſtituto; ex ratione, quod perſonaliſſimum quid ſit, ubi 347
agitur ad alterius animam obligandam, ideoque non poſſit fieri actus, niſi inter illas ipſas perſonas, per quas, & quarum nomine jurari debet: Et ſicut non eſt in poteſtate cujusquam, al- 348
terius animam religione involvere & obſtringere, ſed cujusque id proprium & perſonale eſt, ita nec qui alieno nomine jurandi mandatum habet, ex eo alteri, in cujus perſonam principalis expreſſe conſtituens non conſenſit, jurandi licentiam dare poterit. 349
Sciendum tamen, quod aliquando procurator etiam ſpeciale mandatum exhibens non admittatur ad præſtationem juramenti, veluti in juramento ſubjectionis & aſſecurationis a ſubditis præſtando. *per deducta Surdi conſ. 172. n. 6.* Riminald. *conſ. 6. n. 14.* Andr. Knichen *de ſublimi Territor. Jure c. 3. n 102. ſeqq.* Ziegler *ad Prax. in Calvoli* §. *Landſaſſii concl. 2. n. 42.* D. a Seckendorff. *in* Fürſtenſtaat *lib. 2. cap. 1.* §. *4.*

Notum inſuper eſt ex Jure, quod Conſortes litis cum cau- 350
tione rati admittantur in judicio, absque mandato, *TAM DE* 351
JURE CIVILI per l. 1. C. de conſort. ejusd. lit. ſi communem cauſam & litem habeant, ita ut eodem libello, eadem inſtantia, & coram eodem Judice agant vel conveniantur, atque uno eodemque Jure fruantur *c. 9. X. de conſtit.* Mev. *p. 4. dec. 361.* *QVAM ET-* 352
IAM SAXONICO **Proc. Ordn.** *tit. 7.* §. *2.* in fine in verb. **welches auch** in litis conſortibus **ſtatt haben ſoll.** *&* *MAGDEBUR-* 353
GICO **Proceß-Ordn.** *cap. 12.* §. *6.* verb. **als einer** ex pluribus conſortibus ejusdem litis **ohne Gewalt erſcheinen / derſelbe / wann**

wann er im Hertzogthum Magdeburg angeſeſſen / ſoll re-
promittendo auff caution de rato, die er auch durch ſeinen dar-
zu beſtelten ſpecial Gevollmächtigten leiſten kan / zugel aſſen
354 und nicht abgewieſen werden. Quia vero ſæpius inculcavi-
mus, quod ad delationem acceptationem & relationem juramen-
ti, ſpeciale mandatum requiratur, ubi cautio rati non ſufficit, *per*
l. 25. §. 1. & l. 27. in princ. ff. de minorib. Zanger *de Except. p. 2. cap.*
355 *8. n. 38.* utique ſponte ſua ſequitur, quod conſors litis pro conſor-
te, vel etiam, ex eadem ratione, conjuncta perſona, pro con-
juncta, juramentum nec deferre, nec acceptare, neque referre
356 poſſit. *per l. 7. C. de Reb. Cred.* ratio in promptu eſt, quia ad hos
& alios actus ſimiles, ſpeciale mandatam requirentes, ne qui-
dem verum & expreſſum mandatum generale ſufficere antea pro-
357 bavimus, multo minus ergo præſumtum, quod in conſorte litis
& conjuncta perſona ſaltem fingitur, ſufficiens erit *per l. 9. §. 6.*
358 *& l. ult. §. ult. ff. de Jurejurand.* Caveat ergo ab illis actibus con-
ſors litis & conjuncta perſona *vid.* Hahn. ad Weſenbec.
359 *de procurat. n. 6.* quod etiam in Saxonia procedit, teſte
Berlich. *p. 1. concl. 14. n. 42.* Carpz. *l. 3. Reſp. 8. & in Proc. tit. 5. art. 6.*
360 ut & in Ducatu Magdeburgico per text. in der Proceß-Ordn.
cap. 12. §. 7. verb. Jedoch allein in denen Fällen/da keine ſon-
derbahre Gewalt nöthig iſt juncto §. antecedente. 6.

361 De eo vero adhuc quæritur: *An conſors litis in cauſa commu-*
ni, pro ſe & conſortibus litis Juramentum præſtare poſſit, ut ſingulo-
362 *rum præſentia in præſtando juramento non ſit opus?* Affirmativam
tuetur Mevius *p. 1. dec. 237. per tot.* ex ratione, quod inter procu-
ratorem & conſortem litis, hæc differentia intercedat, quod ſci-
licet Procurator in cauſa plane aliena, conſors litis vero, in cauſa
communi & quodammodo propria juret, adeoq; pro conſorte etiam
ſecundum veritatem jurare poſſit; dummodo adhunc ipſum actum,
præſtationis juramenti, ſpeciale mandatum a reliquis conſortibus
producat, & quoad proceſſum ſufficiat, ſi unus e conſor-
tibus litis, pro ſe & nomine reliquorum juraverit, atque ita in
363 praxi Judiciorum obſervari *ſub n. 2.* teſtatur, cui ſuper addi quo-

que

que poterit hæc ratio, quod etiam nomiue universitatis tres vel
quatuor personæ de universitate, ad præstationem juramenti admit-
tantur, ex ratione, quod omnia membra universitatis inter se pro
consortibus litis reputandi sint, atque de propria scientia jurent, uti
in subsequentibus sub tit de syndicis ostendemus. Quamvis verò 364
secundum Jus civile hoc ipsum admittit posset, ut consors litis tam
pro se, quam etiam pro consortibus, ex speciali tamen eorum
mandato, juramentum præstaret: Nihil, omninus tamen IN FORO 365
SAXONICO aliter res se habet, per ea quæ docuit Moller. *lib. 4.*
semestr .20. & quæ jamdum in numeris antecedentibus firmavimus.
IN FORO QUOQUE NOSTRO MAGDEBURGICO non sufficit, 366
si unus ex cnnsortibus litis jurare velit, sed ab omnibus actualis præ-
statio juramenti requiritur. Casus mihi obtigit apud Regimen 367
Provinciale Ducatus Magdeburgici, ubi **Herrn Cämmerer Chri-
stian Denners seligen Wittibe und Erben/** Actrici **Siegmund
Görschens Ehe-Frauen/** exceptionem transactionis & factæ solu-
tionis, opponebant, atque Instrumentum transactionis cujus origi-
nale amissum erat in instituta probatione sub propria manu man-
datarii **Michael Krauts Wittiben** (cujus filia actrix erat) con-
ceptam, in judicio producebant, aliaque adminicula proferebant,
simulquoque dilationem tertiam in instituta probatione ad pro-
ductionem originalis petebant, a Regimine sub dato d. 7. Decembr.
1689. juramentum solennitatis de non frivole petita tertia dilatio-
ne ipsis per sententiam inponebatur, acceptavi quidem, ex speciali
mandato Reorum, juramentum & adpræstationem ejusdem termi-
num præfixum impetravi ad diem **den** 12. Aprilis 1690, atque in 368
hoc ipso Termino, consors litis, **A. Denner** comparebat, atque
ad præstationem juramenti se offerebat: Mater vero cum
sorore, nescio qua superstitione persuasæ, rem absque omni pe-
riculo fore, comparitionem in Termino & præstationem juramenti
impositi renuebant; quamvis vero in hoc ipso termino consors A.
D. paratus erat ad præstationem juramenti, admissus tamen non fuit,
sed terminus ex officio proragabatur sequentem in modum, per
Registraturam, **zugedencken/ daß ob wohl der heutige Tag de-**

nen Dennerischen Erben zur Ablegung / des / ihnen im Abschiede von 7. Dec. 1689. fol. 90. zuerkandten Eydes/angesetzet gewesen: Weil aber nicht die sämbtlichen Dennerischen Erben/sondern nur der eine Mit-Consort und Mit Erbe A.D. erschiene: so wurde solcher termin biß zum 3. May prorogiret/dergestalt daß die sämbtlichen Dennerischen Erben so denn in Person erscheinen/und den erkandten Eyd abschwe-
369 ren solten: in hoc ipso Termino prorogaro, idem consors litis comparebat, & ad præstationem juramenti impositi se iterum offerebat; at quoniam Mater sororque etiam in hoc termino, satis secure, emanerent, accusatæ ipsarum contumacia decrevit illustre Regimen per sententiam de publicato den 28. May 1690. Weilen Bekl. denen judicatis von 7. Martii 1689. und 1. Martii ietzt lauffenden Jahres zu folge / den ihnen / der gesuchten dritten delation halber/aufferlegten Eyd / allerseits nicht abgeleget haben. So werden sie nunmehro der ihnen aufferlegten Bescheinigung hiermit verlustig erkandt/und in dieses Termins Unkosten vertheilet/sie seynd auch zu den angesetzten Beweiß nicht zuzulassen.

370 Sic & in causa Johann Willens und übrigen Nielebecks Erben/ consorten, Klägern / contra A. J. von Mörner Beklagten / cum apud Regimen Ducatus Magdeburgici, in causa pignorationis factæ, super solutione derer Futter.Gelder / von dem gepfändeten Viehe/ actoribus, qui semiplene solutionem factam probaverant, per sententiam Leuterationis, de publicato den 1. Oct. 1701. juramentum credulitatis suppletorium: daß Jacob Nielebeck das Futtergeld bey seinem Leben schon bezahlet habe / impositum fuærat, hocque ipsum ad acta constitutus Dominus Mantarius, ex speciali Mandato principalium, acceptaverat, simulque petierat, ut secundum deducta Mevii *in loco supra allegato*, unus vel duo consortes lites, nomine reliquorum, qui in dissitis locis habitabant, juramentum impositum, ex speciali mandato ipsorum, præstaret: plus tamen efficere non potuit, quam ut a judicio Regio, terminus, præstationi juramenti præfixus, prorogaretur, & simul ad

ad-

adversarium hunc in modum rescriberetur, sub dato den 8. Nov. 1701. Was die sämbtlichen Nielebeckischen Erben/wegen des ihnen zuerkandten suppletorii vorgestellet/und dabey zu verfügen gebeten/solches wird euch/vermittelst des Copeyl. Anschlusses/communiciret/ und dabey anbefohlen/daß ihr euch binnen 14. Tagen erklären sollet/ob ihr mit der Abschwerung per litis consortes ratione der übrigen zu frieden seyn wollet/inzwischen ist der Eydes-Leistung auf den 15. dieses angesetzte Termin wieder aufgehoben und suspendiret worden/seynd ꝛc. Halle den 8. Nov. 1701.

Ex quo ipso rescripto superius tradita cautela exempli ficari 371
poterit, quod scilicet & consors litis in foro nostro Magdeburgico
ad præstatiunem juramenti admitti possit, si adversarius consentiat, 372
quamvis in hoc ipso casu, cum juraturi consortes difficilem impetrationem consensus partis adversæ sibi futuram deprehenderent,
ad ulteriorem protractionem processus evitandam, ipsi viam ordinariam testantibus actis elegerint, & omnes juramentum impositum in Regimine Regio d. 18. Nov. 1701. in personis propriis præsti- 373
terint,& hæc quoad procuratores qui aliorum nomine juramenta
deferunt, referunt, acceptant aut præstant, sufficere possunt.

Sequitur nunc ut ordine de TUTORUM & CURATORUM 374
Cautelis,quæ circa juramenta ipsis observanda sunt, dispiciamus:
At quoniam jamdum superimus in *cap. 3.* ubi de pupillo egimus *a num.* 21. *usq; ad n.* 31. eas Cautelas quæ tutoribus & curatoribus
minorum incumbunt, adduximus, illud saltem supperaddere lubet, 375
quod licet Tutor vel curator minoris in judicio nomine pupilli vel
minoris litigans, si juranda sint ita comparanta, ut pupillum solum
concerant, jurare non teneatur, nisi velit, uti superius docuimus; 376
Tenendum tamen,quod hæc voluntas in tutore admitti non possit,
nisi & negocium super quo jurandum ita comparatum sit, ut penes
tutorem vel curatorem aliqua ejus scientia adesse, adeoque de eo
tutor vel curator jurare possit juxta suam conscientiam,secus ad juramentum plane non admittitur, per deducta Mevii *p. 7. decis. 385. n. 1. & 2.*

377 Ex eo quoque decidi poteſt quæſtio: An Tutor vel Curator in cauſa pupilli vel minoris juramentum in litem præſtare poſſit, ſi ve-
378 lit? notum enim ex jure eſt, quod invitus ad hoc ipſum juramen-
379 tum ſuſcipiendum cogi non poſſit, ex ratione juris, quod iniquum ſit, alium de alieno facto jurare, & ita conſcientiam ſuam gravare, præſertim ignorantem Weſenbec. *p. 1. conſ.* 13. n. 29. 30. *& ſeqq. & p. 6. conſ.*
380 290. *n.* 20. Adeoque Tutores vel Curatores non cogendos eſſe ſub alieni compendii emolumento perjurium anceps ſubire, deciditur *in*
381 *l. 4. ff. de in litem Jurando.* Cautelam ergo hanc adhibeat Tutor, vel Curator ut ante omnia exploret ſcientiam ſuam, an ea res, cujus æſtimatio per juramentum probari debet, ipſi ſatis cognita ſit, nec ne? Priori caſu autoritas juris ipſi volenti jurare, non refragatur, ut per præſtitum juramentum finis liti imponatur, *verba ſunt d. l. 4. ff. de in lit. jurand. vid. omnino* Berlich. *p. 2. deciſ.* 164. *ubi latius hanc materiam per totam deciſionem tractat.*

382 Adhibeat tamen hanc Cautelam Curator, ut juramentum in utilitatem pupilli concipiatur, h. m. **Ich ſchwere/daß/wenn ich an meines Unmündigen oder Pflegbefohlnen ſtatt wäre/ und mich dieſe Sache ſelbſt angienge/ ich das geklagte Gut/ wenigſtens** 1000. **Rthlr. werth zu ſeyn ſchätze/und daſſelbe ſo hoch nicht entrathen wolle/als ſolches in der Klage angeſchlagen (von dem Richter geſetzet iſt) ſo wahr mir GOtt helffe.**

383 Ubi vero Tutor vel Curator precium rei ignorat, cautius aget, ut abſtineat, & præſtationem juramenti differri petat, donec pupillus ad
384 pubertatem pervenerit, quod ipſum ei denegari non poteſt. Si quidem & puberes, quamvis minores, jurare poſſunt per *d. l. 4. ibiq; Gloſſ. & Dd. ff. de in litero jurand. & quæ docuit* Mev. *p. dec.* 385. *n.* 3.

385 Illud adhuc Coronodis loco circa perſonam Tutoris addere libet: Cum notum ſit, quod de Jure Civili quilibet Tutor vel Curator minoris ſive teſtamentarius, ſive legitimus, antequam is adminiſtrationem Tutelæ ſuſcipit, juramentum coram Magiſtratu præſtare teneatur, quod utilia pupilli ſive minoris facere & procurare, inutilia vero & damnoſa prætermittere ac præcavere, pupilli facultatibus fideliter præeſſe, nec quicquam ſine decreto magiſtra-

giſtratus alienare velit. uti patet *ex Nov. 72. & l. 27. C. de Epiſcop. audientia.* In Imperio Romano Germanico quoque hoc juramen- 386
tum a Tutoribus & Curatoribus expreſſe requiritur: In der Reformation guter Policey facta Auguſtæ anno 1548. ſub tit. von denen Pupillen und minderjährigen Kinder-Vormündern. Item in der reformirten und gebeſſerten Policey-Ordnung de dato zu Franckfurth am Mäyn de anno 1577. ſub eodem Titulo, add. Brunneman. conſ. 2. n. 164. Quæritur ergo an Tutor hac 387
Cautela uti, & juramentum hoc per perſonam intermediam Procuratoris vel Mandatarii præſtare poſſit: Negativam defendit Lu- 388
dolph Schrader *in Tractatu de Feudis p. 10. Sect. 20. n. 241. & ſeqq.* Ex ratione quod lex diſponat, ut ipſe Tutor vel Curator jurare debeat: *in l. 27. §. fin. C. de Epiſcop. aud. & l. fin. §. ſin autem. C. de Curat. furioſ.* & quod dictio IPSE ſit præciſa, & hoc operetur, 389
ut quis aliquem actum in perſona perficere teneatur, neque ipſum per alium, quamvis ſpeciale mandatum habentem, facere poſſit: ubi ſimul aſſertum ſuum ampliat, ut etiam Duces & Marchiones 390
Tutores hoc ipſum juramentum in perſona præſtare teneantur, imo & ipſum Dominum Feudi, ſi tutelam vaſalli ſuſcipiat, in per- 391
ſona, coram paribus curiæ jurare debere *in n. 249.* deducit. Ca- 392
vere igitur Tutor debet, ne mandatarium ad hunc præſtationis juramenti actum conſtituat, quoniam nihil efficiet. Noſtris au- 393
tem moribus cum juramentum corporale a Tutore & Curatore amplius non exigatur, ſed hi ſaltem ſub fide juramenti civici, ſeu homagii, magiſtratui cuivis loci præſtiti, promiſſionem faciant, uti oſtendit Schneidevvin. *ad tit. Inſt. de legit. tut. n. 17.* Quod & in Saxonia non aliter practicari teſtatur Rauchbar *p. 2. qu. 2. n. 95.* 394
& Joh. Köppen. *obſerv. pract. 63. n. 13.* & in Ducatu Magdeburgico, ipſa obſervantia teſte: hanc Cautelam Tutor & Curator parum conſiderabit, modo ipſe de fideli adminiſtratione ſit ſollicitus.

Progredimur nunc ad CURATOREM MULIERIS, qui 395
communiter CURATOR LITIS, ein Kriegiſcher Vormund vocatur: de hoc notum eſt, quod cauſam mulieris (ſub quo verbo 396
etiam

etiam virgines & viduas comprehendimus) in judicio tractare posſit, neque de mandato alio curandæ docere teneatur, dummodo curatorium, ſeu teſtimonium de conſtitutione ipſius in Iudicio legitime facta, originaliter producat. Weſenbec. *ad tit. ff. de Procurat. n. 4.* Carpz. *in Proc: tit. 5. art. 4. n. 90. & ſeqq. & lib. 3. Reſp. 14. add. quæ ſupra in hoc cap. 3. de muliere adduximus n.* 139.
397 *140. & ſeqq.* Caveat tamen Curator ne absque mandato in Iudicio agat, nomine curandæ, quæ ſimul Tutrix liberorum eſt, & cau-
398 ſam liberorum Tutorio nomine tractat; quoniam tunc mulier officium virile gerit, adeoque Curator ſimul de ejus voluntate & conſenſu in Iudicio aliquo modo fidem facere tenetur. Carpzov.
399 *de Jure fœmin. ſingular. dec. 9. poſ. 3. n. 19. & ſeqq.* qui ſimul *in Proceſſu tit. 5. art. 3. n. 99. cum Dn. Rivino in ſpecimine Except. forenſ. cap. 7. n.* 27. aſſerit, quod hoc in caſu loco ſolennis mandati ſufficiat ad agendum, quando mulier Tutrix liberorum, Curatorium ſubſcripſit. In genere autem quoad Curatorem litis pro cautela tenendum
400 erit, quod quoniam ipſe non habet liberam adminiſtrationem bonorum curandæ, ſed ea penes mulierem maximam in partem remaneat, teſte Mollero *lib. 2. ſemeſto cap.* 3. & Berlich. *p.* 1. *concl.*
401 29. *n.* 26. utique ſine ejus ſpeciali & expreſſo mandato nomine ipſius neque juramentum deferre, neque ab adverſa parte delatum acceptare aut referre, multo minus remittere aut præſtare posſit.
402 Siquidem omnes iſti actus ſpeciale mandatum requirunt; uti modo de Procuratore generali docuimus. *add.* Rauchbar. *p. 1. qu. 8. n. 4.* Carpz. *p. 1. conſt. 12. def.* 38. & *lib. Reſp. 40. n.* 21. & *ſeqq. p.* 3. *de-*
403 *ciſ.* 229. *n.* 24. Et cum ipſa mulier non ſolum de calumnia jurare, ſed etiam juramentum relatum in propria perſona præſtare teneatur, non absque ratione diſpoſitum legitur **im Land-Recht** *lib.* 1. *art.* 46. **daß wo es der Frauen zum Eyde kömmet / ſie ſol-**
404 **chen ſelbſt thun ſoll / und nicht ihr Vormund.** Cum vero ipſa mulier ſecum deliberare & conſcientiam propriam explorare opus habeat, an jurare posſit ſalva conſcientia an non, utique poſtea, ubi ad præſtationem juramenti res devenerit, ipſa mulier vel nimia ſuperſtitione, vel etiam ex metu malæ conſcientiæ juramentum

præ-

præſtare reniteat. Judicium igitur cum Curatore ſuſceptum, hac in parte omnino eludetur, quod merito præcavendum. Accedit, 405
quod Procuratori litis non liceat deferre Juramentum absque ſpeciali mandato *per l. 17. §. 3. ff. de Jurejur. & ea, quæ antea de Procuratore generali docuimus*, adeoque neque Curatori litis, cum is, 406
tali Procuratori æquiparetur. vid. Carpz. *lib. 3. Reſp. 40. n. 21. & p. 3. dec. 229. n. 24. ſeqq.* Poterit tamen Curator ita ſibi proſpicere, ut 407
vel curet in principio litis ab ipſa curanda ſibi dari mandatum, ab ipſa ſubſcriptum & ſigillatum, in quo poteſtas deferendi & acceptandi juramenta ipſi expreſſe conceſſa legitut, hocque mandatum ſimul in judicio producat: aut in præſentia Curandæ juramentum 408
deferat, acceptet aut referat, quoniam tunc præſentia Curandæ conſenſum ipſius in celebratlonem actus inducit, & pro mandato habetur; vel eo nitatur, ut Mulier delationem juramenti ab ipſo antea 409
factam, in judicio, re tamen adhuc integra, & antequam Adverſarius excipiat, ratificet, puta quando ipſa mulier cum curatore in judicio 410
comparet, & ad acta præſente curatore declarat, ſe delationem, acceptationem vel relationem juramenti, ipſius nomine a curatore factam approbare, & pro ſua agnoſcere, quoniam & tunc ratificatio 411
ſubſequens, actum, vel ex nunc, valere faciet, uti ſupra in *capite 3. n. 157. & ſeqq.* diximus, ad quæ B. L. remitto.

Videamus nunc etiam de ACTORIBUS qui a Tutoribus vel 412
Curatoribus pupillorum, aut minorum, ad judicium conſtituuntur, ut cauſas ipſorum nomine tractent. Cum autem ſuperius jamdum 413
probaverimus, quod ipſi Tutores & Curatores nomine pupillorum & minorum juramenta deferre, referre & acceptare poſſint, ex ratione quod mandatum cum libera ipſis a jure tribuatur Roland. a Valle *Vol. 2. conſ. 18. n. 56.* ipſisque concedatur per actorem in judi- 414
cio litigare, qui ab omnibus conſtituendus eſt. *per l. unic. Cod. de Actore a Tutore vel Curat. dando.* Quod & in foro Magdeburgi- 415
co obtinere, patet ex ordinatione Proceſſus *Cap. II. §. 2. & 4.* utique 416
& ipſis actoribus eorum concedi poterit poteſtas deferendi, acce- 417
ptandi, referendi juramenta, dummodo poteſtas hæc in ipſo actorio expreſſe reperiatur conceſſa conſtituto actori, ſecus ſi de ejus con-

cesſione non appareat, ipſe actor abhis actibus, ſpeciale mandatum requirentibus, prorſus abſtineat, & hanc Cautelam adhibeat, ut ſpeciale mandatum ipſi a Tutore vel Curatore detur, aut ſaltem in generali actorio hi ſpeciales actus ſimul experimantur. *per ea*
418 *quæ antea de Procuratore generali n.*292. *diximus.* Sed quid ſentiendum de eo Actore, quem Curator litis mulieris conſtituit, num
419 & hic juramenta deferre, referre vel acceptare poterit? Fateor certe communiter hac in parte errare tam conſtituentes Curatores, quam etiam ipſorum Actores; ſiquidem vel centum caſus occurrerunt mihi, tam in foris Saxonicis, quam etiam in judiciis noſtris Magdeburgicis; ubi Curatores in actorio ſecundum communem formulam mandati in ordinatione proceſſus præſcriptam, quam verbotenus vel ipſi deſcribunt, vel per alium conſcribi curant, poteſtatem deferendi, acceptandi & referendi juramenta conſtituto Actori ſimul concedere velint, hique Actores, hoc Actorio freti, in judicio compareant, & actus illos, præjudiciales & ſpeciale mandatum
420 requirentes expedire ſatagant: Quod ſi vero quis conſiderabit, neque ipſum Curatorem litis juxta deducta juris & omnium Practicorum, poteſtatem talem habere, ut ſolus juramenta deferre, referre vel acceptare nomine Curandæ poſſit, ultro concedat oportet, multo minus hanc poteſtatem circa actus ſpeciales & præjudiciales alii concedere poſſit, per regulam juris vulgatam: Quod quis ipſe
421 non habet, in alium transferre non poteſt. Caveat ergo Actor Curatoris a tali Actorio, & potius eam Cautelam adhibeat, ut tanquam mandatarius ab ipſa muliere ejusque Curatore conſtitutus, in judicio agat, inque hoc ipſo mandato, a muliere ejusque Curatore ſubſcripto & ſigillato, poteſtatem hanc ſpecialem circa juramenta exprimi, ſibique expreſſis verbis concedi curet: tunc enim absque omni periculo circa juramenta verſari poterit; ubi e contrario delatio vel relatio juramenti per ſolam Actorem Curatoris mulieris facta, tanquam manifeſtæ nullitatis vitio, ex defectu poteſtatis conſtituentis orto, laborans, quovis tempore, & intra triginta annos impugnari poterit; uti mihi ipſi ante 15. annos caſus in præfectura Frideburgenſi Dnn. Comitum de Mansfeld in praxi occurrit,

rit, ubi Proceſſus, ex relato Actoris litis Curatoris juramento penitus usque ad finem abſolutus, ab ipſa muliere & novo Curatore poſtea per querelam nullitatis impugnatus fuit in cauſa **Weberin/ contra Tücheln.** Tantum etiam de actoribus.

Ultimo loco in hoc capite diſpiciendum de SYNDICIS civi- 422
tatum, collegiorum & Univerſitatum, quibus nam Cautelis hi circa juramenta opus habeant. Quod ad ipſam delationem juram ent 423
attinet, Syndicus ſaltem ad agendum vel procedendum a civit ate conſtitutus, juramenta deferre non poterit: cum ipſi ſolum actio ſive deſenſio conceſſa ſit, & pro procuratore generali habeatur, cui poteſtatem deferendi juramenta non competere, antea docuimus, *per leg. 17. 18. 19. & 34. §. defenſor ff. de Jurejur. add.* Ummius *in Proc. diſ. 14. theſ. 2.* Serſer *de Juram. lib. 4. cap. 2. n. 28.* neque proderit 424
Syndico, quando inſtrumentum Syndicatus producit, in quo quidem poteſtas deferendi referendi vel acceptandi juramenta expreſſa legitur, inſubſcriptione vero continetur, quod hoc ipſum blancetum ipſi ad certum actum *v. g.* ad procedendum datum fuerit; 425
quoniam tunc conſenſus ſubſcribentium & conſtituentium non ex contentis inſtrumenti, ſed ſaltem ex ſubſcriptione metiendus, & ad hunc actum ſolum reſtringendus eſt, per ea quæ docuit Carpz. *p. 3. dec. 237. per tot. & in Proc. tit. 5. art. 2. n. 7. & ſeqq. item lib. Reſp. 3.*
Caveat ergo Syndicus a talibus blancetis, quæ alias ſuſpicione falſi- 426
tatis laborant, & potius integrum, & ab omni ſuſpicione liberum inſtrumentum Syndicatus, inque eo poteſtatem ſpecialem circa juramenta ſibi a Civitate, communione vel collegio, dari curet, quo juramenta deferre referre aut acceptare valeat, atque tunc absque omni periculo juramenta deferre, referre atque acceptare poterit.

Circa perſonam SYNDICI notabilem caſum proponit Baldus 427
in leg. generaliter Ce de reb. Cred. col. 1. verſ. pone enim &c. ſcilicet: 428
Univerſitas quædam conſtituit Syndicum ad celebrandem contractum cum juramento: Syndicus contrahit atque nomine Univerſitatis jurat, ipſam non contraventuram contractui: poſtmodum Univerſitas ſe læſam deprehendit, & reſtitutionem in integrum contra contractum petit: quæritur ergo, an reſtitutio hæc contra præſtitum

429 Juramentum ſit admittenda? Negat Baldus *d. l.* & hanc cautelam ſubminiſtrat, ut univerſitas potius contraveniat contractui; quoniam Univerſitas non poſſet fieri per jura, licet contractum frangat,
430 & contra juramentum veniat, ſiquidem non haberet animam, adeoque non poſſet incidere in perjurium. Cum Baldo quoque facit Robert. Maranta *in ſpeculo Advocatorum part. 6. n. 105. pag. mihi* 347. qui hanc cautelam mente tenendam & notabilem eſſe dicit: &
431 ſecutus eſt eos Seraphin. de Seraphinis *de Privileg. juram. privileg.*
432 83. *n. 27. & 28.* Jacob Menoch. *p. conſ.* 663. *n. 16.* Apud nos vero hæc cautela non procedet, ſiquidem moribus noſtris Univerſitas & Collegia non per Syndicum ſed per tres vel quatuor perſonas, e gremio ipſorum, quas vel præſumtive optimam ſcientiam Rei controverſæ habere judici conſtat, juramenta præſtant, nec admittitur Syndicus vel Actor *per text. in l. municipalibus ibique* Brunnem. *n. 2. &*
433 *ſeqq. ff. de condit. & demonſtrat.* Quæ ſentantia in Camera Imperiali approbta per ordinat. Cameral. *p. 2. tit. 10. verſ.* **würde aber eine** commun &c. nec non in foro Saxonico recepta, uti patet ex conſtitutione Electoris Auguſti 13. *part. 1. verſ.* **von wegen einer** Commun. **oder** Collegii **ſollen drey oder vier der Elteſten/ und welche um die Sache die beſte Wiſſenſchafft haben möchten/ den** deferir**ten Eyd leiſten/ und ſonſten kein** Syndicus **darzuge-**
434 **laſſen werden.** *conſ. quæ* Carpz. *p. 1. conſt.* 13. *def. 1.* protulit: Non minus quoque in judiciis Ducatus Magdeburgici; uti patet ex infinitis præjudiciis, inſpecie in cauſa **Jeremias Thiers und** conſor**ten Klägere** / contra Syndicen **des Raths und Bürgerſchafft aufn Neumarckte** / ubi curia Provincialis ex conſultatione Facultatis juridicæ Erfortenſis pronunciavit, ſuper interpoſita Leuteratione actorum ſub publicato die 9. Maij 1704. **Nunmehro aus de-nen** *Actis* **ſo viel erſcheinet daß dreye von denen** Imploraten, **welche die beſte Wiſſenſchafft/ dieſer Sache beywohnen möchte/ den** defer**iten Eyd entweder abzuſchweren/ oder ſolchen zu**
435 refer**iren ſchuldig.** Et procedit hoc ipſum non ſolum in delato, ſed etiam in relato juramento judiciali, uti docuit Dn. Schvvendörffer *in Proc. ad Fibig. p. 2. cap. 2. membr. 2. ſect. 1. §. 1. 694.* Dn. Born-

in

in disp. ad Univ. Jus Judic. Disp. I. thes. 57. lit. F. imo & in juramento calumniæ ab universitate præstandi, uti docuit Carpzov. *p. 1. const.* 13. *def. 4. & p. 1. const.* 31. *def. 2. n. 3. item lib. 3. Resp. 41.* atque 436
ita pronunciavit, facultas juridica Wittenbergensis, consulta a Senatu hujus civitatis, in causa des Buchbinder Handwercks Bekl. contra Matthes Viehwegen Klägern in verb. daß zu förderst Kläger/nach vorhergehenden Beklagten/und zwar zwey oder drey ihres Mittels/so davon die beste Wissenschafft haben/Eyd vor Gefährde/sein Gewissen zu eröffnen schuldig.

Admittit tamen Mevius *p. 3. dec. 54. & p. 7. dec.* 388. ut Uni- 437
versitas per Syndicum vel Actorem jurare possit, cujus sententia de jure communi civili sustineri posset, per *text. in l. 1. §. 1. ff. cujusq; univers. nom in verb. & actorem sive syndicum per quem, tanquam in Republica quod communiter agi fierique oporteat agatur; cui consentiunt;* Meier. *in Colleg. Jur. Argentorat. lib.* 12. *th. 8. n. 5.* Hahn ad Wesenb. *ff. quod cujusq; univers. nom. n. 8.* & quod secun- 438
dum jus civile Syndicus etiam absque speciali mandato, juramentum calumniæ præstare possit, quoniam melius de causa Universitatis videatur informatus, quam ipsa Universitas, quæ sensu caret, vel etiam singuli de Universitate docuit. Nicol. Calvol. *in Prax. jut. §. 14. concl. 2. n. 7.* de quo tamen merito dubitat Berlich. *p. 1. concl.* 439
31. *n.* 23. sustinens quod hoc in casu ipsum collegium jurare teneatur: & præjudicium Cameræ Imperialis in causa Franckfurt contra Augspurg adducit.

Sed dum docuimus, juramentum per tres vel qua- 440
tuor personas e collegio, qui negocii controversi optimam scientiam habent, præstandum esse, tam seniores, quam etiam juniores Collegii admittendi, dummodo notitiam rei habeant, ad quam 441
ante omnia respiciendum, & is Collegiatus, qui negocio inter fuit, haud immerito præferendus erit ei, qui absens fuit. Berlich, *p. 1. concl. 34. n. 21.* Carpz. *p. 1. const. 23. def. 2. & lib. 3. Resp. 41.* qui simul docuit, quod in arbitrio Collegii resideat, cui nam ex collegiatis 442
hanc præstationem juramenti committere velint, jung. Brunnem. *ad l. 97. n. 10. ff. de condit. & demonstrat.*

443 At qua cautela uti poteſt Collegium vel Univerſitas, ſi Seniores vel illi quibus præſtatio juramenti ab ipſis commiſſa fuit, juramentum præſtare recuſant? Alii a collegio tunc eligendi & admit-
444 tendi ſunt ad præſtationem juramenti: ſiquidem ceſſantibus Senioribus collegii negocia gerere, reliqui collegiati ſunt inſtar conſortum cauſæ, quorum unus, ceſſante licet altero, communem collegii cauſam pro ſuo intereſſe pertractare, adeoque etiam juramentum de re ſibi cognita præſtare poterit *per l.* 1. *ibique* Bald. & Sichard. *Cod. de conſort. ejusd. lit.* in terminis Mevius *p.* 7. *dec.* 388.
445 *per tot.* Caveant tamen Collegiati circa electionem, ne eligant perſonas ad jurandum inhabiles, vel etiam ſuſpectas, ne pars adverſa poſtmodum in termino præſtationi juramenti præfixo contra
446 juraturos excipiat; quo caſu Judex, coram quo jurandum eſt, prius ſuper oppoſita exceptione inhabilitatis vel ſuſpicionis interloqui
447 tenetur, uti oſteedit Carpz. *in Proc. tit. 11. art. 2. n. 68. ſeqq.* At num deputati univerſitatis ad actum jurandi opus habebunt, ut pro-
448 ducant ſpeciale mandatum, cum nomine Collegii jurent? Videri prima fronte poterat, quod ſic, per ea quæ antea docuimus, quod nemo alterius nomine ad jurandum admittatur, niſi ex ſpeciali Man-
449 dato. At rectius negativa ſuſtinetur, ſiquidem re penitius inſpecta deputati non ex conſcientia univerſitatis & Collegii, tanquam inanimati corporis, ſed ex propria ſcientia & conſcientia, neque etiam in animam Collegii, quam ipſam non habet, ſed in ſuam ipſius animam jurare tenentur: quo in caſu nullo mandato procuratorio
450 opus eſt. Atque ita in ſupremo Appellationum judicio Dresdenſi obſervatum refert Carpzov. *lib.* 3. *Reſp.* 41. *n.* 14. *& in Proc. tit. 11. art.* 2. *n.* 58. *add.* Schvvendendörffer *ad Proc.* Fibig. *p.* 7. *c.* 2. *m.* 2. *Sect.* 1. §. 1. *n.* 645. Struv. *Synt. Jur. Civ. Exerc.* 17. *theſ.* 36. Hæc etiam de Syndicis dicta ſint, cum quibus ſimul Caput quintum hujus ſectionis primæ in diſſertatione noſtra claudimus.

CAP.

CAPUT V.

DE TESTIBUS.

ABſoluto capite quarto ſecundum ordinem antea *in cap.* I. *Sect.* I. *part.* 2. *ſub. n.* 15. traditum, convertimur ad caput V. in quo de perſonis teſtium, & Cautelis circa ipſos, tam a producente, quam producto, non minus quoque ab ipſo teſte obſervandæ ſint, paucis agemus. 1

Prima igitur Cautela ſit pro producente, ut eligat teſtes tales, qui ad teſtimonium perhibendum & juramentum deſuper præſtandum, idonei ſunt. 2 Siquidem a teſtibus inidoneis, & multo magis a ſuſpectis omni modo cavendum; quoniam hi ad jurandum, & teſtimonium dicendum in judicio, vel plane non admittuntur, vel recepti parum aut nihil probant. 3 Pro eo quoque contra quem teſtes producuntur, cautela neceſſaria eſt, ut acceptis articulis cum directorio & nominibus teſtium, ſtatim inquirat in ipſorum habilitatem; 4 quod ſi enim tales producantur, qui absque omni exceptione, vel propter conjunctionem ſanguinis, vel commune intereſſe cum producente, inhabiles atque ſuſpecti ſunt, ſtatim proteſtetur in ſcriptis ante Terminum, de non admittendis teſtibus: 5 Nolo hic prolixus eſſe in iis exceptionibus, quæ teſtem inhabilem vel ſuſpectum facere poterunt, quoniam hac in parte Proſper Farinacius per integrum Tractatum officium præſtitit, aliique tam veteres, quam Neoterici autores, qui ad Proceſſum commentati fuerunt, ſatis ſuperque regulas, ampliationes & limitationes ſeculo noſtro reliquerunt. 6

Unicum vero hic monere ſufficiat, quod productus in eo cautus eſſe debeat, dum ex articulis probatoriis & directorio advertit, ab Actore in teſtem produci talem teſtem, qui regulariter teſtis idoneus eſſe non poſſet, ut ante omnia productus confideret, num etiam ex una vel alia cauſa ſuperveniente, vel circumſtantia fides teſtis producti adhuc ſuſtineri poſſit, vel ipſe Actor producens exceptionem producti de inhabilitate teſtis ex parte ſaltem dubiam fecerit, & petierit, ut judex non obſtante con- 7 8

tra-

tradictione teſtem admittat ad juramentum & teſtimonium, reſervata tamen ipſi exceptione finito examine deducenda, quæ cau-
9 tela producenti admodum utilis eſt, uti oſtendit quotidiana praxis & Dn. Præſes *in introduct. ad praxin. cap. 18. §. 4.* tunc enim cautius agit productus, quando in productionem teſtis conſentit, inſuper tamen exceptiones contra perſonam & dicta teſtis reſervat, hancque ipſam proteſtationem ab Actuario actis inſeri
10 petat: quoniam hæc proteſtatio adhibita facit, ut productus in futuris poſitionibus ſuper atteſtatis, **bey denen** Diſputation **Geſetzen** / exceptionem inhabilitatis adhuc proponere & deducere
11 poſſit. Multo magis Productus abſtineat in foro noſtro Magdeburgico, ne demum in ipſo Termino probationis excipiat contra teſtem, quod ad teſtificandum & jurandum admitti non de-
12 beat. Siquidem clara exſtat ſanctio in ordinatione Proceſſus nova *cap.* 30. §. *4.* in verb. in ipſo Termino productionis **die Zeugen verwerfflich zu machen / ſoll nicht zugelaſſen / ſondern iedweder / wenn er was erhebliches wider der Zeugen Perſon einzuwenden vermeynet / ſolches** 14. **Tage** ante Terminum **thun / damit er nach befinden ſelbſt / wie auch die**
13 **Zeugen beſchieden werden können.** Cautela igitur hac utatur Productus, ut ante elapſum dicti fatalis quaterdenæ, Exceptiones contra teſtem Judici in ſcriptis exponat, quoniam poſtea non
14 admittitur. Ipſi mihi caſus obtigit in praxi, ubi in cauſa **Johann Bodenburgs / Klägers /** contra Reum **Jacob Webern /** in condictione ex lege provinciali, ad reunionem unius manſi intentata, ab Actore producebatur teſtis **Friederich Jachen /** qui ante annos aliquot ob inceſtum cum uxoris ſorore commiſſum in proceſſu inquiſitorio per ſententiam Dnn. Scabinorum Hallenſium de anno 1678. ad relegationem perpetuam condemnatus fue-
15 rat: quamvis vero Reus **Weber** in ipſo Termino productionis contra perſonam teſtis exciperet, quod ob crimen publicum per ſententiam condemnatus, adeoque infamis factus fuerit, & ad teſtimonium non admittendus ſit: ipſa quoque ampliſſima Facultas Juridica in celeberrima hac Fridericiana ad Acta pronun-

cia-

ciavit, de publicato d. 4. Novembr. 1701. daß Friederich Sache ad teſtimonium nicht zuläßig Rationem deciſi *ex l 7. ff. de publ. Jud. & c. 24. X. de Teſtib.* Farinac. *de Teſtib. queſt. 56. n. 26. & ſeqq.* adducens.

Nihilominus tamen cum Actor in Leuteratione interpoſita 16
deduceret, ipſum Principem, tunc temporis Adminiſtratorem Ducatus Magdeburgici, ad ſupplicationem delinquentis & liberorum, pœnam perpetuæ relegationis dictatam, in pecuniariam permutaſſe, & quod poſtea pœnituerit, & vitam honeſtam duxerit, ita ut etiam ad officium Scabini & Aſſeſſoris judicialis in pago præfecturæ Wettinenſis promotus fuiſſet, Facultas juridica Jenenſis in inſtantia Leuterationis de publicato d. 17. Febr. 1702. contrarium tenuit, in verbis: Numehro aus denen Acten/ und derer Partheyen vorbringen ſo viel zu befinden/ daß der von Leuteranten angegebene Zeuge zum Zeugniß zuzulaſſen. V. R. W. Rationes 17
decidendi præcipuæ erant, quod Princeps pœnam perpetuæ relegationis in pecuniariam commutaſſet, ipſe delinquens vero poſtea vitam honeſtam inſtituiſſet, & officio publico præfectus. Quanquam vero productus Weber ad curiam ſupremam Regiam 18
Ducatus Magdeburgici provocabat, & urgebat, quod ſola immutatio pœnæ per Principem facta, reſtitutionem famæ & honoris delinquenti non tribuat, niſi de ea reſtitutione in ſpecie Princeps mentionem in reſcripto fecerit, *per l. 6. & 7. ff. de ſent. paſſ. & deducta Sfortiæ Oddo de reſt. in integr. quæſt. 94. art. 4. p. 2. & art. 1. n. 2.* & quod conſtitutio delinquentis ad officium publicum in 19
pago jurisdictioni Nobilis ſubjecto, infamiam antecedentem non tollat, cum nec ipſe nobilis conſtituens jus aggratiandi vel abolendi infamiam habeat: Vix tamen Appellans impetrare potuit, 20
ut Appellatio ipſius reciperetur, & cum ſub hac conditione demum poſt multas ſupplicationes recepta eſſet, ut ipſius ſumtibus tam ſuper ipſa admiſſione quam etiam ſuper meritis Appellationis cognoſceretur: Et Acta integra ad Facultatem Juridicam Francofurtenſem transmiſſa revertebantur, miſer Appellans præter omnem opinionem proſumtibus ſuis infelicem reportabat ſenten-

tiam de publicato d. 19. Decembr. 1702. daß es eingewandter Appellation ungeachtet bey dem Vol. 1. fol. 76. befindlichen Urtheil zu laſſen/ und iſt Appellant die hernach cauſirte ſumtus retardati proceſſus Appellaten abzuſtatten ſchuldig. V. R.
21 W. Ratio decidendi afferebatur hæc : Weil der angegebene Zeuge/ vel ex ſola reſtitutionis ratione, zu ſeinem Ehren-Ambte/ conſentiente Principe iſt befördert worden/ wodurch Er pleniſſime und ohne einige Exception omnium Jurium civitatis, auch alſo per conſequens teſtimonii fide digni ferendi, capax erkläret worden.

22 Hæc quoque Cautela obſervanda erit a producente, ut non ſolum teſtem ad jurandum, ſed etiam Adverſarium contra quem teſtis producitur, & propterea productus dicitur, ad videndum jurare teſtem citari faciat. *per l. ſi quando in verb. poſtquam fuerint admoniti. C. de Teſtib. authent. ſed & ſiquis verb. adverſarius mo-*
23 *neatur a Judice C. eod. Nov. 90. cap. 9. & cap. 2. X. de Teſtib.* alioquin eo omiſſo totus actus nullus erit, *per l. 19. C. de Teſtib. & quæ ad eam retulit* Brunneman. *n. 8. Gail. lib. I. obſ. 96. n. 8.* Mev. *ad*
24 *Jus Lubec. lib. 5. tit. 7. art. 8. n. 2.* atteſtationes enim, quamvis mediante juramento factæ, contra Adverſarium, de cujus præjudicio agitur non citatum, non valere nec fidem mereri *Dd. communiter concludunt.* Ant. Faber. *in Cod. lib. 4. tit. 15. def. 61.* Richter *ad c. 2.*
25 *X. de Teſtib.* Klock. *Vol. I. conſ. 50. n. 223. & 224.* Siquidem ubi de abſentis præjudicio agitur, toties illius citatione opus eſt, *per*
26 *text. in c. caveant & c. omnia 3. Quæſt. c. 3.* Productus vero in Termino hoc, productioni & Juramento Teſtis præfixo, vel ipſe vel per Mandatarium compareat, ut interrogatoria, ſi quæ habebit, ex hibeat, atque ut teſtis ſecundum præſtitum juramentum, ſuper
27 iis quoque examinetur, petat, ne ſecus faciendo tam ipſas exceptiones contra Perſonam teſtis juraturi ſibi competentes, quam
28 etiam poteſtatem dandi interrogatoria perdat; dummodo de inſinuatione citationis producens doceat. vid. Magdeburgiſche Proceß-Ordnung cap. 30. §. 6. verb. da auch derjenige/ wieder welchen der Zeugen Verhör vorgenommen/ auff angeſetzten

ſetzten Termin **ungehorſamlich auſſen bleiben / oder keine** interrogatoria **übergeben würde/gleichwohl Ihm die** citation **gebührend** inſinuiret **worden/ mögen die Zeugen nichts deſtoweniger angenommen / beeydiget und abgehöret werden.** *add. de Jure Saxonico* Schvvendendörffer *ad Proc.* Fibig. *p. 2. cap. 2. membr. 2. Sect. I. §. 4. n. 665. & ſect. 3. n. 660.*

Non minus etiam hæc Cautela ad producente obſervanda erit ut ſi deprehendat, quod aliqui teſtes ipſius miniſtri, vel alias ſubjecti, aut incolæ ſunt, atque juramentum fidelitatis aut ſubjectionis ipſi præſtiterunt, ut ante omnia in Judicio declaret : **Daß Er die Zeugen / ſo viel dieſes Zeugniß betrifft Ihrer Beſtallungs oder Unterthanen Pflicht hiermit erlaſſen haben wolte.** Siquidem ii, quibus imperari poteſt quales ſunt ſubditi & officiales, teſtes inhabiles reputantur, *per l. 6. ff. & l. 5. C. de teſtib.* quæ ipſa tamen exceptio ceſſat, quando ipſis prius vinculum ſubjectionis & fidelitatis quoad actum teſtimonii remittitur ſecundum *cap. 38. X. de Teſtib.* Klock. *Vol. 4. conſ.* 36. *n.* 33. *& ſeqq.* Carpzov. *p. 1. conſt.* 16. *def.* 64. *& in Proc. tit.* 13. *art. 5. n.* 102. *& ſeqq.* Quamvis enim plures *Dd.* hanc Cautelam ſupervacaneam, imo vel erroneam tradant. Reuberus *de teſtib. p. 2. n.* 124. *ſeqq. & ipſe* D. Meier *ad Colleg. Argentorat. de teſtib. theſ. 10. n.* 16. Ummius *ad Proc. diſp. 16. n.* 13. nihilominus tamen eadem in praxi horum judiciorum recepta, adeoque retinenda, uti conſuluit Mauritius *in conſil. Kilonenſi 1. n.* 20. *&* 21. *add.* Dn. Schvvendendorffer *in Proc.* Fibig. *p.* 2. *cap.* 2. *membr.* 2. *Sect. I. §. 4. reg. II. n.* 673. & formula relaxationis juramenti pro ipſo producente hæc poterit eſſe : Producent **will nuhmer die von Ihm angegebene Zeugen/ nahmentlich** NN. & NN. **hiermit** realiter præſentes (vel abſentes tanquam præſentes) **produciret haben : Weil nun unter ſolchen etliche mit begriffen/ welche ſeine** (officianten) **Unterthanen ſeyn/ alſo will Er / damit Sie die Warheit deſto eher und unverhinderlicher ausſagen mögen / Sie derer Eyde und Pflichten/ womit Sie Ihm verwand/ ſo viel dieſe ſtreitige Sache und das darüber von Ihnen erfoderte Zeugniß**

betrifft/ weiter aber nicht/erlaſſen haben/ nicht zweiffelnde/ es werden die Zeugen angenommen/ und mit der vereydig- und Abhörung verfahren werden.

35 Circa hanc relaxationem juramenti pro Cautela notandum, quod hæc per ipſum principalem, cui officialis vel ſubditus per
36 juramentum ſe obſtrinxit, fieri debeat; quod ſi vero Procurator hanc ipſam perficere velit, aliter non audietur, niſi ad hanc ipſam relaxationem perficiendam, ſpeciale mandatum principalis in ju-
37 dicio exhibeat; quippe ad hunc actum requiritur ſpeciale mandatum, nec ſub generali continetur; per ea quæ docuit Berlich. *p. 1.*
38 *concl. 44. n.* 18. neque etiam ad hanc relaxationem ſufficiet, epiſtola ſub nomine Principalis a mandatario concepta, niſi ſimul ipſe Principalis hanc epiſtolam ad Judicium transmiſſam, ſuapte manu
39 ſubſcripſerit. Defectus hic urgebatur coram commisſione, in cauſa des Herrn Baron von L. Actoris & producentis contra Reum Productum, A. S. ſuper qua ſententia ad transmiſſa acta adhuc ex-
40 ſpectatur. In curis Provincialibus bey denen Landes Regierungen hac cautela utipoterit Mandatarius ſpeciali hac poteſtate deſtitutus, ut imploret illuſtre judicium, quo hoc ipſum vel ex officio, ex poteſtate Principis ſuper eminente, quam in omnes ſubditos habet, & in proceſſualibus per Cancellarios exercet, teſtem productum a juramento fidelitatis quoad hunc ipſum teſtimonii Actum re-
41 laxare velit; quod quotidie tam in Regimine Ducatus Magdeburgici, quam etiam in Regimine Saxonico Martisburgenſi, fieri, praxis docet: & non ita pridem in cauſa klagender Fr. von Sackin Tutorio nomine dero Unmündigen Hn. Sohnes contra den Herrn Pfarrer zu Holleben Mag. Chriſtian Heyderichen/ ubi ſubditi Nobilis teſtes producebantur contra Reum, in Termino
42 Productionis factum recordor, in inferioribus vero judiciis hæc Cautela nulli producenti proderit, cum poteſtas judicis alienas jurisdictiones turbare non posſit.

43 In ipſo Termino Productionis producens hanc Cautelam adhibeat, ut petat teſtes productos per juramentum ad docendam
44 veritatem ſuper Articulis a judice obligari, hocque juramentum in

præſen-

præsentia Adversarii, vel etiam, ubi per contumaciam absens e-
rit, in ipsius contumaciam, a teste recipi. Quod judex omnino fa- 45
cere, & juramentum a teste producto recipere poterit, absque ul-
teriori citatione vel prævia sententia. *auth. si quis ab aliquo Cod.
de testib. l. 19. Cod. eod. c. veritatis 8. X. de dolo & contumac.* Nico-
lai *in Proc. p. 1. cap. 58. n. 5.* Cautus tamen sit tam judex, quam 46
producens, ut juramentum præstetur, in conveniente & sufficien-
te formula ; qua propter certa formula in foro nostro Magdebur- 47
gico omnibus judiciis præscripta legitur,in Ord. Proc. cap. 30. §.
10. Ich schwere daß Ich in irrigen Sachen NN. und NN. betreffende/
darinnen Ich zum Zeugen angegeben worden/ die rechte reine War-
heit/ worauff Ich befraget werde/ und was mir bewust ist aussagen/
bekennen und nicht verschweigen will/ weder um Freundschafft/ Feind-
schafft/ Geschencke oder Gaben willen/oder wie es Nahmen haben mag;
So wahr mir GOtt helffe und sein heiliges Wort. Judex igitur 48
Cautelam hanc adhibeat, ut retineat hanc formulam juramenti
præscriptam , nam per hoc ipsum omnem disputationem, quod
testis non recte juraverit , evitare poterit; quo casu non solum Ju- 49
dicem de falso puniendum esse scripsit Setser *de Juram. lib. 3. cap.
10. n. 16.* sed etiam testes de novo jurare opus erit *per leg. 33 ff. de* 50
Jurejur. Ex qua formula patet, hoc ipsum juramentum, quod te- 51
stis præstare tenetur, veritatis juramentum omnino esse,non vero
calumniæ, uti ostendit *Seraphin. de Seraphinis de Privilegiis Juram.
privileg. 30. n. 10. &* Wolffgang Textor. *in praxi Judic. p. 1. cap. 9.*
Atque hoc ipsum juramentum quilibet testis præstare opus habe- 52
bit ; Siquidem juxta communem omnium Practicorum opinio- 53
nem, ex juramento omnis attestationis vis atque potestas depen-
det *c. multis dist.* 44. *leg. Jusjurandi 9. ibique* Brunnem. *n. 1. & l.*
18. & 19. *Cod. de testib. c. quod nuper.* 51. *verb. quod nul-
lius testimonio nisi juratus deposuerit in alterius præjudicium debeat
credi X. de Testib.* Hocque ipsum juramentum substantialem solen- 54
nitatem esse testimonii dicendi : confirmat Setser *dicto lib. 3. cap.
9. n. 7.* Merckelbach. *ap.* Klock. *Vol. 2. cons. 68. n. 7.* Catpz. *p. 1.
const. 2. def.* 17. *n.* 11.

55 At nonne teſtis uti poterit hac cautela, ut petat judicem quo
56 ſibi juramentum remittat? Minime: ſiquidem certum eſt juramentum hoc in favorem partium inductum eſſe, contra quem Judex nihil concedere vel diſpenſare poteſt. *Seraphin. de Privileg. Juram. privil.* 30. *n.* 27. *&* 28. *Proſper. Farinac. de Teſtib. queſt.*
57 *74. n.* 88. Carpz. *in Proc. tit.* 13. *art. 4. n.* 84. Et quamvis Judex hanc ipſam remiſſionem teſti fecerit, hoc ipſum teſti nihil proderit, quoniam ad huc jurare, & tunc demum de novo examinari debet, uti docuit *D.* Schvvendendorffer. *ad Proc.* Fibigii *p.* 2. *cap.*
58 2. *membr.* 2. *Sect* 1. §. 4. *reg.* 4. *lit. I.* Cautela ergo erit pro judice, ut prius juramentum a teſte recipiat, antequam eum examinet *per l. 9. in verb. priusquam perhibeant teſtimonium, ibique* Brunnem. *C. de Teſtib. c. fraternitatis* 17. *verb. receptis prius ab ipſis juramentis*
59 *X. de teſtib.* alias teſtimonium receptum nullum eſſe voluit Richter *ad. cap.* 29. *X. de teſtib. n.* 27. 28. *&* 61. Gail. *lib.* 1. *obſ.* 101. *n.* *9. Seraphin. priv.* 30. *& ad illud notata* Beneckendorff. *n.* 3. ubi hanc ſententiam communem dicit *add.* Carpz. *p.* 1. *conſt.* 1. *def.* 17.
60 ubi docuit, quod & in ſummario proceſſu teſtis jurare teneatur, antequam depoſitionem ſuam faciat, motus textu generali **der Churf. Sächſ. Proceß-Ordnung** tit. 20. §. 30, in verb. **auch auffn Gegenfall/ da der Zeuge nichts minder ohne Eyd abgehöret würde/ auff des Parts Anſuchen/ auch nach eröfneten Zeugniß/ auff vorgehenden gewöhnlichen Zeugen Eyd**
61 **von neuen** examinirej werden. Ordo enim a lege præſcriptus immutari ac præpoſterari non debet: juxta monitum Baldi *in leg.* Æmilius *in fin. ff. de minorib.*

62 Cum vero ſecundum ordinem a lege datum, juramentum ipſam depoſitionem procedere debeat; ſecundum expreſſam diſpoſitionem *leg. Jurisjurandi 9. Cod. de Teſtib. & textum modo allegatum* **der Chur Sächß. Proceß-Ordnung:** utique ordo hic
63 perverti non debet. In Ducatu noſtro Magdeburgico quoque ſecundum ordinationem Proceſſus *de Anno* 1688. §. 10. & 11. teſtes prius jurare tenentur, antequam depoſitionem ſuam faciant, quod
64 præcipue innuunt verba §. 11. **Wann nun die Zeugen alſo geſchworen**

ſchworen/ſollen diejenigen/ ſo aus dem Regierungs Collegio darzu deputiret/ ſambt dem Porto Notario, die Zeugen nach Verordnung der Rechte und in Abweſenheit berer Partheyen/ ſub pœna irriti, ſelbſt verhören &c.

Optime ergo procedet Judex, circa juramentum hoc teſtium, 65
regulæ juris tam civilis quam localis inſiſtendo ; etſi Maſcard. *de* 66
de probat vol. 1. concl. 1369. *n.* 5. & Ludvvel. *ad Weſenbec. ff. de Teſtib. verb. Jusjurandum*, hanc Cautelam ſubminiſtrent, ut teſtes in continenti poſt depoſitionem factam jurent, quia tunc dicta teſtis juramento confirmarentur, ut vulgata regula juris etiam hic appli- 67
canda ſit, quod ea, quæ in continenti ſuperveniunt, ipſi negotio vel contractui celebrato ineſſe videantur, adeoque depoſitio teſtis poſt- 68
modum juramento confirmata, ex natura relationis cenſeantur repetita cum juramento *arg. leg. hæc ſententia C. de ſentent. quæ ſine certa quantitate proferuntur, & quæ docuit* Setſer. *lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 9.
In Camera Imperiali hanc Cautelam admitti, teſtatur Gail. *lib. I.* 69
Obſerv. 101. *n.* Rutger Ruland. *de Commiſſar. & Commiſſ. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 5. Ipſe quoque memini, ſæpius in judiciis noſtris 70
inferioribus occurriſſe caſus, ubi teſtes prius ſummariter absque juramento recepti erant, poſtea vero ubi de defectu juramenti pars altera excepiſſet, pronunciatum fuit: **Würde der Zeuge/ ſeine vorhin gethane Summariſche Ausſage/ vermittelſt Eydes beſtärcken/ daß es ſo dann bey vorigen Abſchiede ſein bewenden.** Quod præcipue in iis cauſis, quæ coram ſummario ju- 71
dicio Senatus, **dem Vier Herren Ambte**/ ubi teſtes mediante juramento non recipiuntur, ventilatæ, ac poſtmodum ad Regimen Ducatus Magdeburgici, per interpoſitam Appellationem devolutæ fuerunt, ubi per ſententiam Appellationis producenti injunctum fuit, ut curaret quo teſtes coram judicio Regio **der Königl. Preußiſchen Berg-Gerichte** priorem depoſitionem ſummariam per præſtationem juramenti, adverſario ad hunc actum citato, confirmarent. Idem etiam in cauſis exiguis ſummarie 72
tractatis in modo dicto judicio practicatum obſervavi, non ſine ratione, ne ſcilicet in cauſis exiguis proceſſus longævi & ſumtuoſi ad

perni-

perniciem partium fierent, vel etiam ad finem jam perducti resuscitarentur.

73 At qua Cautela utetur Judex, si in termino productionis neque ipse producens, neque etiam Productus compareat, testis vero ad Articuios probatoriales in directorio nominatos ad judicium veniat: num hunc ipsum testem comparentem ad juramen-
74 tum admittere, illudque absentibus partibus recipere poterit? Non reor: quoniam tunc terminus pro circum ducto habetut, ubi Judex non imploratus procedere, & testem realiter in Judicio per producentem, non reproductum, recipere non potest, per ea quæ docuit Ummius *ad Proc. disp*, 16. *n.* 60,

75 Qua Cautela vero sibi consulet producens, eo in casu, ubi testis vel in judicio in termino productionis plane non comparet, vel etiam ubi comparet, juramentum præstare recusat? Priori casu producens testem absentem tanquam præsentem in judicio producat,
76 simulque petat, ut arctius citetur, posteriori vero ipsi judici incumbet, testem productum adpræstationem juramenti vel persimplicem remonstrationem, vel etiam ubi testis refractarius erit, per
77 impositionem pœnæ certæ adigere; exstat de hac sanctio in der Magdeburg Proceß-Ordnung cap. 30. §. 15. Damit auch kein Zeuge Zeugniß zu geben sich verweigere / oder solches verziehe / sondern so viel mehr zu gehorsamer Erscheinung und zu steuer der Warheit Zeugniß zu geben / gebracht werde; So sollen Cantzler und Räthe/oder deren Commissarius und andere Gerichts-Halter hiermit befehliget seyn/ daß sie allezeit nebst dem Gegentheil die Zeugen/ der Sachen Wichtigkeit nach/ erstlich ohne commination einer Straffe/ wenn sie sich aber darauff nicht gestellet/ zum andernmahl bey pœn 10. 20. 30. und mehr Gülden/ für sich bescheiden/ und da sie dennoch ungehorsamlich aussen bleiben/ sie zum dritten mahl bey zweyfacher / auch nach und nach erhöheter Straffe citiren.

78 Et in §. 16. Und obgleich ein Zeuge ein-oder mehrmahl in solche Straffe gefallen/ soll Er sich doch damit/ die Warheit zu sagen/ nicht entbrechen / sondern durch ernstliche Straffe dupli, tripli, auch Auspfändung und dergleichen / so offt solche Verweigerung geschähe/ nach Erkäntniß Cantzler und Räthe/ oder anderer Gerichts-Obrigkeit/ dazu angehalten und gezwungen werden.

Quod

Quod si vero testis causas sufficientes allegare posit quare ad 79
testimonium dicendum & jurandum cogi non debeat, easque probare paratus sit, actus præstationis juramenti differtur, donec super his causis a judice cognitum & pronunciatum fuerit. *Vid.* Text. **in obangezogener Proceß-Ordnung** Cap. 30, §. 17

Es were denn / daß ein oder mehr Zeugen Ursach vorwendeten/ 80
warumb Sie Zeugnis zu geben/ oder den Eyd nicht abzulegen schuldig/ und solches zu rechtlicher Ausführung stelleten ; auff solchen Fall sollen die zur Abhörung verordnete mit denen andern Zeugen verfahren/ die publication aber biß nach Erörterung des incident Puncts/ verschieben/ dafender Zeugführer die Zeugen/ so sich verweigern/ nicht gutwillig würde fallen lassen.

Num vero causa hæc sufficere poterit, quando testis antea ju- 81
ravit, se nunquam testificaturum : quod in vulgus communiter evenire poterit; siquidem plures homines plebeji, ex prava consuetudine sæpius jurant, atque per diras obtestationes & maledicta se devovent, se hoc vel illud nunquam facturos vel præstituros fore, persuasi, quod per hanc cautelam propter juramentum, ad testificandum & juramentum testificationis præstandum, cogi non posint. Videri posset prima fronte, quod juramento huic præ- 82
stito sua religio tribuenda, neque occasio juranti danda sit, ut promissionem suam juratam violet, adeoque ad testificandum eum cogi non debere : at rectius affirmativa, & quod testis productus 83
ad jurandum & testificandum cogi posit & debeat a judice, sustinetur. siquidem juramentum prius præstitum pro temerario haben- 84
dum, adeoque, quamvis ex levitate & temerarie jurans, omnino peccet, quod nomen DEI sanctissimum in vanum assumsit, non tamen hoc juramentum temerarium obligatorium erit, ad hoc, ut veritas supprimatur, peccatumque inducatur. *c. quamvis X. de testib. & c. non est obligatorium de Reg. Jur. in 6.* Accedit, quod tale 85
juramentum directo tendat in præjudicium proximi, & contra Præceptum decalogi octavum ; imo etiam contra ipsum jus natu- 86
ræ, secundum quod socius socio & homo homini suum tribuere tenetur. Talia vero juramenta iniqua, non obligare antea docui- 87
mus. Poterit etiam excusare jurantem, quod non motu proprio 88

89 ad teſtimonium accedat, ſed per judicem ad hoc cogatur ; juſſus autem & mandatum judicis facit, ne aliquis contra juramentum
90 venire videatur ; cum parere Magiſtratui teneatur , adeoque
91 velle dici non posſit. *per l. 4. ff. de Reg. Jur.* add. latius hæc perſequens Richter *ad cap. 18. X. de teſtib. n. 46. & ſeqq.* item quæ antea *in hac Sectione 2. Cap. 4.* de Advocatis ſub num. 77. & ſeqq. prolixius docuimus.

92 Facile hinc decidi poterit caſus : Ubi nobilis vel alius ſuperior, jurisdictionem habens, ſubditos ſuos in ſpecie per juramentum ſibi devinxit, ne contra ipſum teſtimonium dicant, neque ali-
93 cui conſilium vel auxilium ferant ; non obſtante enim hoc jura-
94 mento ſubditus ad teſtimonium perhibendum cogendus erit. Relatione enim ad Principem, cui nobilis vel alius ſuperior ipſe ſubjectus eſt, a judice facta, vel etiam ubi coram Regimine Principis
95 cauſa controverſa tractatur, Princeps ejusque Regimen non ſolum Dominum cogere poterit, ut ipſe relaxet juramentum ipſi a
96 ſubdito præſtitum ; aut ſi hoc facere renuat, ipſe Princeps relaxationem ſubdito mediato concedet, per ea quæ decidit Pontifex
97 Alexander *III. in Cap. 18. X. de teſtib.* & ſane juſtisſimis ex rationi-
98 bus. Nam teſtimonii perhibitio inter munera publica refertur, adeoque & ad eam teſtes cogi poterunt. *per tot. Tit. X. de teſtib. co-*
99 *gend. & l. ſi quando 19. C. de teſtib.* cum vero nemo ſe ab iis, quæ muneris publici ſunt, eximere & ſubtrahere posſit, utique nec per juramentum præcavere poterit, ne veritatem teſtificetur. *c. ſi dili-*
100 *genti 12. X. de Foro compet.* ubi cavetur, quod pacto privatorum ju-
101 ri publico non derogetur. Et certum quoque eſt, quod utilitas publica, quæ per teſtimonia promovetur, per pacta privatorum non
102 immutari posſit : in tantum, ut nec accesſio juramenti aliquid contra hanc utilitatem publicam efficere posſit. Uti decidit *Bartol. in*
103 *leg. ſiquis pro eo ff. de fidejuſſ.* & hanc communem Dd. opinionem eſſe, refert Pantzſchman *p. 2. quæſt. II. n. 20. & ſeqq.*

104 At nonne teſtis productus, hac cautela uti poterit, ut dicat; ſe velle veritatem teſtificari, ſub eo juramenro, quod vel ab initio officii ; (ſi ſcil. officialis ſit) Principi, vel ſi civis ſit, ſub juramen-

to civico Magiſtratui præſtito. Videri poſſet, quod ſic; quoniam 105
fides officialium, tamquam perſonarum publicarum ſemel probata
videtur: hinc in eo caſu, ubi inter Aulicos illuſtres lis intercedit, 106
ipſis absque novo juramento, ſub priori juramento ad officium
Principi præſtito, credi debere teſtatur. Gail. *lib. I. Obſerv. 101. n.*
13. & Brunnem. *in Proc. Civ. cap. 20. n. 8.* Inſuper etiam quoad 107
cives, præſertim honoratiores, nemo cenſetur eſſe immemor æter-
næ ſalutis. At rectius negativa ſuſtinetur: ſiquidem juramentum 108
fidelitatis & ſubjectionis Principi vel Magiſtratui generaliter fa-
ctum, ad dicendam veritatem in litibus partium extendi non po-
teſt; Cum in ipſo juramento cauſa, quæ poſt aliquot annos ſæpius 109
in controverſiam venit, non contineatur. *Cap. pen. X. de Jure-*
jur. hinc Setſer. in tractat. ſæpius citato *lib. 3. cap. 9. n. 23. & ſeqq.*
latius deducit: quod non ſufficiat, ut aliquis generaliter forte ſeſe 110
per juramentum adſtrinxerit, quod velit dicere veritatem in omni-
bus cauſis. Unde ſponte ſua quoque ſequitur, quod nec teſtis te- 111
ſtificare poſsit **an Eydesſtatt/** *vid.* Setſer. *de juram. lib. 3. cap. 9.*
n. 28. & ſeq. Mev. ad jus Lubec. lib. 5. tit. 7. art. II. n. 3. Neque 112
Principes, Comites, Barones, Nobiles, & alii in dignitate conſtituti,
bey Fürſtlichen/ Gräfflichen/ Herrlichen/ Adelichen Ehren/
Treu/ und Glauben. Ex ratione, quod in teſte juramentum 113
corporale requiratur, ubi vero tale juramentum pro forma inter- 114
venire debet, ibi non ſufficiet talis promiſsio. *Mev. d. l. n. 4.* Brun-
nem. *in Proc. Civ. cap. 20. n. 62.* Merckelbach. *ap.* Klok. *vol. 2. conſ.*
16. n. 121. *& ſeqq. & Conſ. 17. n. 57. Confer ea quæ ſuperius in hac par-*
te 2. Sect. 2. cap. 2. n. 39. 40. ſeq. docuimus.

Hinc nec Clerici, & Miniſtri Eccleſiæ a jurandi neceſsitate ſe 115
liberare poſsunt, quamuis ſub fide Clericali aut Paſtorali, quam
DEO Eccleſiæ atque Altari dederunt, deponere velint. *c. nuper no-*
bis ibique Richter. *n. 3. c. ſeqq. X. de teſtib. & Atteſtat.* Mev. *p. 4.*
dec. 265. Carpzov. *p. 1. conſt. 16. def. 69. & p. 1. dec. 77. n. 8. item in*
Jurispr. Conſiſtoriali lib. 3. tit. 2. def. 22. per tot. Quamvis hanc 116
cautelam circa productionem Clerici, vel Miniſtri Eccleſiæ, adhi-
bere teneatur producens, ut roget judicem cauſæ, quo per literas

requiſitoriales impetret, ut Clericus ſuper exhibitis articulis coram Conſiſtorio vel judicio eccleſiaſtico juret & teſtificetur. *c. quamquam 2. in fine cauſ. 14. & c. nullius 22. 4. 5.* Carpzov. *in Jurisprud. Conſiſtorial. lib. 3. tit. 2. def. 24. per tot.* 117 Quod tamen non opus habebit, ubi coram ipſo Principe vel ejus Regimine provinciali 118 cauſa agitur, ſiquidem penes ipſos Principes, quorum perſonas ſumma hæc judicia provincialia repræſentant, reſident jura epiſcopalia, adeoque illa ipſa teſtes absque omni requiſitione citare, juramento obſtringere, & examinare poterunt, *vid.* Mev. *8. dec. 174. per tot.*

119 At quid de Judæo ſtatuendum, ſi is ad teſtificandum contra 120 Chriſtianum, productus fuerit? Producens rectius faciet, quando ab ejus teſtimonio contra Chriſtianum abſtinet; ſiquidem regula- 121 riter Judæi, ob præſumtam inimicitiam, quam contra Chriſtianos fovent, eorumque uſurariam pravitatem, contra Chriſtianum in teſtes produci non poſſunt. *c. 23. cauſ. 2. quæſt. 7. Novell. Juſtin. 45. cap. 1.* per ea quæ docuit Ummius *in Proc. Diſp. 16. n. 15.* Brunnem. 122 *in Jure Eccleſiaſt. ad leg. 21. C. de hæret. & Manichæis n. 7.* Quod ſi tamen veritas aliter haberi non poſſit, & ad eruendam veritatem Judæus tanquam teſtis, alias ſuſpectus, admittendus erit, uti de hoc caſu docuit Farinac. *de teſt. quæſt. quæſt. 56. n. 216. & ſeqq.* Brunnem. *in Jure Eccleſiaſtico lib. 3. cap. 4. §. 19. & Dn.* Præſes *in not. ad eundem, ubi ſimul allegavit* Nicolai Everhard. *Tractat. de teſtib. cap.* 123 *2. n. 320.* Judex vero Judæum in teſtem recipiens, circa formulam juramenti, ſollicitus erit (ſiquidem Judæus non jurat per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum) hanc cautionem ergo habeat, ut adhibeat illas ſolennitates, quas in p. 2. Sect. I. n. 107. p. 41. retulimus, & ſimul prælegere faciat Judæo teſtificanti tale juramentum.

124 Ich Abraham N. Halberſtädter Jude/ ſchwere bey dem Allmächtigen lebendigen GOtt welcher Himmel und Erden/ und alles was darinnen iſt/ erſchaffen hat/ Ich ſchwere durch alle ſeine Heilige Nahmen/ welche ſein Diener Moſes/ darinnen die Zehen Gebot geſchrieben/ und mit unrecht zu ſchweren verboten hat/ daß Ich in demjenigen zwiſchen N. N. und N. N. ergangenen Streitigkeiten und Rechtfertigung alles/ was mir hierinnen bewuſt/ auff die Articul und Fragſtücke treulich/ warhaftig und aufrichtig/ die reine/ lautere Warheit ausſagen/ und hierinnen

weder

weder um Gunſt noch Ungunſt/ noch einziger anderen Sache willen im geringſten etwas verſchweigen will/ ſo ferne Ich nun Unrecht oder falſch ſchwere/ ſo gebe mir GOtt an ſtatt des Segens/ die Verfluchung/ daß ich verdorre wie das Gebürge Gilboa/ welches David verfluchet hat/ darauff Saul und ſeine drey Söhne ermordet ſeyn/ und mich auch wie den Gehaſi des Naemans Ausſatz betreffe/ und daß Ich verblinde/ gleichwie andere verblindet/ welche falſche Schwüre gethan/ oder daß mich die Erde verſchlinge/ gleichwie Dathan und Abiram verſchlungen/ ſo wahr mir GOtt helffe und ſein heiliger Nahme Adonai!

Vel etiam ſecundum eam formulam, quæ in Camera Impe- 125
riali recepta eſt: Adonai ein Schöpfer des Himmels und des Erd-
reichs/ und aller Dinge/ auch mein und aller Menſchen/ Ich ruffe dich an/ durch deinen heiligen Nahmen/ auff dieſe Zeit zur Warheit: Da Ich zwiſchen N. und N. Zeugniß geben ſoll/ daß ich darbey die rechte reine Warheit/ und was mir von dero ſtreitigen Sache bewuſt iſt/ auff die Articul und Frageſtücke/ ſo mir vorgehalten worden/ ausſagen/ bekennen und nicht verſchweigen wolle/ weder um Freundſchafft/ Feindſchafft/ Geſchenck oder Gaben willen/ oder wie es Nahmen haben mag/ ohne alle Gefährde und Argliſt. Als bitte Ich Adonay mir zu helffen/ und zubeſtätigen dieſe Warheit/ Wo Ich aber einige Unwarheit/falſch oder betrüglichkeit dabey gebrauche/ ſo ſey Ich Heram und verflucht ewiglich/ daß mich dann über gehe und verzehre das Feuer/ das Sodoma und Gomorra überging/ und alle die Flüche/ die an den Torach geſchrieben ſtehen/ und daß mir auch der wahre GOtt/ der Laub und Graß/ und alle Dinge geſchaffen hat/ nimmermehr zu Hülffe noch zuſtatten komme/ in einigen meinen Sachen und Nöthen. Wo ich aber die Warheit bezeuge/ alſo helffe mir der wahre GOtt Adonay.

At nonne teſtis aliquam cautelam invenire poterit, ut realem 126
præſtationem juramenti corporalis declinare poſſit? Utique, ſi ſcili- 127
cet a partibus, tam producente, quam producto impetrare queat,
ut juramentum ipſi remittant. Quamvis enim Roland a Valle *Vol.* 128
2. Conſ. 99. n. 5. concedere nolit, quod hac in parte remiſſio partium
aliquid operari poſſit, quin Judex, vel ex officio poſtulare queat,
ſiquidem juramentum eſſet de forma & ſubſtantia teſtimonii. Re- 129
ctius tamen affirmativa ſuſtinetur, quod ſcilicet in arbitrio partium 130
reſideat, an juramentum conſuetum teſtificaturo remittere velint,

per c. tuis 39. in verb. niſi forte a parte adverſa remittatur X. de Teſtib.

131 ſiquidem & forma actus, in favorem partium introducta, ipſis volen-
tibus & conſentientibus omitti poteſt. *per l. 14. C. de procurat.*
132 Cum favori pro ſe introducto quilibet renunciare poſſit. vid. Matth.
de Afflictis dec. 191. n. 7. Gail. *lib. I. obſerv. 101. n. 3.* Merckelb. ap. Klok.
133 *Vol. 2. Conſ. 68. n. 8.* Farinac. *de Teſtib. qv. 74. n. 88.* & hæc ſententia in
FORO SAXONICO recepta: uti patet ex text. **der Churfl. Sächß. Proc. Ordnung** tit. 20. §. 3. in verb. **und deſſen keiner / ohne beyder Theile Bewilligung erlaſſen.** Carpzov. *Jurispr. Forenſ.*
134 *p. 1. conſt. 16. def. 31. n. 7. & in Proceſſ. tit. 13. art. 4. n. 84.* nec non in *FO-
RO DUCATUS MAGDEBURGICI* quod innuit textus **in der Proceß-Ordnung** de anno 1686. cap. 30. §. 10. verb. **nachgeſetzten Eyd ſchweren / und keiner deſſelben erlaſſen werden / es wäre denn das beyde Partheyen denen Zeugen den Eyd aus guten freyen Willen nachlaſſen / und ihrer Betheurung auf ihr**
135 **Gewiſſen trauen wolten.** Ex quibus textibus hoc quoque
evinci poteſt, in arbitrio partium reſidere, num contenti eſſe velint, ut teſtis **auf ſeine Pflicht / wormit er ſonſt der Obrigkeit oder Herrſchafft verwandt /** aut ſi Clericus ſit, ſub fide paſtorali,
136 deponat. hinc & Mev. *p. 4. dec. 265. n. 13.* ſuadet, quod Judex exa-
minator eo eniti debeat, ut partes, præſertim ſi ſint parochiani, adhibitis rationibus, vel ex æquitate perſuadeat, quo paſtori ſuo
137 juramentum remittant; non tamen invitos cogat. *add.* Carpz. *p. 1.*
138 *dec. 77. n. 13. & ſeqq.* ubi tales rationes affert. Quod ſi igitur Judex partes volentes ad remiſſionem diſpoſuerit, tunc teſtimonium tale ex conſenſu partium idem robur accipit, ac ſi corporaliter teſtis
139 juraſſet; in tantum, ut nec uni vel alteri concedatur pœnitentia, ſi
ex publicatis atteſtationibus, poſtea, teſtem in uno vel altero capite hæſitaſſe, vel vera non depoſuiſſe, deprehenderit, ut de novo ju-
140 ramentum a teſte exigere poſſit; ſiquidem ad renunciata ſemel, non
141 datur regreſſus *per l. 17. §. 1. ff. de acquirend. hered. l. 4. C. de pact.* ſed
quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt *c. quod ſemel de*
142 *R. I. in 6.* Mev. *p. 1. dec.* 243. Notanter tamen utriusque partis conſenſus in remiſſionem juramenti exigitur: ſiquidem teſtimonium

amba-

ambarum partium intereſſe concernit, adeoque, quod omnes tangit, ab omnibus quoque approbari debet; unius vero partis remiſſio non ſufficiet, per ea quæ tradit Ummius *diſp. 16. th. 9. n.* 62.
poterit vero hæc remiſſio non ſolum per ipſas partes, ſed etiam per 143
ipſorum procuratores fieri, dummodo adhanc ipſam remiſſionem
perficiendam ſpeciale mandatum habeant. Teſtis vero in propria 144
perſona jurare cogitur, neque admittitur ipſius procurator, quamvis ſpeciali mandato inſtructus. *pet c. in omni negocio 4. & c. licet ex quadam X. de Teſtib. l. 10. §. 5. ff. de quæſt. ibique* Brunnem. *n.* Circa 145
ipſam præſtationem juramenti ſuperius *in ſect. I. cap. 2. n. 97. & ſeqq.*
in genere docuimus, quod Judex juraturum diligenter de vitando
perjurio admonere debeat : hæc ergo Cautela & hic quoad jura- 146
mentum teſtis repetenda, & judex teſtem omni diligentia adhibita, admoneat, ut veritatem anxie ſectetur, ne notam perjurii incurrat, ſibique pœnam DEI, juſtiſſimi vindicis perjurii temporariam atque æternam, non minus ipſius contempti judicis arbitrariam ſibi attrahat, ſimulqne parti, quæ ex falſo juramento, damnum incurrit, ad reſtitutionem damni & intereſſe teneatur. Setſer *de jur am. lib. 3. cap. 10. n.* 3. Ipſe teſtis ergo hanc cautelam adhibeat, 147
ut huic fideli admonitioni judicis vel examinatoris pareat, & in reſponſione ad articulos veritatem ſecundum ſcientiam & conſcientiam ſuam ubique ſequatur: ubi vero actus vel etiam circumſtantia aliqua in articulis vel interrogatoriis ipſi occurrit, cujus certam ſcientiam non habet, in depoſitione facta expreſſe & ingenue confiteatur, ſe hoc ipſum vel plane neſcire, vel tamen de eo certam notitiam non habere, adeoque etiam apodictice affirmare non poſſe.

Docuimus quoque ſuperius *in cap. 2. ſect. I.* quod in judiciis 148
proteſtantium juraturi duobus digitis prioribus dextræ manus erectis juramenta præſtare debeant; qua Cautela ergo utendum erit, 149
iis teſtibus, quibus natura noverca vel nullam manum dextram, vel nullos digitos manus dextræ dedit; aut qui per caſum aliquem
fortuitum manum dextram aut priores digitos amiſerunt : Sane 150
cum ritus hic non ad formam juramenti intrinſecam ſubſtantialem, ſed ſaltem ad extrinſecam pertineat, uti antea in dicto capite 2. *n.* 81.

n. 81. 82. *& ſeqq.* oſtendimus, parum intererit, an juraturus manum ſiniſtram, qua exdefectu dextræ communiter pro dextra utitur, ejusdemque digitos priores erigat, aut etiam alies notas externas devotionis, per elevationem oculorum ad cœlum, flexus genuum, additas preces & lachrymas, pulſum pectoris & ſimiles edat, ex quibus cordis devoti atque religioſi ſigna Judex colligere poſſit. vid. Farinac. *de Teſtib. q. 74. n. 18.* Cævallos *quæſt. 607.* Umm. *ad Proc. diſ. 16. n.* 62. adde quæ ſuperius *in hac parte* 2. *ſect.* 2. *cap.* 3. de
151 muto *n.* 132. *& ſeqq.* protulimus. Valere quoque hic poterit regula, quod ob inevitabilem neceſſitatem urgentem, a regulis juris recedi poſſit, & multa permiſſa ſint, quæ alias non concederentur, deficiente hac neceſſitate.

152 Hæc quoque Cautela erit, pro teſte in dignitate conſtituto, nepublice in judicio cum aliis teſtibus comparere & jurare teneatur, ut provocet ad beneficium egregiarum perſonarum ex *l. 15. ff. de*
153 *Jurejurand.* Dn. Præſes *in Introd. ad praxin cap.* 18. §. 12. ubi ſub finem notat, quod hæc quæſtio, quænam ſint perſonæ tales, arbitrio judicis dijudicanda ſit. Secundum tradita Menochii *lib.* 2. *Arbitr. Jud. quæſt. Coſ.* 70. Ruland. *de Commiſſ. p.* 2. *lib.* 2. *c.* 5. *n.* 7. *ſeqq.*
154 quod ſi enim hæc provocatio a teſte facta fuerit, tunc Judex mittat deputatos ad domum ejus, coram quibus juramentum talis teſtis egregius in domo ſua præſtet, & deinde ad articulos reſpondeat. vid.
155 Mev. *p.* 4. *dec.* 164. *ubi ſub. n.* 3. monet, quod licet non neceſſitatis, tamen vel ſaltem urbanitatis gratia concedendum ſit, ne Nobilis cum ruſtico æquiparetur, & hic ſimul in conſpectu judicii jurare cogatur, quin potius concedendum Nobili, ut ſeparatim juret, uti etiam *voluit* Rutger. *Rutland. in tract.*
156 *de Commiſſar: & Commisſion p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 13. Poterit et hac cautela uti Parochus, ut petat, ne in præſentia & conſpectu audito-
157 rum Parochianorum, ſimul cum ipſis jurare teneatur; ſiquidem parum convenire reverentiæ, quæ Paſtoribus & Miniſttis Eccleſiæ debetur, & ope omni, in hac mundi improbitate, religionis gratia, erga miniſtcrium ſanctum ſervanda eſt, ſi paſtores & Miniſtri Eccleſiæ ſimul cum ſuis auditoribus in judicio ſtent & jurent, uti bene judicavit.

cavit idem *Mev. d. l. ſub n.* 4. Sic & honeſtæ fœminæ hæc cautela 158
erit utilis ; ſiquidem naturalis fœminarum pudor non concedit, ut 159
omnibus ſe manifeſtent. *per l. 14. Cod. de Contrab. ſtipulat.* adeo- 160
que quantum posſibile a conventibus virorum ipſis cavendum *per l. 2. C. de his qui ven. æt. & l.* 11. *Cod. de Procurat.* Cum vero ſæpius 161
eveniat, ut teſtis antea in probatione productus, poſtea etiam ab adverſario in reprobatione ſuper aliis articulis contra actorem reproducatur, merito quæritur ; An talis teſtis reproductus, ad juramen- 162
tum prius, ſuper articulis probatoriis præſtitum, revocare, & hoc modo præcavere posſit, ne de novo jurare teneatur ? Videri poſſet 163
prima fronte, quod ſic ; cum enim multiplicatio juramentorum vi- 164
tanda, & teſtis jam dum de veritate inter has ipſas partes dicenda ſemel per juramentum præſtitum ſeſe judici adſtrinxerit, non præ- 165
ſumitur immemor eſſe prioris juramenti præſtiti, & ſalutis æternæ ; quin & ſi teſtis ſemel in cauſa juraverit, videtur etiam juraſſe ſuper 166
acceſſoriis & dependentibus ab hoc ipſo negocio controverſo, licet de iis in juramento expreſſe non fuerit facta mentio : uti voluit Beuſt. *ad l. & ſi poſſeſſori* 11. *n.* 13. *ff. de Jurejurand.* Quamvis vero 167
non refragemur, ſi teſtis a partibus impetrare poterit, ne juramentum de novo ſubire opus habeat, nihilominus tamen, ſi partes renuant, aut una ſaltem præſtationem juramenti fieri debere inſtet, cautius aget teſtis productus, ſi ad jurandum ſe accomodaverit. Siqui- 168
dem per hoc ipſum juramentum ſe adſtringit, quod etiam quoad novos articulos reprobatoriales, qui a probatorialibus prioribus notorie differunt, veritatem dicere velit, adeoque a teſte declinari non poterit. Per ea quæ docuit Carpz. *in praxi Crimin. p.* 3. *qu.* *115. n.* 53. Pro cautela tamen tenendum, quod ſi teſtis antea jura- 169
tus ſuper iisdem articulis & interrogatoriis, ob juſtam cauſam denuo interrogandus ſit, puta, quod judex unum vel alterum interrogatorium, aut articulum ex incuria omiſit, aut etiam examen non rite factum fuerit, teſtes de novo jurare non cogantur, ſed ſufficiat, ſi ad prius præſtitum juramentum deponant ; quoniam juramentum ſuper iisdem articulis præſtitum, eſt individuum, per eaquæ docuit Joh. Petrus Surdus *Dec. 16. n.* 2. Quæ cautela etiam proderit 170

testi, si aliqua obscuritas in ejus depositione deprehendatur, & judex declarationem hujus depositionis factæ ab ipso petat, Ant. Ga-
171 briel. *lib. 6. concl. 3. n. 13.* ubi plures allegat: Siquidem declaratio nihil novi dat. *per l. 21. ff. qui testam fac. poss.* Gail. *lib. 1. obs. 101. n. 16.*
172 *& ult.* Sed juramentum antea præstitum in ista causa vires suas et-
173 iam ad secundam depositionem extendit. Et talem casum in terminis habui, anno 1696. ubi Actores **Herrn Johann Gottfried Brunners sel. Witbe und Erben/** contra **George Wegen** reum, pro probanda actione spoliatæ possessionis, testes produxerant, post publicatas vero attestationes coram Regimine Regio Ducatus Magdeburgici, ubi causa ventilabatur, conquerebantur Actores, quod testes obscura deposuissent, adeoque petebant reiteratam testium
174 depositionem; cui petito detulit illustre Regimen, simulque concessit, ut circumstantiæ, quibus ad declarationem testimonii anterioris opus esset, subministrarentur. Quo facto testes antea producti in termino den 1. Decembr. 1696. denuo examinabantur, ubi simul prior depositio ad articulos ipsis prælegebatur, & ratione subministratarum circumstantiarum loci & temporis, declaratio ab iis postulabatur, ubi saltem testes juramenti prioris præstiti admone-
175 bantur. Quæ ipsa tamen declaratio magis in damnum quam favorem producentium facta deprehendebatur. *conf.* Ruland. *p. 2. lib.*
176 *2. cap. 30. n. 8.* Cavendum tamen a novis articulis & interrogatoriis, antea ubi testis productus juravit, non exhibitis, quia tunc super his novis, testis antea jurare non potuit, adeoque adhuc jurare tenetur. vide Mynsinger. *ad cap. 48. n. 28. X. de testib. &* Rich-
177 ter. *ad cap. 28. eod.* Pro cautela & hoc tenendum, quod in Ducata nostro Magdeburgico producens, si in continenti docere possit, quod testes producti vel falsa vel erronea deposuerint, etiam post publicatas attestationes concessum sit, novos testes producere, qui super iisdem articulis de novo interrogari debent. vid. ordinat. Processus revisa de Anno 1696. cap. 30. §. 11. cujus verba hac sunt:
178 Nach eröffneten Gezeugniß und publicirten Attestationen/ soll kein Beweiß durch neue Zeugen zugelassen werden/ es sey dann so fort Liquid zu machen/ daß die/ so abgehöret/ fälschlich oder aus Irrthum deponiret;

Auff

Auff solchen Fall soll den Zeugenführer nach gelassen seyn/ andere vorzu stelleu/ doch daß keine neue Articul formiret/ sondern die anderweit producirte Zeugen über die vormahls überreichte Articul vernommen werden/ wie denn auch den Zeugenführer unbenommen bleibet/ die allbereit abgehörete Zeugen/ über das jenige/ was sie dunckel oder unformlich ausgesaget/ nochmahls befragen zu lassen. De tempore præstandi 179
juramenti a testibus hæc cautela tenenda, quod hæc præstatio fieri
debeat die juridico, non vero feriato ; siquidem generaliter in ju- 180
re nostro civili constitutum legitur, quod omnes actus, tam publi-
ci, quam privati, in diebus feriatis conquiescere debeant *per l. 8. C.* 181
de feriis l. 2. & l. 7. C. eod. hinc Rulandus *de Commissar. & Com-*
miss. p. 1. lib. 6. cap. 18. n. 1. tradit, quod neque die feriato testes ad 182
juramentum admittendi sint, quamvis peractis sacris examen fieri
posse concedat : quod etiam eo in casu, ubi examen testis in die
anteriore absolvi non potuit, permittunt Anton Faber *in Cod. lib.*
3. tit. 11. def. 8. & Ummius in proc. disp. 7. thes. 9. n. 541. Putamus ta- 183
men distinctionem faciendam, esse inter ferias, quæ in honorem
Dei ter optimi maximi, ad per agenda sacra & cultum divinum
vel ab ipsa Ecclesia antiquitus recepta, vel etiam a summa Majesta-
te ordinatæ sunt, in quibus certe iniquum esset, testium devotio-
nem religiosam turbare; cum regulariter omnes alii actus munda- 184
ni conquiescere debeant, nisi summum periculum necessitatis, pu-
ta morbus sonticus & desperatus testis, & periculum mortis adsit,
quia tunc etiam circa ipsam sanctificationem sabbathi necessitas 185
non habet legem, per deducta Rulandi. *d. p. 1. l. 6. cap. 5. n. 6. &*
p. 2. lib. 2. cap. 12. n. 1. Brunnem. *ad l. fin. n. 5. de feriis* Jacob Ayrer
in Proc. Histor. p. 1. *cap. 8. obs. 4. n.* 12. Et eas ferias, quæ saltem ad 186
commoditatem tam judicantium quam litigantium in judiciis in-
droductæ fuerunt ; quales sunt feriæ Mesium, Nundinarum, jeju-
nii & similes. In quibus feriis volente judice & ex consensu par- 187
tis adversæ contra quam testis producitur, omnino juramentum a
teste recipi poterit. *per l. 1. §. 1. & l. si feriatis 6. ff. de Feriis* : ut 188
proinde producens, vel etiam is cujus interest, causam celerius ex
expediri, hac cautela uti posset, adeundo scilicet tam judicem, quam

ipſum adverſarium, atque ab ipſis impetrando, quo teſtis die hac
189 feriata recipiatur. In Ducatu noſtro Magdeburgico vero, quantum ad judicia inferiora attinet, producens hac cautela non habebit opus, ſiquidem in Reviſa ordinatione Proceſſus de Anno 1696.
190 §. hæc extat conſtitutio : Was in dieſen Capitul von denen feriis humanis verordnet/ ſoll bey denen unter Gerichten nicht ſtatt finden/ auſſer denen Perſonen/ welche bey denen Leipziger Meſſen und in der Erndte unumgänglich zu thun haben/ in denen Actibus Voluntariæ Jurisdictionis aber/ als ufnehmung der Teſtamenten/ Geſchencken unter denen lebendigen und dergleichen/ ſo wohl Innungs- und Sachen/ ſo aus Real und Verbal Injurien entſprieſſen und keinen Verzug leiden/ ſoll in denen Unter-Gerichten/ auch in feriis divinis verfahren werden/ und darinn
191 ſich mit denſelben niemand zu behelffen haben. Cum vero hæc ipſa diſpoſitio ſaltem ad judicia inferiora, & ad certas perſonas atque cauſas reſtricta ſit, ad judicium ſupremum Ducatus, atque ad ali-
192 as cauſas & perſonas extendi non debet ; Siquidem in judicio Regiminis Regii omnes feriæ adhuc obſervantur.

193 De tempore, in quo juramentum a teſte præſtandum ſit, ea huc repeti poſſunt, quæ ſuperius *in cap. 2. Sect. I. p. 2. n.* 108. &
194 *ſeqq.* De juramentis in genere diximus, quod ſcilicet tempore ante meridiano & a jejuno præſtari debeant, ad quæ B. L. remitto.

195 Præſtito juramento, teſtis ſuper articulis deponens, hanc cautelam adhibeat, ut ſemper juramentum, ad teſtimonium hoc præſtitum, in animo verſet, quo veritatem in omnibus ſequatur.
196 Reliquæ cautelæ quæ circa teſtes occurrere adhuc poſſent, ex iis quæ de cautelis judicantium & litigantium *in cap. 2. & 3. prolixius attulimus*, atque ex arbitrio boni atque prudentis judicis, pro ratione
197 circumſtantiarum & cauſarum ſuppleri hic poterunt, & ſit hic finis capitis quinti & tranſitum facimus ad

CAPUT

CAPUT VI.

DE CAUTELIS PERSONARUM ACCESSORIARUM JUDICII.

CUm ſæpius in judiciis evenire ſolcat, ut etiam aliæ perſonæ, quæ 1
neque actorum, neque reorum nomine veniunt, ad judicium vocentur; ſiquidem cautelam pro reis eſſe monuit *Dn. Præſes* in 2
introductione ad praxin *cap.* 13. §. 1. ut attendant, an non litem ſibi motam declinare, vel in alium transferre poſſint; nam *Reus* 3
rem petitam alieno nomine ſaltem detinens verum poſſeſſorem nominare, atque ut judicium in hunc transferatur, petere poteſt. Dummodo in principio litis & ante omnes alias exceptiones hæc 4
nominatio, & ita ante litem conteſtatam fiat, uti monuit *Mev. p.* 3. *dec.* 98. & Brunnem. *in proc. civ. cap.* 11. *n.* 13. Ubi nominatus, quam- 5
vis privilegiatus, litem ſuſcipere tenetur, & nominans absque omnibus expenſis abſolvendus erit. **Churfürſtl. Sächß. Proc. Ordn.** tit. 4. §. 3. in verb: Es were denn daß der Beklagte dasjenige/ daraus Er belanget wird/ nicht für ſich ſelbſt/ ſondern von eines andern wegen innen hatte/ und vor der Kriegs-Befeſtigung/ den welchen es zugehöret angebe/ und Jhn den Krieg anzukündigen bäthe/ denn auff ſolchen fall/ wurde Er ſine Expenſarum refuſione, billig ex lite gelaſſen/ und die Sache wieder den rechten Herrn des Gutes ausgeführet ad ap. Berlich. *concl.* 24. *n.* 13. Cum quo textu concordat die Magde- 6
burgiſche Proceß-Ordnung cap. 24. §. 4. in verb. Daferne aber der Beklagte/ dasjenige/ darinn Er beklaget wird/ nicht vor ſich ſelbſten innen hat/ den rechten Herrn des Gutes vor der litis conteſtation, und zwar in primo termino angiebet/ und Jhm dem Krieg Rechtens anzukündigen bittet; welches denn in realibus mixtis, & in rem ſcriptis, auch in 7
poſſeſſorio remedio & actione ſpolii, nicht aber in mere perſonalibus zuläßig/ ſoll es dem Nominato Gerichtlich notificiret/ Er gebührend citiret wieder denſelben die Sache ausgeführet und der Beklagte ohne Erſtattung aller Unkoſten ex lite gelaſſen werden. Non minus quoque 8
Reus, ubi alium habet, qui ex contractu, aut alia cauſa, ipſi, ad evictionem rei petitæ, obligatus eſt, poterit remedio litis denunciationis uti, atque petere, ut denunciato copia libelli cum extractis ex actis publicis confectis, ſuis ſumtibus transmittatur, ipſeque ad

asſiſtendum & defendendum denunciantem citetur, ne res petita evincatur *per l. venditor 49. ff. de judic. & l. 75. ff. de Procurat.*

9 Quod litis denunciatus omnino facere tenetur, ita tamen ut Reus non plane ex nexu judiciali dimittatur, ſed proceſſum cum litis denunciato aſſiſtente continuare teneatur. *Ord. Proc. Sax. tit* 14. §. 1. & 3. Magdeburgiſche Proceß-Ordnung *cap. 24.* §. 1. 2. & 3.

10 Inſuper etiam aliquis, cujus inter eſt, rem petitam, ad Actorem non pervenire, vel proprio motu, vel etiam petente altero, liti inter alios agitatæ, in judicio accedere poterit, ad hoc, ut agentem vel plane a judicio repellat, aut uni parti ob proprium intereſſe aſſiſtat, Brunnem. *in Proc. Civil. c.* 13. *n. 2.* de quibus agitur in ord. Proc. Sax. tit. 15. & in der Magdeburgiſchen Proceß-Ordn.

11 Cap. 25. per tot. ad quas brevitatis ſtudio nos remittimus. Tales perſonæ nominati, Litis denunciati, & intervenientes, vulgo dicuntur,

12 & accеſſoriæ perſonæ judiciorum a nobis jam vocantur, propterea, quod ipſi in judicio non ſtatim in principio litis, comparent, & litem intentant aut ſuſcipiunt, ſed Proceſſui, jamdum ab aliis inchoato,

13 & ex libertate, vel etiam ex neceſsitate accedunt. Nolumus vero circa eas in genere prolixiores eſſe, ſed ſaltem in iis cautelis tractatio noſtra ſubſiſtet, quæ circa nominationem autoris, denunciationem litis, & interventionem, præcipue circa juramenta ob-

14 ſervandæ ſint. Occurrit hic prima cautela, quam tam nominans. qui etiam alio nomine laudans autorem ſuum dicitur, quam etiam interveniens ſua ſponte obſervare tenentur, quod ſcilicet omnibus modis a frivola & calumnioſa nominatione, litis denunciatione, vel

15 interventione abſtineant: Nam ſiquis eum, qui revera non eſt Dominus aut poſſeſſor rei litigioſæ, falſo nominaverit, forte ex hac intentione, ut agenti potentiorem, vexandi animo, obtrudat, poſ-

16 ſeſſionem rei controverſæ perdet, cauſa cadet & inſuper quoque gravi pœna afficietur *per l. un C. qui potentior. vid. Hiltrop. in*

17 *proc. jud. part. 2. tit. 27. n. 9. & ſeqq.* Sed etiam adverſarius actor, contra exceptionem nominationis a reo ſibi in judicio oppoſitam,

18 hac cautela uti poterit, ut reo excipienti deferat juramentum malitiæ, an non ſcilicet remorandæ ſaltem litis gratia & malitioſe, alium poſſeſ-

poſſeſſorem nominaverit; quod juramentum reus omnino ſuſci- 19
pere & præſtare cogetur, uti probavit Brunnem. *in proc. civili, cap.* 11. *n.* 9. *& cum eo Dn. Præſes in introd. ad Praxin. cap.* 13. §. 3. Cum 20
quoque peſſima quorundam cautela ſit, *verba ſunt Dni. Præſidis in introduct. ad Praxin cap.* 13. §. 9. ut ſi videant, ſe victoriam cauſæ reportare non poſſe, alios inſtigent, quo interveniant, & ita adverſarii cauſam duriorem reddant, ideoq; intervenienti quoq; juramentum calumniæ deferri poterit. Cum quo convenit textus der Magd. Proc. Ordn. cap. 25. §. 1. circa finem: in verb: Es mag Ihn auch nach Gelegenheit derer Umſtänden und wenn es das anſehen gewinnet/ als wurde etwas gefährliches darunter geſuchet das juramentum malitiæ ſpeciale zu ſchweren aufferleget werden. add. Chur Sächß. Proc. Ord- 21
nung Tit. 15. §. 1. in verb. und nicht einmahl per Colluſionem oder ingratiam eines und des andern theils hierunter vergebliche protelationes litis ſuche/ deſſentwegen Ihm dann/ da etwa ſtarcke præſumtiones wieder Ihn mittiren/ nach Gelegenheit wohl das juramentum malitiæ deferiret werden könte. De litis denunciatione vero ſi calumnioſa depre- 22
henditur, diſponitur in §. 6. **Daß es darmit auff gleiche Maſſe/ wie mit der** nomination **wenn ſie** manifeſta calumnioſa **befunden worden/ gehalten nehmlich/ daß darauff gar nicht erkandt werden ſolle/** Cautela igitur erit pro interveniente, ut in- 23
tereſſe ſuum vel per teſtem unicum, etiam non juratum, inſtrumentum, aut etiam alias præſumtiones apparentes judici ſummarie demonſtret Zangen *de except. p.* 3. *cap.* 26. *n.* 151. Carpz. *p.* 1. *conſt.* 3. *def.* 30. *n.* 9. *& lib.* 3. *Reſp.* 21. *n.* 8. Magdeburg. Proc. Ordn. Cap. 25. §. 1. in verb. **Woferne Er vorhero** ſeine Prætenſion, **und daß Er** intresſiret/ ſummariſcher **Weiſe bey bringen wird.**
Quod ſi facere non poſsit, ad juramentum confugere, & hac cautela uti 24
poterit, ut vel cum adverſario in judicio vel extra hoc paciſcatur, quo ipſi concedatur, intereſſe ſuum mediante conventionali juramento probare; quod omnino admittendum, per deducta Bald. *in leg. Jusjur.* 25
quod, ex conventione de Jurejur. Vel ut judici demonſtret difficultatem 26
probationis, quo caſu intereſſe probari poterit per juramentum *per*

l. ſi-

l. ſi quando ibique gloſſ. Dd. unde vi add. Seraphin *de priv. juram. priv.*
31. *per tot.* ubi plures limitationes & ampliationes protulit.

27 Cum vero notum ſit, quod litis denunciatus teneatur proceſſum re aſſumere in eo ſtatu, in quo tempore factæ litis denunciatio-
28 nis reperitur, utique ſua ſponte ſequetur, quod litis denunciatus, ſuper iisdem exceptionibus, quas litis denuncians ſeu reus antea in proceſſu oppoſuit, & quoniam adverſarius easdem negabat, ad ſuſcipiendam probationem per ſententiam judicis condemnatus fuit,
29 juramentum deferre non poſſit; eo quod litis denuncians & denun-
30 ciatus pari jure utantur, & pro una perſona habeantur adeoque proceſſum non novum inchoent, ſed jamdum inchoatum in ſtatu priori continuent, ita quidem, ut uterque in eodem cauſam pera-
31 gat: Mev. *p. 3. dec. 96. n. 2. & p. 2. d. 59. n. 4.* Cautelam ergo adhibeat litis denuncians, ut hoc remedio utatur ſtatim in principio litis, & antequam exceptiones ſuas in judicio proponat, quia tunc ex communi conſilio litis denunciati defenſionem conjunctis vi-
32 ribus melius deducere poterunt. Inſuper tamen non negamus, quod præcipue in foro noſtro Magdeburgico, tam ante, quam poſt
33 litem conteſtatam fieri poſſit litis denunciatio; dummodo ante ſententiam definitivam; uti patet ex cap. 24. §. 1. in verb. **mag ſolche vor- bey- oder ſtracks nach der** litis conteſtation, **doch ehe in der Sache zum Urtheil beſchloſſen wird / geſchehen** Dn. Præſes *in*
34 *introd. ad prax. cap.* 13. §. *6.* Secus tamen eſſe putamus in iis exceptionibus, quæ poſt factam litis denunciatonem circa proceſſum
35 competere poſſunt, ſiquidem & hic valere poterit Regula quod ea quæ de novo emergunt, novo remedio & auxilio indigeant. *c. in-*
36 *ſinuate 25. X. de off. delegat. cap. ult. X. de reſtit. in integr.* Adeoque nec deneganda delatio juramenti ob novam cauſam ſupervenientem, per ea quæ late docuit Marſil. *in l.* 1. §. *ſiquis n.* 20. *ff. de quæſt.* & Pacianus *conſ.* 134. *n.* 4.

37 Pro cautela quoque tenendum, quod interveniens pro ſuo intereſſe, motu proprio, melius ſibi proſpiciat, quando novam actionem, contra interventum tanquam detentorem rei petitæ, proponit, & ſic quaſi novum Proceſſum inſtituit, per ea quæ docuit

Mev.

Mev. *p. 5, dec. 401.* & Dn. Præſes *in introd. ad Prax. cap. 13. §. 8.*
tunc enim interveniens in hoc novo proceſſu ab ipſo inſtituto cir- 38
ca delationem & acceptationem juramenti absque periculo verſabi-
tur. Coronidis loco illud adhuc inveſtigandum : An is quoque 39
qui autorem ſuum ex juramento obligatum habet, ut præſtet ipſi e-
victionem, opus habeat, ut ſibi ſpecialiter proſpiciat, de evictione
præſtanda per litis denunciationem in judicio perficiendam? ſiqui-
dem communiter Practici docent, quod omiſſa hac victus reus re- 40
gulariter non habeat regreſſum contra Autorem ſuum, per ea quæ
docuit Carpz. *lib. 5. reſp. 44. n. 12. & ſeqq. leg. 53. in fin. ff. de evi-
ctionibus ibique* Brunnem. *n. 3.* add. **Magdeb. Proc. Ordnung** c.
24. §. 5. verb. Wann aber einer der litis denunciation ſich nicht ge- 41
braucht/ ſoll Er an ſeinen autore ſich zu erholen nicht befugt ſeyn. Es
were dann daß der autor gantz kein Recht gehabt hätte das evincirte
Stücke Guts zu vertheidigen/ oder der Beklagte wolte darthun und be-
weiſen/ daß der autor das evincirte ſtücke Gut zu vertheidigen oder an
Jhn zubringen kein Recht gehabt hätte.

Pro negativa facere videtur, quod quia juramentum ab auto- 42
re præſtitum vim denunciationis & certiorationis habere commu-
niter a Dd. ſtatuitur, uti late probat Menoch. *vol. 2. conſ. 178. n. 18.*
ſecundum regulam ; quod certioratus ſemel, amplius cer- 43
tiorari non debeat. Et pro hac negativa ſtant Covarruv. *lib. 3. reſo-* 44
lut. cap. 17. n. 5. Roland. *a Valle vol. 1. conſ. 6. n. 48.* Seraphin de Se-
raphinis *de privileg. juram. priv. 49 per tot.* at cum juxta proverbi- 45
um, cautela quamvis prima fronte ſuperflua, nocere non poſſit, ſua-
demus potius reo, ut per adhibitionem litis denunciationis ſibi pro-
ſpiciat, moti generalitate textus legis, quod ſub præjudicio evictio- 46
nis ea omitti non debeat; melius ergo facit, qui ſecundum le-
ges procedit, quamvis ſuperfluum agere videatur. Et ſentiunt cum
nobis Franzk. *ad tit. ff. de Evict. n. 663. Burgund. de evict. cap. 60.*
D. Born. *ad univ. jus judic. diſp. 2. th. 3. lit. E.* Beneckendorff. ad Se-
raphin. *tract. de Privileg. juram. priv. 49. n. 5.* quamvis lubenter con- 47
cedamus, quod ipſum juramentum, a venditore vel alio autore præ-
ſtitum, eum ſatis in conſcientia monere debeat, ne emptori evi-
ctionem ex præſtito juramento petenti refragetur, & in perjurium

48 incidat, uti bene monuit B. Brunnem. *ad l. 55. §. 1. n. 5. ff. de evict.* cum quo etiam ſentit Carpzov. *lib. 2. reſp. 16. n. 4.* Berlich. *p. 1. concl. 24. n.* 36. Cum quo monito claudimus nunc ſectionem ſecundam diſſertationis noſtræ.

SECTIO III.

DE

CAUTELIS CIRCA OBJECTUM ET CAUSAS JURAMENTORUM.

1 FInita nunc ſectione ſecunda progredimur ad TERTIAM SECTIONEM in qua diſpiciendum, quæ cautelæ obſervandæ ſint tam ipſi judici quam partibus CIRCA IPSA NEGOTIA SEU
2 CAUSAS, ſuper quibus jurandum eſt: Nam uti in *Part. II. Sect. I. cap. 2. ſub n. 19.* indicavimus, plures dantur cauſæ & negotia, quæ ju-
3 ramenta non admittunt; adeoque cautela erit, tam pro judice quam pro litigantibus, ut ante omnia diſquirant, an negocium, ſeu cauſa, in judicium deducta ita comparata ſit, ut ſuper hac juramen-
4 tum ſubire pars aliqua opus habeat. Protulimus jamdum caſus & negotia aliquot, ubi quis jurare non cogitur, in *cap. 3. Sect. 2. part. 2. a n. 142. usque ad n. 187.* a quorum repetitione non immerito ſuperſedemus, & in ſubſequentibus adhuc ſuper addimus aliquas cauſas & negocia in quibus juramenta locum non inveniunt; deinde ſubjungemus quoque eas cauſas & negotia, ubi juramenti impoſitio & exactio licita eſt.

5 Cautela ergo erit tam pso judice quam etiam pro parte, ne ſuper cauſa futili, & quæ vel nullius vel ſaltem exigui valoris eſt, in
6 judicio delationem juramenti admittant: Siquidem pro generali regula & cautela tenendum, quod in judicialibus toties juramentum juſte exigatur, quotiescunque gravitas negotii controverſi hoc expoſcit, & ſine hoc præſtito juramento lis decidi plane non poſſit.

Vide

Vide latius hæc deducentem Exccll. Dn. Johannem Samuelem Strykium *Consiliarium Saxonicum & Professorem Juris Publicum Patronum devenerandum, in dissert. speciali de eo quod justum est circa juramenta extrajudicialia cap. 1. §. 20. habita in Alma Fridericiana Anno* 1700. Quamvis enim ob vilitatem rei nemo jus suum invitus de- 7
serere teneatur; notum tamen est, quod in perversi huius seculi fece plures rixosi reperiantur, qui ne tantillum quidem de jure suo remittere satagunt, sed potius ob gallinam, anserem, aliamque rem levissimam maximas & sumtuosas lites movent & fovent, ubi plus sumtuum, quam controversæ rei summa est sæpius, impendunt. Conquesti sunt de his jam suis temporibus *Asinius in prax. judic. part.* 8
1. §. 3. n. 30. & 43. Erasmus Ungebauer. *Exerc. 13. qu. 2.* Modis 9
ergo omnibus cavendum, ne tales lites sumtuosæ in republica tolerentur; sed potius omnibus modis præcidantur: præsertim in- 10
ter concives, ne per erogationem inmensorum sumtuum cives & subditi ad egestatem perducantur, & ad sustinenda onera civilia inhabiles fiant. Arbitrio vero judicis prudentis merito committi- 11
tur, ut dijudicet quænam causæ leves & modicæ sint nec ne; uti bene monet Rittershusius *in Nov. part. 9. cap. 3. n. 12.* Siquidem inter divites summa 100. Joachimicorum exigua videri potest, quæ inter pauperes omnino magna habetur. Secundum glossam *in leg.*
6. §. 5. de officio Præsid. Ipse in Praxi mea circa annum 1689. nactus 12
sum causam, ubi in vicina aliqua civitate duo concives & vicini opifices in rixas inciderant: alter alteri per opprobrium in rixa objecerat **Er wäre ein Hauß-Dieb und hätte ihm den Hauß-Hahn gestohlen:** Cum igitur injuriatus de his injuriis, apud judicem 13
loci conqueretur, & honestam declarationem ab Adversario peteret, ne reprehensibilis (ut in vulgus opifices putant) apud collegiatos fieret. Reus de veritate furti excipiebat & actori desuper juramentum deferebat: judex in sententionando attendebat exceptionem hanc, & interloquendo pronunciaverat, Actorem delatum juramentum acceptare debere; At cum Actor ad jurandum condemnatus patrocinium meum imploraret, summam iniquitatem duxi, ut supertam exigua re, in causa, quæ ex rixa provenerat, tam actor, quam re-

us, duo juramenta, nempe tam calu mniæ quam delatum, præſtarent, præſertim cum appareret, exceptionem veritatis pro re nata non attendendam eſſe, quoniam in rixa per merum opprobrium adeoque plane illicito modo reus hanc objecerat; neque Reipublicæ aut civitati aliquid decedere poterat, an ſuper futili hac cauſa veritas manifeſtaretur, an non; Totum ergo negocium ſupplicando & eventualiter appellando ad regimen provinciale retuli; ubi illuſtre Regimen, hoc ipſum, magna cum iudignatione percipiebat, & per Mandatum ſine clauſula judici ſevere præcipiebat, proceſſum ab ipſo limine judicii penitus rejiciendum, neque ullo modo ad delatum juramentum reſpiciendum eſſe, ne profanatio nominis divini committeretur, quin potius reum ad honeſtam declarationem præſtandam, utramque partem vero ad concordiam admonendam & adigendam eſſe. Quod ipſum Mandatum totum proceſſum & incommoda litis plurima ſimul & ſemel ſuſtulit, & juſtisſimis ration-
15 bus ſuffultum erat. Pudeat enim Chriſtianum ob Gallum, qui tribus, vel ad ſummum quatuor groſit emitur, vicinum proximum ita infeſtare, & judicium moleſtare, imo DEUM infinitum de ſuper
16 vindicem & teſtem religioſe invocare. Cum tamen res de qua jurandum gravis & ſeria, non levis eſſe debeat Setſer *de juram. lib. 1.*
17 *cap. 7. n. 3.* Certe ſi muliebre eſt, litigare ſuper re minuta, quam nec operæ pretium eſt, extra judicium petiiſſe, ac ſine ullo litis in-
18 cummodo obtinuiſſe; utique merentur tales litigatores temerarii, ut a judicio penitus repellantur, & ſi acquieſcere nolint, pœna arbitraria coërceantur, quo ceteri qui non aliam vivendi cauſam vel rationem habere velle videantur, niſi ut litigent, deterreantur. Uti bene monuit Herman Lath. *de cenſib. lib. 2. cap. 5. n. 4. & cum eo* Carpzovius *part. 1. conſt. 1. def. 9. n. 12. & 13. it.* Mevius *p. 1. dec. 42.*
19 *per tot.* Quin & judici conceſſum, temerarios litigatores eorumque Advocatos juramento calumniæ vel generali, vel ſpeciali, ejusque impoſitione, a pruritu litigandi deterrere. De quibus juramentis *in Sectione anteriori ſecunda cap. 4. n. 11. & ſeqq. egimus.*

20 Non minns cautela erit pro judice & parte, ut reſpiciant ad ipſum negocium in litem deductum, an ſit posſibile & an in pote-

ſtate

ſtatē jurantis ſit negocium, ad quod ſe per jurauentum obligare debet, perficere, ut ſuper hoc juramentum deferri atque reus ad præſtationem ejus condemnari poſſit. Ad impoſſibilia referimus 21
non tantum ea quæ naturaliter & ſimpliciter talia ſunt, nam cum im- 22
poſſibilium nulla detur obligatio, ultro ſequitur nec ſuper iis juran-
dum eſſe. Richter. *p. 1. dec. 99. n.* 1. *&* 2. *d.* 10. *&* 25. Weſenbec. *p.*
7. conſ. 319. *n.* 156. Sed etiam illa quæ non dependent a poteſtate, 23
& diſpoſitione jurantis, ſed forte ex alterius ſuperioris voluntate: quo- 24
niam in omni juramento intelligitur ſemper excepta autoritas ſupe-
rioris. Per tradita Jaſon. *ad leg. fin. in 2. Not. qui ſatis dare cog.* Rich-
ter. *p.* 1. *dec. 8. n. 46.* & idem etiam ſentiendum de valde difficilibus. 25
Quoniam impoſſibilium & valde difficilium idem eſt judicium. *per* 26
l. cum ſervus 39. §. *conſtat.* 9. *ff. de Legat.* 1. & impoſſibilitati æquipara- 27
tur difficultas magna, uti latius deducit *Barboſa in Theſ. locupl. lib. 9.*
cap. 20. *axiom.* 13. Siquidem hodie res eo deducta eſt, ut in formu- 28
lis juramentorum tot promiſſiones conglomerentur, ut a jurante
præſtari debeant, quæ tamen poteſtati ejus pure non ſubjacent. optime
monente *Excell.* Dn. Strykio *in dicta diſſertatione cap.* 1. §. 26. Unde 29
ex dictis facile colligere licet, quid ſentiendum ſit, de ea clauſula,
quæ in formula **derer Saltzwürcker oder Kothmeiſter im Thale/** legitur & exhibetur in Beati D. Hondorffii **Saltzwerck** *in appendice pag. mihi 49* **Ich will ohne Wiſſen und Willen meines Junckern kein Saltz verborgen oder ausgeben/ und weñ Ich das um baar Geld verkauffe/ Jhme über Nacht/ oder in ſein Hauß anzuſagen nicht verhalten.** Conſtat enim inter omnes, & ſalis coctores ipſi, 30
die Saltzwürcker ingenue confitentur, ſe hoc ipſum neque præſta-
re, neque præſtare poſſe: quin & ipſi Domini ſalinatores, **die Saltz-Junckern oder Pfänner** / non poſtulant de manibus ipſorum, **daß Sie ohne Jhren Wiſſen und Willen kein Saltz ausgeben oder wenn ſie ausgegeben haben/ daß ſolches Jhnen vor Nachts ins Hauß angeſaget/ oder das Geld die Nacht nicht vorenthalten werden ſolte; indem die Fuhrleute öffters bey Nacht ſchlaffender Zeit erſt laden** / ubi ipſi Domini ſalinatores ægerrime ferrent, quando nocturno tempore, ſomno &, quieti de-

ſtinato, fores ipſorum cum impetu pulſarentur, & terror etiam vi-
31 cinis, qui periculum incendii adeſſe putarent, incuteretur. Certe cum communiter fidei horum operariorum totum negocium atque etiam commercium circa ſalem a Dominis ſalinatoribus concredatur hac lege, ut ipſi operarii ſingulis hebdomadibus rationes reddant, & in ſchedulis rationariis, **denen Meiſter oder Wochen-Zettuln** diligenter & fideliter exprimant, quot ſtrues ſalis per totam ſeptimanam confectæ, quotque venditæ fuerint, **wieviel Stücke dieſe Woche an Saltze geſotten/ oder ausgegeben worden;** & ſummam, quæ detractis expenſis (quas omnes **der Saltzmeiſter** erogat) ſuper eſt, juſtificata prius ratione, **wenn der Wochen-Zettul von dem Herrn Pfänner durchgeſehen und richtig be-**
32 **funden worden** pecuniam reſiduam paratam in continenti ſolvant. Sentimus ergo cum *Excell.* Dn. Strykio, *qui in dicta diſſert. cap.* 1. §. *26.* laudabiliter inculcat : quod non inutilis labor foret, ſi formulæ juramentorum vulgares accuratius in examen revocarentur, & demonſtraretur, quam multa iniqua, imo moraliter impoſſi-
33 bilia in juramentis deprehenderentur. *D*ebebant utique juramentum expoſcentes, conſiderare homines eſſe, a quibus juramentum exigunt, adeoque humanæ naturæ conſiderare defectus, imbecillita-
34 tem, imo τὸ ἀδύνατον quo facto melius utique conſuleretur conſcientiæ horum operariorum, ſi clauſula iſta immutaretur, & plane omitteretur, quam quod ſingulis annis tot juramenta non ſine ſcandalo
35 & periculo jurantium, hac in parte præſtarentur : nam & hic ipſe peccat, qui ab eo, quem pejeraturum ſcit, vel probabiliter exiſtimat, juramentum exposcit, & non potius remittit, uti dicitur, *in c. ille qui hominem 5. cauſ. 22. qu. 5.* Brunnem. *ad l. 1. n.* 19. *& ſeqq. cod. de reb. cred. & jurejurand.*

36 Cautela etiam erit pro Judice ut diligenter inveſtiget an negocium ſuper quo jurandum, ſit honeſtum, ut ſuper hoc juramen-
37 tum deferri poſſit: Cayeat ergo Judex, ne permittat, ut ſuper rebus turpibus in Judicio juramenta deferantur, aut præſtentur : Siquidem juxta *Dionyſium Halicarnaſſenſem*, ipſe DEUS rebus pulcris & juſtis

juſtis conſenſum quidem adhibet, verum turpibus atque in honeſtis actionibus ut ſponſor non accedit. Et juramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis. *c. animadvertendum 22. Qu. 2.* Herm. Vultej. *conſ. Marp. 29. n. 17.* Weſenbec. *p. 1. conſ. 23. n. 47.* ſed ſemper debet habere tres Comites, veritatem, Juſtitiam, & Judicium, uti loquitur Hieronymus *in c. 4. etſi Chriſtus Z. Jacobus de Jurejur. adde c. animadvertendum 22. qu. 2.* Quorum ſi unus deficiat, juramentum improbum & illicitum efficitur *d. c. 2. qu. 2.* Beneckendorff. *ad tract. Seraph. de privil. Juram. priv. 90. n. 14.* Roland a Valle *Vol. I. conſ. 98. n. 34.* Weſenbec. *p. 3. conſ. 149. n. 73.* quod libet ergo juramentum poſsibilitatem juſtitiam & honeſtatem continere debet, ſecus neque exigendum neque præſtandum Caſp. Klock. *p. conſ. 52. n. 4.* *addi* Excell. D. Stryk *in dicta diſſert. Cap. I. §. 25.* ubi pro more, h. e. egregie & concinne, materiam prolixam in nuce tradit. Sic & in iis cauſis, ubi ipſa lex, vel conſuetudo aut ſtatutum probationem inſpecie requirit, juramenti delatio non erit admittenda: quoniam juramentum proprie non eſt probatio: *per l. eum qui 30. ff. de Jurejurand.* Menoch. *lib. I. de præſumt. quæſt. 1. n. 36.* Nic. Boërius *deciſ. Burdegal 85. n. 2.* At verba legis vel ſtatuti accipienda ſunt de probatione regulari, legitima & ordinaria, quæ fit per teſtes, inſtrumenta & ſimiles modos; non quæ fit per juramentum, quippe quod irregularis probatio eſt, cum credatur alicui in cauſa propria. Matth. Weſenbec. *p. 1. conſ. 36. n. 17.* ubi limitationes duas habet. Hinc etiam non admittitur delatio juramenti in proceſſu legis diffamari, quando diffamatus diffamanti ſuper facta diffamatione juramentum deferre vult: valde enim abſurdum eſſet, eum, qui ut diffamator ad agendum compelli debet, cogere velle ut ſe ipſum diffamatorem faciat, atque deſuper teſtetur, & per hoc actionem diffamanti præparatoriam contra ſe ſubminiſtret, cum tamen, ſecundum Jura, diffamatorio Judicio agens, ante omnia adfundandam actionem, diffamationem probare teneatur. Blaret *ad leg. diffamari cap. 1. n. 9.* Mev. *p. 3. dec. 393. per tot.* Sic nec is admittendus erit ad delationem juramenti, qui per pactum probationem in ſe recipit; quia pacta ſtricti juris ſunt, & ultra literam non accipiuntur,

tur, nec exteuduntur; ſed omiſſum in iis pro non dicto accipitur.
§ 2 *per l. quicquid 99. ff. de verb. oblig.* Cum vero ipſum juramentum regulariter non ſit ſpecies probationis, ſed potius levamentum a probatione *per l. eum qui* 30. *ff. de probat.* ibique Dd. Jaſon *in l. admo-*
§ 3 *nendi* 31. *ff. de Jurejurand.* utique ſub probationis verbo non comprehenditur, per ea quæ in terminis docuit Mev. *p. dec.* 17. & B. Brunnem. *ad. l.* 31. *ff. de Jurejurand. n.* 11.

§ 4 Quid vero de eo caſu ſentiendum, ubi probatio per ſententiam injuncta fuit, inferius in ſectione IV. ubi de modo & tempo-
§ 5 re deferendi juramenta agendum erit, oſtendemus. Sed num etiam in eo caſu juramentum admittendum erit, ubi quæſtio de
§ 6 ſtatu alicujus in judicio controverſa eſt? Negativam amplectitur B, Brunnem. *ad leg. 9. ff. de Jurejur. n. 24.* ubi contra libertatem tendit juramentum delatum: ne quis ſe per hoc juramentum ſeipſum
§ 7 in ſervitutem conjiciat. Contra Hiltropius *in Proc. Jud. p. 2. tit. 16.*
§ 8 *n. 7.* affirmativam propugnavit per *text. in l. cum proponas 6. Cod. de Reb. Cred.* ubi dicitur, quod ſi partibus placuerit, quæſtionem ingenuitatis & generis jurisjurandi religione decidi, Præſes provinciæ
§ 9 hoc placitum attendere debeat. Quamvis vero B. Brunnemann. *ad. h. l. ſub. n. 1.* concedat, quod etiam in cauſa ingenuitatis juramentum deferri poſſit; attamen *in num. ſubſeq. 2.* ad huc pernegat,
§ 10 quod in cauſa ſervitutis juramenti delatio locum inveniat; ex ratione quod ſuper iis, quæ in poteſtate partium non ſunt, ſeu de quibus partes non poſſunt tranſigere, delatio juramenti locum non
§ 11 habeat: in poteſtate partis vero non eſſe, ſe inſervitutem conjicere. Allegat ſimul autoritatem Gilkenii *in Comment. ad h. t. Cod.* & provocat *ad l.* 32. §. *8. ff. de Recept. arbitr.* ubi dicitur: ſi ſervus compromiſerit, non cogendum judicem arbitrum, dicere ſententiam, nec ſi dixerit, pœnæ executionem dandam eſſe, & quodſi liber eum eo compromiſerit, executionem adverſus liberum dandam non eſſe.
§ 12 Nihilominus tamen cum Hiltropio ſentit Dionyſius Gothofred. *in not. ad h. l. ſub. n. 4. item* Ummius *ad Proc. diſp.* 14. *theſ.* 3. *n.* 14. qui ſimul allegar autoritatem Bartoli *in not. ad textum l.* 3. §. 2. *ff. de Jurejurando*, in quo generlia hæc verba leguntur: *Sed etſi de conditione*

ditione perſonæ fuerit juratum Prator Jusjurandum tuebitur, ut puta detuli Jusjurandum & juraſti in poteſtate mea te non eſſe, tuendum eſt Jusjurandum. Apud nos cum ſervitus talis, uti apud Romanos 63
in uſu erat, exultet; ſiquidem & noſtri ſervi & ancillæ, mercede lo- 64
cationis conductæ, liberi homines manent, ſuper quæſtione hac diſputatio inanis erit; ſiquidem finito locationis conductionis tempore ſervitus quoque ceſſat. Interim tamen perſuaſi ſumus, quod 65
ſecundum jus civile Romanum, & ſtatum ejus temporis B. Brunnemanni *opinio* ſuſtineri poſſet. Neque obſtaret allegata *lex. 3. §. 2.* 66
ff. de Jurejurando. cum ſecundum verba textus, ibidem non ſuper eo caſu ſervus jurat, quod ſit ſervus, & in poteſtate deferentis, ſed potius negative, quod non ſit in poteſtate ipſius deferentis, quod juramentum præſtitum notorie libertati non repugnat; quamvis 67
ex allegata *l. 32. §. 8. ff. de recept. arbitris* opinio Gilkenij negativa ſuſtineri vix poſſit, quoniam in dicto §. de ſpeciali caſu ſermo eſt, ubi ſervus cum extraneo compromiſit, ad certam pœnam, inquo caſu certum eſt, ex hoc compromiſſo ſervi, non dari actionem de peculio *per l. 3. §. 8. ff. de peculio add.* Dionyſius Gothofred. *in not. ad l. 32. §. 8. ff. de recept. arb. n. 79.* a quo ſpeciali caſu vero gene- 68
ralis argumentatio non procedit; Inſuper *ex l. 3. §. 3. ff. de Jurejur.* 69
patet, quod ſuper ea quæſtione ſtatus, an mulier prægnans ſit vel non; deferri juramentum poſſit, in tantum, ut juramento ſtandum ſit, adeoque ſi mulier poſſeſſionem bonorum ventris nomine petat, & juret ſe prægnantem eſſe ex eo, cujus bona poſſidere intendit, ſine omni metu in poſſeſſionem bonorum ire poſſit: quod ſi vero adverſarius delatum juramentum acceptaverit & juraverit contra mulierem, ipſam non eſſe gravidam, a poſſeſſione abſtinere teneatur: hoc ipſum tamen juramentum partui poſtmo- 70
dum edito non obeſſe, ſed veritatem adhuc quærendam eſſe, de- 71
cidit Marcellus *in fine* §. 3. *dictæ legis*, ex hac ratione, quod Jusjurandum alteri nec proſit, nec obſit. *add. l. 1. ff. ſi mulier Ventr. nom.* 72
certum enim eſt, juramenti vinculum perſonale eſſe. Menoch. *tom. 5. conſ. 439. n. 37.* adeoque perſonas jurantium non excedere, ne- 73
que ad alios extendendum eſſe. Herm. Vultei. *conſ. Marpurg. 58. n.*

33. *pag. m.* 1383. ubi ſimul *ſub n.* 70. limitationes addit; quas videre licet.

74 Quo vero apertius conſtet, ſuper quibus factis & cauſis judex delationem & præſtationem juramenti admittere debeat: in genere pro cautela ſciendum; quod ſuper omnibus rebus, ſuper quibus obligationem contrahere licet, juramenta quoque deferri pos-
75 ſint, quæ non nominatim in jure reperiuntur prohibitæ: ita quidem, ut in præteritis juramentum aſſertorium, in præſentibus &
76 futuris vero juramentum promiſſorium locum inveniat. Præſertim vero cauſæ civiles & pecuniariæ delationem juramenti admit-
77 tunt, tam ſecundum JUS CIVILE *per text l. illud. 25. §. 1. ff. de conſtitut. & l. ſed ſi 11. §. cum hereditate 3. ff. de Jurejurando. l.* 13. 30. & 34.
78 *ff. eod.* QUAM SAXONICUM vid. **Churfürſtl. Sächß. Proceß-Ordnung** tit. 18. **So der Kläger dem Beklagten die Klage ins Gewiſſen ſchieben und den Eyd derowegen** deferiren **wolte/ ſoll Ihm ſolches/ wann Er gleich keinen Schein noch**
79 **Beweiß vor ſich hat/ nachgelaſſen ſeyn.** Ut & JUS PROVINCIALE MAGDEBURGICUM. Pertext **der Magdeburgiſchen Prveeß-Ordnung** cap. 29. §. 1 verb. **Einem jeden Kläger iſt dem Beklagten auch in** Proceſſu ſummario **der klagen Grund ins Gewiſſen zu ſchieben nachgelaſſen ob er gleich**
80 **keinen Beweiß oder Schein vor ſich hätte.** Unde ſequitur, judicem delationem juramenti in ſententionando attendere debere,
81 in cauſis civilibus & pecuniariis. Etiam in *actione injuriarum*, civiliter, i. e. ad deprecationem vel honeſtam declarationem, aut ſecundum jnra Saxonica ad æſtimationem, quæ tamen in foro Magdeburgico penitus ſublata, per textum **der neuen Proceß-Ordnung** *cap. 50. §. 10. in fine) intentata per l. 5. §. hac lege 8. ff. de*
82 *Injur. & l.* 11. §. *1. ff. eod.* Ubi actor nihilominus petere poteſt, ut reus ex officio a judice arbirrarie, vel pecuniaria mulcta, vel carceris pœna ob delictum ſimul afficiatur. *Deciſ. Elect. Sax.* Joh. Georgii II. *17. ibique* Philippi *obſerv. 3. per tot.* Carpz. *prax. Crim. p. 2. qu. 95. n.* 26. **Magdeburgiſche neue Proceß-Ordnung** *cap. 50.* §. 8.
83 Quæ tamen majorem, quam pecuniariam multam, vel carceris

pœnam

pœnam hoc caſu non admittit. Quod ſi vero reus criminaliter 84
ad palinodiam & pœnam corporis afflictivam agat, & in caſum
negationis juramentum reo injurianti deferre velit, tunc cautus ſit
judex, ne tale juramentum admittat, quin potius per ſententiam
pronunciet, **daß die angemaſſete Eydes-**delation **nicht zuläßig/**
ſondern klagender Injuriatus **den Grund der Klage/ uud was**
Ihm daran verneinet worden zuerweiſen ſchuldig. Ratio in 85
promptu eſt, quoniam cauſæ criminales ad pœnam corporis afflictivam tendentes, requirunt probationes luce meridiana clariores,
per l. ult. Cod. de probat. qualis probatio ex juramento, tanquam 86
privilegiata & extraordinaria probationis ſpecie, non reſultat. Idem
Carpzvv. *prax. crimin. p. 2. qu. 95. n. 67. & ſeqq.*

At quid ſi actor ſaltem in Palinodia ſubſiſtat, & nullam pœ- 87
nam corporis afflictivam, ſed vel relegationem vel carceris petat?
an & tunc audiendus ſit delatione juramenti? affirmativam tenet 88
Lauterbach. *concluſ. Forenſ. Exerc. 6. concl. 2.* D. Schvvendendoffer.
ad Proceſſ. Fiebigii *part. 2. cap. 2. membr. 2. ſect. 1. n.* 608. *& ſect. 3.*
n. 690. Contra negativam in Praxi fori Saxonici receptiorem eſ- 89
ſe defendunt, Berlich. *p. 1. concl. 29. n. 47. & ſeqq.* Carpzov. *p. 1. conſt.*
22. def. 2. n. 1. & in prax. Crim. p. 2. qu. 95. n. 68. *& ſeqq. lib. 3. reſp. 44.*
n. 3. cum allegatis. In foro noſtro Magdeburgico, cum diſpoſitio- 90
nem ſpecialem non habeamus, adeoque juxta præfationem **der**
Policey-Ordnung recurrendum ſit ad jus Civile, affirmativa po-
tius amplectenda erit: Quoniam ex jure civili patet, actiones 91
criminales, civiliter tamen ad rei perſecutionem intentatas, dela-
tionem juramenti admittere *vid. l. 13. §. 2. & l. 28. §. 4. & 5. ff. de*
Jurjurando c. vlt. X. eod. at actionem ad palinadiam talem quaſi 92
rei perſecutoriam & civilem actionem eſſe, quia per ipſam inju-
riatus famam quaſi perſequitur, ipſe fatetur Carpzov. *in prax. Crim.*
p. 2 q. 94. n. 50. & ſeq. Adeoque firmiter concludendum, & pro 93
cautela tenendum, quod judex in omnibus ACTIONIBUS CRI-
MINALIBUS, civiliter ſaltem ad ſatisfactionem intentatis, dela-
tionem juramenti a partibus factam admittere debeat, atque ita do- 94
cuerunt Bartolus *in l. maritus ff. de quæſt. per l. 3. ff. & l. ſi duo patroni*

§. *Idem Julianus. ff. de Jurejur.* Salicicet. *in leg. bonæ fidei ff. Rer. Amot. Paul. de Caſtro. conſ.* 397. *col. per* Martin Uranius *tom.* 3. *conſ. 6. n. 7.*

95 Ubi vero ſimul ad pœnam corporis afflictivam reo infligendam ſimul in libello agit & juramentum ſuper libello reo convento deferre velit, tunc delationem juramenti non admittat, ſed reum
96 ad ſuſcipiendam probationem per ſententiam adigat : Atque ita in judiciis noſtris multoties pronunciatum memini **daß die angemaſſete Eydes** delation **nicht ſtatt habe/ ſondern Kläger den Grund der Klage / und was Ihm daran verneinet worden/ wie Rechtens zu erweiſen ſchüldig ſey.**

97 At quid ſentiendum de CAUSIS FAMOSIS ? An & ſuper his
98 delationem juramenti judex in judicio admittere debet ? Negativam tenet Weſenbec ! *in Parat. ff. de prob n. 5.* qui rationem ſubminiſtrat, quod cauſæ famoſæ æquiparentur capitalibus, & propter intervenientem dolum, nemo jurare cogendus eſſet. Weſenbecio
99 ſe aſſociat Matth. Berlichius *p.* 1. *Concl. 21. n. 87.* & ita etiam conſuluit Modeſtin. Piſtoris. *Vol. 1. conſ. 62. n. 13.* Erneſtus Cothmann.
100 *lib. 2. Reſp. 82. n. 9. & ipſe* Carpz. *prax. Crim. p. 2. quæſt. 95. n. 69.* ubi hanc rationem dat, quod in cauſis famoſis, non ſecus ac in criminalibus requirantur probationes luce meridiana clariores, inter quas juramentum, tamquam extraordinaria probatio referri non poſſet:
101 Inter Neotericos quoque D. Pulus Franciſcus Romanus *in notis ad We-*
102 *ſenbecium tit. de Jurejurando n. 10.* negativam amplexus eſt. Nos diſtinctione ſuperius adhibita, ſcil. ut non agatur ad pœnam corporis afflictivam, ſed ſaltem ad perſecutionem Rei : Affirmativam amplectimur, moti per textus Juris Civilis expreſſos, qui habentur in *l.* 52. §.
103 *77. ff. de verb. ſiquis juraverit, ſe furtum non feciſſe, add. lex* Marcellus *l.* 1. §. 1. *cum legg. ſeqq. ff. Rer. amot* ubi habetur, quod juramentum
104 poſſit deferri ei, qui res amoviſſe arguitur. Quod etiam procedit in iis, qui ſunt participes furti, & iisdem cauſis obnoxii *per l. ult.* §. *ſic ubi verſ. ſola ſuſpicione apud aliquem afferantur abſcondita, de ſua conſcientia ſatisfacere teneatur, & verſ. familiarium & ſociorum ſeu participum, & omnia iisdem cauſis obnoxiorum Cod. de his qui ad Eccleſ. confug.* Weſenbec. *p.* 3. *conſ.* 133. *n. 6. add. l. 5. §. 8. ff. de Injur. verb. permittitur*

Actori

Actori, Jusjurandum deferre, ut Reus juret, se injuriam non fecisse, & l. 11. §. 1. in verb. & si Jusjurandum exactum fuerit. ff. eod. item l. 28. §. 1. verb. si modo ideo interpositum est Jusjurandum, ut de ipso contractu, & de re, non de persona jurantis ageretur. ff. d. Jurejurando. Ex quibus 105
firmiter concludendum, quod quoniam super furto, injuriis & Contractibus, Mandati Depositi, ob quos condemnatus quis famosus fieri poterit, juratum fuisse leginus, etiam adhuc super talibus negotiis juramentum delatum admittendum esse, & hanc affirmativam sequuntur 106
tur Abbas, Panormitanus, Cujacius, *aliiq; Commentatores ad cap. ult. X. de Jurejurando, ipse* Carpz. *in Jurisprud. Forens. p. 1. Const. 12. def. 12. n. 4. & lib. 3. Resp. 53. n. 22. & seqq.* sibi non contrarius, in iis, quæ *in Praxi Crimin. p. 2. qu. 95. n. 69.* quoniam ibidem expresse de eo casu loquitur, ubi Reus ad pœnam corporis afflictivam agere vult: quo casu juramentum non admitti indubium est. Atque secundum 107
hanc opinionem affirmativam in judicio **derer Königl. Preußiß. Berg-Gerichten zu Halle** / in causa injuriarum **Johann Salbachs** / contra **Andream Bertholden und** *Consorten*, ubi Actor propter hæc verba, quod in scriptis Rei posuerant, Actorem circa testimonium pro Consorte prolatum, non satis conscientiose deposuisse, Actionem injuriarum ad Palinodiam intentaverat, Rei vero de veritate scriptorum excipiebant, atque super hac exceptione juramenti delationem reservarunt: Actor vero, se super hoc facto imputato famoso jurare non debere, replicabat, causa conclusa pronunciatum d. 18. Febr. 1704. his formalibus: **Dieweil Beklagte das** producirte Documentum recognosciret, **dabey aber ihnen einige** opponirte Exceptiones reserviret. **So seynd sie dieselbe / insonderheit** Exceptionem veritatis convicii, **binnen Monats-Frist gebührend** fundiren / **und beyzubringen / oder das** Jnramentum **vorbehaltener massen / zu** deferiren **verbunden / worauff in der Sache ferner ergehet was Recht ist.** Quæ sententia in rem judicatam transiit. Tuto ergo Judex hanc Cautelam re- 108
tinere poterit, ut Actorem in causa, ad infligendam Reo pœnam corporis afflictivam agentem, & delatione juramenti utentem, non admittat, ubi vero saltem civiliter, ad persecutionem Rei actio intentata

109 tata fuerit, actori delationem juramenti concedat. Et hæc affirmativa etiam probata *in Deciſ. Elect. JOH. GEORGII III. noviſ.* 17. *vid. ad eam* D. Philippi *obſerv.* 2. *&* 3. *add.* Brunneman. *in Proc. Civ. cap.* 23. *n.* 9. *& de Jure Eccleſiaſtico lib.* 3. *cap.* 5. §. 3. *item in Comment. ad l.* 9. §. 2. *ff. de Jurejurand. n.* 9.

110 Exinde prono alveo fluit, quod etiam in CAUSA DEPOSITI ſaltem civiliter, ad reſtitutionem Rei depoſitæ, non vero ad pœnam aliquam intentata, Judex delationem juramenti admittere teneatur, licet per hanc ipſam actionem per conſequens Reus doli arguatur. *per l.* 10. *C. de reb. Cred. & Jurejurand. ibiq;* Brunneman. *n.* 1. *& ſeqq.*

111 modo Actor caveat, ne pœnam ſimul corporis afflictivam aut infamiam Reo infligi petat, vid. Carpzov. *in Proc. tit.* II. *art.* I. *n.* 65. 66.

112 *& part.* 3. *dec.* 231. *it. lib.* 3 *Reſp.* 45. *n.* 11. *& Reſp.* 53. *n.* 23. Sic & in CAUSA IMPRÆGNATIONIS ubi de concubitu, ſub ſpe promiſſi matrimonii facto deflorata, in Conſiſtorio, ad hoc ut deflorans conſummet promiſſum matrimonium, agit, delationem juramenti tam ſuper ipſo concubitu, quam ſuper promiſſione matrimonii, a judice admittendam eſſe egregie docuit B. Dn. Brunneman. *de jure Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 5. §. 3. addantur ea, quæ ſuperius *in cap.* 3. *ſect.* 2. *n.* 146. *& ſeqq.* de ſtupro, & quatenus ſtuprata juramentum ſtupratori deferre poſſit, docuimus.

113 Præſertim vero hæc ſententia procedit in eo caſu, ſi Actrix nullam aliam habeat probationem, qua de imprægnatione & promiſſio-

114 ne matrimonii fidem facere poſſit; ex ratione, ne in favorabili cauſa matrimonii, pro cujus conſummatione præcipue laborandum, Actrix

115 probationibus deſtituta, cauſa cadat; cum notum ſit, ad actum concubitus neque Notarium neque teſtes adhiberi, & quod carnalis copula directe probari nequeat, uti poſt multos alios Autores docuit Angel.

116 Aretin. *in tit. de Teſt. gloſſ.* 46. *n.* 5. Adeoque non prætermittendum erit juramentum, ne quid tentetur in fraudem, & ex defectu probationis copulæ, ſeparatio fiat matrimonii, contra legem divinam & humanam. vid. Everhard. *Vol.* 2. *conſ.* 30. *n.* 37. *&* 38. *add.* Brunneman. *ad l.* 9. *n.* 25. *&* 26. *ff. de Jurejurand. &* Schvvendendorffer *ad Proc. Fiebi-*

117 *gii part.* 2. *cap.* 2. *membr.* 2. *ſect.* I. *pag. mihi* 1290. Et hæc opinio in foro

foro noſtro Magdeburgico, in Conſiſtorio Regio, ex communi concluſo uſu receptam eſſe, probant infinita præjudicia, ex quibus vel aliquot retuliſſe ſufficere poterit, veluti in cauſa M. D. S. contra W. 118
C. W. **den** 6. Septembr. 1703. in Conſiſtorio publicatum fuit: verb. ſentent. **daß Bekl. ſeines Einwendens ungeachtet / den von der Klägerin** *fol. act. 5. & 65.* **deferirten Eyd abzuſchweren ſchuldig ſey.**
Item in cauſa **Seegerin** contra **Hanß Joachim Müllern** / ubi 119
Actrix tam ſuper ſtupro, quam etiam ſuper promiſſione Matrimonii, Reo juramentum detulerat, in Conſiſtorio Comitum de Mansfdld Islebienſi pronunciatum *d. 9. Julii* 1703. **Weil Beklagter auff die Klage** in eventum **geantwortet / und derſelben allenthalben nicht geſtändig / ſo iſt er darüber ſein Gewiſſen / dahin ihm dieſelbe in Verneinungs Fall geſtellet worden / vermittels Eydes zu eröffnen ſchuldig.** Quæ ſententia in inſtantia Appellationis a 120
Conſiſtorio Regio Ducatus Magdeburgici, perſententiam de publicato **den** 3. *Julii* 1704. confirmata, ſimulque Reus Appellans & poſtmodum Leuterans utroque caſu in expenſas retardati proceſſus condemnatus fuit.

Inſuper pro Cautela tenendum, quod in foro Magdeburgico 121
eo in caſu, ubi Reus confitetur copulam carnalem, per hanc ipſam confeſſionem gravetur ad præſtandum juramentum purgatorium; quod inuunt verba textus **der Policey-Ordnung** *cap.* 37. **von Ehegelöbniſſen** §. 20. verba textus ſic ſonant: **Wann bey der Klage / nach für gegangenen heimlichen Verlöbniß / das Beyſchlaffen / auch wohl gar die Schwängerung erfolget / und daß die Ehe vollzogen werde / kein Bedencken ſeyn würde / die Manns-Perſon auch zwart den Beyſchlaff geſtehen / die Ehliche Zuſage aber ins Leugnen ſtellen wolte / ſo verordnen Wir hiermit / daß ſolche Manns-Perſon** condemniret **werden ſolle / auff vorgehende genungſame Verwarung vor der Gefahr und ſchweren Straffe des Mein-Eyden mit ſeinem leiblichen Eyde / daß Er der Beſchlaffenen Perſon / wenn auch gleich keine Schwängerung daraus erfolget / die Ehe nicht zuget habe / ſich zu reinigen.**
Atque ſecundum hanc diſpoſitionem in omnibus CAUSIS 123
MA-

MATRIMONIALIBUS in Consistorio Ducatus Magdeburgici pronunciatum fuisse, testantur præjudicia in causa **Halterin** contra **Reichen**/ & alia quamplurima, ita ut hac in parte nullum resideat du-
124 bium. Sic & fœminas imprægnatas, vel cum quibus saltem copulam carnalem intercessisse reus negare non poterit, pro re nata, ubi actrices per indicia & præsumtiones fidem & probationem semiplenam illustri judicio de desponsatione facta facere & reum de perjurio committendo suspectum redarguere poterunt, ad juramentum suppletorium admissas fuisse memini in causa **Schönfeldin** contra **Kobern**
125 item in causa **Rammelin** contra **Kinden**/ & multis aliis. Ubi pro cautela tenendum, quod actrix eo in casu, ubi ad consummationem matrimonii agit, reus quoque concubitum confessus est, omnibus modis eo enitatur, ne reus, præsertim, ubi de perjurio suspectus est, ad præstationem juramenti purgatorii admittatur, sed potius conquirat, talia adminicula, quæ vel reum de perjurio suspectum reddant, aut præsumtiones pro promissione matrimonii tales afferat, quæ semi plenam probationem facere possint, quo casu actrix petere poterit, ut po-
126 tius ad juramentum suppletorium admittatur: Indicia suspicionis contra reum esse poterunt, vitæ tam anteactæ quam modernæ perversitas & quod mentiri & nullius conscientiæ, atque ob levissimam causam jura-
127 re solitus sit; ubi multum conducet actrici fœminæ, si ex actorum evidentia demonstrare possit, reum in hac vel illa parte contradictoria
128 posuisse & mentitum fuisse: item quod extra judicium forte confessus fuerit erga alios, quod nolit derelinquere, sed ducere stupratam, dummodo parentum consensum, vel dilationem consummandi ma-
129 trimonii impetrare posset. Quoniam hisce & aliis circumstantiis & indiciis probatis, qualia recensentur ab Harprechto *in cons. Tubing.* 25. *n.* 29. 30. *seqq.* Actrix, alioquin integritate fidei & vitæ probitate conspicua, aditum ad suppletorium juramentum sibi parare poterit.
130 Siquidem ex eo solo, quod mulier sub spe matrimonii in copulam carnalem consensit, turpis persona non efficitur, præsertim si nunc ad saniorem vitam reversa fuerit, uti pulchre tradit Roland. a Valle *in tract. de lucro dotis quæst.* 70. *n.* 7. *Et* Everhard. *cons.* 30. *Vol.* 2. *n.* 51.
131 *& seqq.* ubi sub *n.* 41. docet, quod magis standum sit juramento mu-

lieris,

lieris, asserentis copulam carnalem, favore matrimonii, quam viri negantis. Observatum hoc ipsum fuit in causa der Schönfeldin contra Kobern/ item in causa der Rammelin contra Kinden/ in quibus casibus Consistorium Regium Ducatus Magdeburgici non ita pridem actrices defloratas ad juramentum suppletorium admisit. Pugnant hic Dd. an actrix ad juramentum suppletorium admittenda sit: ubi communiter negativam sustinent: ex ratione, quod causæ matrimoniales annumerentur causis arduis, ubi juramento suppletorio non esset locus. *Vid. late* Wamesius *cons. 135. n. 3. & seqq.* Nicolaus Antonius Gravatius *in cons. quod in consiliis matrimonialibus specialibus in speciali Volumine in fol. Francof. ad Moen. 1580. edito in ordine, consil. 81. est per tot.*

Insuper 2) inter Dd. qui hoc juramentum admittunt, controvertitur, qualis probatio adesse debeat ut juramentum hoc suppletorium locum habere possit? Beust. *de sponsalib. cap. 41. & ad l. 3. ff. de Jurejur. n. 269. & seqq.* Berlich. *p. 1. concl. 54. n.* 14. talem requirunt probationem, quæ excedat semiplenam, quæque proxime a perfecta probatione absit, conjecturis haud levibus adjuta. Contra Carpzovius *in Jurisprud. Eccles. lib. 3. def. 46.* sufficere semiplenam probationem asserit, cui se opposuit Brunnem. *cons. 62. n. 4. & seqq.* ubi Carpzovii rationes impugnat. Præterea Dd. faciunt differentiam inter sponsalia publica & clandestina, & in his posterioribus non admittunt juramentum suppletorium, etiamsi plus quam semiplene probatum esset, *vid. late idem* Gravatius *d. cons. n. 27. & seqq*, Nos media via incedentes, arbitrio prudentis judicis multum hac in parte tribuendum esse putamus cum Bernhardo Græveo *lib. 2. concl. 96. n. 10. & 11.* Et firmiter persuasi sumus, quod judex semiplenam actricis probationem, pro matrimonio ex actis apparentem deprehendens, eam ad suppletorium juramentum admittere possit. Quoniam in genere Dd. hoc juramentum admittunt, in casu semiplenæ probationis: & quia magis laborandum pro matrimonio, quam contra illud, præsertim ubi reus concubitum confessus, & de perjurio suspectus, actrix vero integritate vitæ & conscientiæ conspicua esset. *add.* Martin Urani-

144 us *tom.* 3. *conſ.* 3. *n.* 8. atque ita pronunciatum in cauſa **Rammelin** contra **Kinden** in Conſiſtorio Magdeburgico **den** 24. Maij 1703. **daß Klägerin des geklagten Ehe-verſprechens halber zum Erfüllungs Eyde dergeſtalt zu zulaſſen/ Eydlich zu erhalten/ daß Ihr beklagter die Ehe verſchiedentlich zugeſaget und verſprochen habe: ferner darauff zu beſchehen was**
145 **recht iſt.** Et Facultas juridica Francof. in cauſa **Göltzers** contra **Beckerin den** 10. Aug. 1703. **daß geſtalten Sachen nach/ da Klägerin die Ehe Verſprechung** ſemiplene **nicht erwieſen/ zum** juramento ſuppletorio **nicht zu zulaſſen ſey.**

146 Circa hanc doctrinam illud adhuc notandum, quod in tali cauſa matrimoniali, ubi copula carnalis acceſſit, minus legitime agat Advocatus, ſi in poſitionibus & aliis ſcriptis dicat, ſe velle ſuper ſtupro juramentum reo in caſum negationis deferre, ſiquidem per hanc ipſam loquendi formulam actricem pro ſtuprata, adeoque pro vili perſona venditat, & adverſario anſam excipiendi ſubminiſtrat; potius ita dicendum, ſe velle reo, in caſum futuræ negatio-
147 nis ſuper copula carnali facta juramentum deferre: Nam hoc in caſu copula carnalis, non animo ſtuprum inferendi vel patiendi, ſed potius ex animo & affectione conjugali facta reputatur. monitum eſt B. Brunnemanni *in jure Eccleſiaſtico tit.* 3. *cap.* 5. §. 3. *lib.* 2. *cap.* 16. §. 8. & Dn. Præſidis *in annot. ad eundem.*

148 Quamvis nec hoc negari poſſit, quod etiam eo in caſu, ubi quis ſciens mulierem inhoneſtam eſſe, ipſi cohabitavit, & matrimonium promiſit, non minus promiſſio ſit obligatoria, quam ſi cum honeſta fœmina contraxiſſet, adeoque etiam delatio juramenti lo-
149 cum habebit; ſiquidem de impudica meretrice caſus habetur *in*
150 *c. fin. c.* 32. *qu.* 1. *add.* Socin. *Senior conſ.* 28. *per tot.* quin nec ſponſus cum vitiata & meretrice, ſciens eam talem eſſe, ſponſalia contrahens, poſtea eam repudiare poteſt; quia ſero nimis recuſat mores, mulieris, quos Uxorem ducendo probavit *per l.* 13. §. *ult. ff. ad l. Jul. de Adult.* Carpz. *in Jurisprud. Conſiſt. lib.* 2. *tit.* 10. *def.* 187. *n.* 19.
151 pertinet huc ſententia Facultatis Juridicæ Francofurt. in Conſiſtorio Ducatus Magdeburgici, in cauſæ **Chriſtoph Göltzers**/contra **Catha-**

rí-

tharinen, Beckerin, d. 10. Aug. 1703. publicata, ubi in rationibus decidendi hæc habebantur verba: **Da hier auch wol in acht zunehmen/daß Bekl. wohl gewust/ wie Klägerin vor einen andern zuvor Beschlaffen gewesen / Er sich aber gleichwol mit Ihr vermischet/ dahero Ihn der umbstand** /*pudicitiæ ante hac prostratæ* **von dem** Juramento purgationis **nicht befreyen kan.**

Secessum ergo fecit observantia Fori nostri Magdeburgici a communi Dd. opinione, qui delationem juramenti judicialis actrici non permittunt, hunc in finem, ut Reus tale delatum juramentum præstare possit; ex ratione quod tale juramentum tenderet contra matrimonium, unde vulgaris cautela constituitur, quod saltem delatio juramenti affirmativi, pro matrimonio consummando admittatur hunc in modum, ut reus conventus dicat: *Volo esse Actricis maritus, si juraverit, me promisisse ipsi matrimonium*: ex ratione, quod per hanc ipsam conditionem, ab Actrice acceptatam, de novo quasi contrahatur matrimonium: delationem vero & præstationem juramenti negativi non admittunt, ita ut Reo desuper; quod Actrici matrimonium non promisisset, neque juramentum deferri possit, neque ad præstationem juramenti delati admitti debeat: quippe non deberet esse in potestate partium contrahentium, matrimonium per juramentum dissolvere, quod tamen vinculum esset indissolubile. & hæc est sententia Joachimi a Beust. *ad l. ait.* Prætor. 3. *ff. de Jurejurand. n.* 30. 64. *& seqq. & in Tract. de sponsalib. lib. I. cap.* 54. Gail. *lib. 2. observ. 94. n.* 13. *& seqq.* Setser. *de juramentis lib. 4. cap.* 4. *n.* 7. *& seqq.* Mev. *p.* 5. *dec.* 110. *n.* 4. cui adstipulantur Dd. Juris Saxonici, Schneidevvin. *ad* §. II. *Inst. de Act. n.* 26. *& seqq.* Heigius *p.* 2. *qu.* 16. *n.* 4. *& seqq.* Richter. *p.* 1. *dec.* 8. *n.* 26. *seqq.* Berlich. *p.* 1. *concl.* 29. *n.* 49. ubi in distincte ponit, nihil interesse, sive ad matrimonium dissolvendum sive ad consummandum agatur, quoniam utroque casu cessare putat delationem juramenti udicialis. add. Carpz. *in Iurisprud. forens. p.* 1. *c.* 12. *def.* 30. *& const.* 22. *d.* 3. *n.* 1. *item in Iurisprud. Ecclesiast. lib.* 2. *def.* 233. *n.* 6. *& lib.* 3. *def.* 44. Rationes eorum accurato studio congessit supra laudatus Excell. Dn. Joh. Samuel Strykius *in dissertatione speciali de delatione juramenti in matri-*

monialibus, habita Halæ Magdeb. ann. 1702. §. 7. 8. *& seqq. usq; ad* §. 16.
162 contra quas tamen contrarias *in* §. 17. *& seqq.* profert, intrepide asserens, delationē juramenti non tantum promatrimonio, sed & contra illud valide fieri posse: Provocat simul ad autoritatem Illustris D. Bornii *in dissert. de Iuramento Iudiciali cap.* 4. *n.* 6. *&* Dn. Præsidis *in tract. de dissensu sponsalitio Sect.* 3. §. 31. cui possumus adhuc addere Bernhard. Grævæum *lib.* 2. *concl.* 94. *n.* 3. ubi simul allegat. Hieronymum *de Cavallos in spec. opin. quæst.* 449. *ante num.* 2. *add. Mascard. de pro-*
163 *bat. concl.* 1033. *n.* 18. qui Abbatis conformem sententiam allegat. & quoniam laudatissimus Strykius suam assentionem per totam dissertationem probat, simul argumenta adversariorum solide refutans, subjuncto in fine responso illustris Facultatis juridicæ Hallensis mense Octobri 1702. ne actum agere videamur, B. L. ad illam solidam & eruditam dissertationem remitto.

164 Ubi tamen simul §. 40. optime monuit, quod si contra reum adsint quædam indicia, non opus sit delationi juramenti, quoniam hoc in casu omnes allegati Dd. concedunt, reo juramentum purgatorium, vel pro re nata actrici suppletorium imponi posse.
165 Uti etiam concedit D. Schvvendendorffer. *in Proc. pag. mihi* 1290. ubi statuit puellam sub spe matrimonii defloratam juramentum deferre posse defloranti super concubitu, ad hunc finem, ut ipse jurare recusans, ad purgatorium gravetur, vel ipsa pro qualitate
166 circumstantiarum ad juramentum suppletorium admittatur. Nonnius quoque inculcat sæpe laudatus D. Stryk *d. l.* §. 40. quod eo in casu, ubi aperte constaret, promissionem matrimonii, quamvis probata fuerit, non tenere, puta ob vitium clandestinitatis vel aliud impedimentum, ex defectu parentum consensus, vel ob propinquitatem sanguinis, aut aliam causam matrimonium impedientem. Tunc etiam juramenti delationem non admittendam
167 esse. Quoniam hoc in casu juramentum præstitum non relevaret, adeoque reus pure absolvendus esset: Siquidem juramentum quod præstitum non relevat, nunquam præstandum esse su-
168 perius docuimus. Quod merito pro cautela tenendum. Et concordat *Ordinatio Politica Ducatus Magdeburgici in cap. superius alle-*

allegato 37. §. 20. *in verb.* **Und daß die Ehe vollzogē werde kein Bedencken seyn würde.** Patet etiam ex supra diis, quod 169
neque imprægnatæ in judicio seculari civili, præsertim intro nostro Magdeburgico, ob generalitatem textus in *Ordinat. Proc. cap.* 29. §. *1.* in verb. **Einem jeden Kläger** &c. contra impræ-
gnantem agenti, deneganda st potestas, super facto concubitus seu
cohabitationis carnalis, in casum negationis juramentum eo de-
ferre. Veluti in Præfectura Giebichenstein ante mense in cau- 170
sa **Suppin** contra **Brüchert**/item in causa **Daniel Schwabens**
ante annum pronunciatum. Sit & juramento superdefloratione facta 171
ab actrice allegata stari debet, quando constat de dolo fornicationis. Siquidem lex in ii, quæ sua natura vere ac liquido
probari non possunt, talem probationem admitt, quæ haberi
potest, per ea quæ docuit Martn Uranius *tom. 3. cons. 3. n. 4.* dummodo per hanc ipsam institutam actionem satisfactionem civilem, ut aut ducatur, aut doteur, & partui alimenta præbeantur,
quærat, pœnam arbitrariam judicis officio requiendo.

Ulterius quæritus, an Iudex delationem juramenti super facto 172
PRÆSENTANEÆ ET SPOLIATÆ VEL TURBATÆ POSSESIONIS, sive agendo sive excipiendo in judicio profitetur, admittere
debeat? Doctores Juris Saxonici negativam sequuntur, uti videre 173
licet apud Berlichium *p. 1. concl. 21. n. 87.* ubi de exceptione spolii
agit. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. p. 1. const. 6. def. 1* Ex ratione 174
quia spolium non committi putant sine dolo, in casus vero, ubi
dolus arguitur, delationem juramenti locum non habere putant. 175
Cum quibus sentit inter Neotericos Illustris Dn. Bonius *ad univers.* 176
Jus Judic. Disp. 1. Thes. 45. lit. D. ubi & hoc notandum, quod de Jure
Saxonico, exceptio spolii, contra Instrumntum confessatum & recognitum opposita, præcise per instrumnta contraria, non vero
per testes probanda sit, uti deducit Carpzov. *p. 1. Const. 6. def. 5.*
At si penitius res consideretur, quoad punctum Juris, affirmativa 177
sententia firmioribus nititur rationibus; quod enim ex adverso di- 178
citur, nullum spolium absque dolo commitii, hoc ipsum tantis viris vix concedimus, siquidem & hic, qui errore ductus rem suam

esse puts, vel errore juris existimans, hoc sibi licere, rem suam
rapit, spcum committere dicitur, *in* §. 1. *Inst. de vi bonor. rapt. add.*
Anton. ber. *in Cod. lib. I. tit. 10. def. 11. n. 2. & ipse* Carpzov. *lib. I.*
177 *Resp. . .3.* & quamvis lubentissime agnoscamus, actionem de-
dolo, i ad pœnam vel infamiam Reo irrogandam dirigitur, non
178 admitte delationem juramenti; Supra tamen docuimus & ratio-
nibus fulavimus, quod etiam in actonibus dolum implicantibus,
si saltem viliter id restitutionem ve recuperationem injuste abla-
ti, non ve ad ponam vel infamiam Reo infligendam, intentatæ fue-
179 rint, delati juramenti locum habeat. Ipse vero Carpzovius hac in
parte sibi ontraius est, dum *lib. 3. Resp. 45. & in Proc. tit. 11. art. 1.*
180 §. 4. *n. 53. & 59.* loc in casu delationem juramenti admittit. Rectius
ergo affirmative concludimus, & tamquam Cautelam inculcamus,
judicem tam super actione, quam etiam super exceptione Spolii,
civiliter sltem ad restitutionem spoliati intentata, delationem ju-
ramenti admittee debere cum B. Brunnemanno *ad l. 9. §. 2. n. 14. ff.*
de Jurejurand. n. 14. & 15. Zieglero *ad c. redintegranda cap. 7. n. 13.*
181 quæ sententia in foro nostro Magieburgico eo magis obtinet, ob
generalitatem textus, **in der Proceß-Ordnung** *c. 29. §. 1. & 3.* ubi dela-
tio juramenti indistincte tam actori quam Reo super exceptioni-
182 bus conceditu Atque ita in causa Spolii **Heinrich Tümmers/**
contra **den Atmann zu Helffte** pronunciavit Regimen Duca-
tus Magdeburci Regium d. 7. Maj 1704. **Das Beklagter den**
super facto præsentaneæ possessionis & turbationis **Jhme** deferir-
183 **ten Eyd zu** aceptiren **oder** referiren **schuldig.** Et in causa tur-
batæ præsentaneæ possessionis super interposita Leuteratione in cau-
sa **Jeremias Thers und** Consorten, contra syndicen **deren Ge-**
richte und Bürgerschafft aufn Neumarckte / pronunciavit Fa-
cultas Juridica Erfordinsis, ad Consultationem illustris Regimi-
nis sub publicato **den** 9 **May** 1702. **Daß drey von denen** Im-
ploraten/ **welchen die beste Wissenschafft von dieser Sache/bey-**
wohnen möchte / da/ super facto præsentane possessionis ven-
dendi cerevisiam exoram deferirten **Eyd abzuschweren schul-**
dig / es wolten den/ Imploranten **solchen** referiren/ **und erge-**

het

het ſo denn ferner was Recht iſt: Sic & ſpoliato potest a Judice 184
deferri juramentum in litem ſuper rebus ſpoliatis & invaſis: quia
difficile videtur aliter probari poſſe, cum ſecreta patrimonii non
revelentur cuilibet, ſed occulta teneantur; & creditur ſæpe dives, qui 185
pauper eſt, & contra pauper, qui dives eſt: ipſe dominus vero non 186
præſumitur ignorare ſuum patrimonium. *per l. quisquis C. de reſcind. vend.* Marc. Anton. Natta *conſ. 18. n. 19.* quod etiam extendit 187
n. 20. ad heredes ſpoliati, ſi ſint informati de veritate, de quibus infra in Sectione IV. dicendi occaſio erit, ubi de juramento in litem agemus.

Cum vero quoad perſonam Rei *in p. 2. Sect. 2. cap. 3. n. 266. &* 188
273. docuimus, quod ipſe exceptiones ſuas actoris conſcientiæ, & ſcientiæ pro re nata committere poſſit, merito nunc ſubjicimus aliquos caſus, de quibus primo intuitu difficultas eſſe poterat, an in
iis delationi juramenti locus eſſe poſſit. Primus caſus eſſe poterit, 189
ubi Reus IMPUGNAT TESTAMENTUM contra ſe productum, & opponit, teſtatorem ad hoc perficiendum vi metuque coactum, veletiam importunis ſollicitationibus, & perſuaſionibus inductum fuiſſe. Circa hunc caſum plerique Dd. nempe B. Brunne- 190
mann *in Proc. Civili cap. 23. n. 5. l. fin. C. de reb. Cred. &* Carpz. *p. 3. conſt. Elect. 5. def.* 14. Berlich. *p.* I. *concl. 29. n. 52.* Moller. *ad p. 8. conſt. 5. n.* 16. *& lib. 3. ſemeſtr. 42.* plane non concedunt, quod ſuper his exceptionibus Reus juramentum judiciale agenti ex teſtamento objicere poſſit: quamvis idem Carpz. *in ſubſequente definitione* 15. 191
ſtatuat, quod heredi agenti, deſuper per indicia gravato, juramentum purgationis recte deferatur.

Verum quod ad B. Brunnemannum attinet, ex evolutione & 192
perlectione allegati loci *ex Proc. civili ſub. n. 5. in fine, & quæ ad l. fin. C. de reb. Cred. ſcripſit*, pateſcit quod Beatus Autor de ſpeciali hoc caſu agat, ubi aliquis non inſpectis tabulis teſtamenti, ſuper relictis in teſtamento, juramentum deferre ſatagit, inquo caſu, quoniam transctio 193
non tenet, utiq; nec juramentum deferri poſſe quilibet concedet quoniam juramentum æquiparatur transactioni, *l. 1. ff. de jurejur.* & ſuper re 194
plane incerta deferri non poteſt. Siquidem ad juramentum in ju-

ra-

raturo ſuficientem ſcientiam negocii, ſuper quo jurandum eſt, re-
198 quiri, antea docuimus. Ex ſpeciali vero hoc caſu concludere ne-
mo poterit, quod ſuper exceptionibus coactionis & inductionis
juramentum deferri non posſit, ubi contenta teſtamenti, facta præ-
ſertim ejus publicatione judiciali, tam inſtituto heredi teſtamenta-
rio, quam etiam illi, qui contra hoc ipſum teſtamentum conditum ex-
199 cipit, innotuerunt. Rationes Molleri & Carpzovii vero, qui caſum
in terminis tractant, movere nos haud poterunt, quo minus affir-
mativæ inhæreamus; moti generalitate textus, qui habetur *in l.* 3.
§. 1. *& l.* 24. *ff. de Jurejurando.* quod ſcilicet in omnibus actionibus
200 & cauſis pecuniariis delatio juramenti locum habeat; cum igitur
nulla cauſa appareat, cur a generali regula recedendum ſit, merito
regulæ inhæremus, & actionem ſuper teſtamento vi, metu dolo &
importunis ſollicitationibus extorto, cum in jure expreſſe excepta
201 non reperiatur, neque nos excipimus. Siquidem regulæ ſive univer-
ſali propoſitioui tamdiu aſſentiendum, donec exceptio, ſeu con-
troverſum caſum exceptum eſſe, ex lege aliqua probetur *per l. 1. in fine Cod. de reb. Cred. l.* 24. *deſtatu homin. & quæ docuit* Hartm. Pi-
202 ſtoris *p.* 2. *quæſt.* 39. *n.* 13. Et ſentit nobiscum D. Schvvenden-
dorffer *ad Proc.* Fibigii *p.* 2. *cap.* 2. *membr.* 2. *Sect. I.* §. 4. *n.* 600. Ra-
203 tiones, quas Mollerus, & eum ſecuti Berlichius atque Carpzovius
204 afferunt, ad tria capita tendunt: quarum prima hæc eſt, quod co-
gens aliquem teſtari, arbitrio judicis non ſolum civiliter, ſed etiam
205 criminaliter puniatur; cum igitur per delationem juramenti cri-
men hoc detegeretur, ſi reus jurare recuſet, utique ſe ipſum crimi-
nis accuſare nemo tenetur.

206 Sed quoniam ſuperius in hac ipſa ſectione *n.* 92. *& ſeqq.* firmavimus, quod etiam in ipſis Actionibus criminalibus, civiliter tamen ad rei perſecutionem ſaltem intentatis, delatio juramenti admittenda ſit, quamvis juraturus per conſequentiam de dolo arguatur & crimen incurrat, utique idem circa teſtamentariam actio-
207 nem ſtatuendum erit. Altera ratio Molleri hæc eſt, quod ſi delatio juramenti hoc in caſu admitteretur, futurum eſſet, ut ulrimæ voluntates defunctorum ſæpius irritæ fierent, cum plures reperiantur,

antur, qui lubentius legato vel hereditate aliqua carere, quam jurare mallent. At cum voluntas teſtatoris, ſecundum jnra debeat 208
eſſe libera, hæc libertas vero cum coactione & doloſa perſuaſione ſtare non poſſit, utique tale teſtamentum non poteſt dici voluntas teſtatoris: Et cum expediat Reipublicæ delicta manifeſtari, veri- 209
tasque in omni parte judicii ſectanda & inveſtiganda ſit, utique ad hanc utilitatem publicam potius reſpiciendum, quam ad unius vel alterius ſuperſtitionem, qui contra ordinatam caritatem potius ſibi ipſi nocere, quam veritatem per juramentum a judice impoſitum revelare vult, ſua ſponte ſequitur, quod nec hæc adducta ratio aliquid importet. Tertiam rationem in eo quærit Mollerus, quod 210
juramentum delatum ſuper coactione concerneret factum proprium heredis, quod referre non poſſet, adeoque nec jurare cogendus ſit. At quam falſa ſit hæc ipſa hypotheſis, quod in eo caſu, ubi jura- 211
mentum referri non poteſt, juramento non ſit locus, ſuperius in p. 2. Sect. 2. c. 3. n. 225. & ſeqq. multis, prolixius firmavimus, ad quæ B. L. remittimus. Hanc cautelam adhuc circa materiam teſtamentorum ad- 212
dentes, quod qnamvis de controverſiis, quæ ex teſtamento vel Codicillis proveniunt, uti modo diximus, transactio de jure non concedatur, neque teneat, quam viſis lectis & intellectis verbis teſtamenti vel codicillorum, *arg. l. 3. §. 1. l. 6. l. 22. ff. de transact.* Mantica *de tacit & ambig. conv. lib. 26. tit. 2. per tot.* Struv. *Synt. jur. Civ. Exerc. 6. theſ. 57.* Etiamſi inſpectioni fuerit renunciatum: Siquidem diſpoſi- 213
tioni *d. l. 6. ff. de transact.* valide renunciari nequit. *add. l. 7. §. 14. ff. de pact.* Carpz. *p. 2. dec. 157. n. 7.* adeoque ſuper tali renun- 214
ciatione ipſo jure invalida, juramentum deferri nequeat, cum plane nullius effectus eſſet, per ea, quæ ſuperius docuimus. Nihil- 215
ominus tamen valida erit renunciatio, ſi mediante juramento facta fuerit, veluti oſtendit Gutirez *de juram. p. 3. cap. 2. n. 20.* Struv. *Synt. jur. Civ. exerc. 6. theſ. 57.* Seraphin. *de juram. privil. 100. ibiq;* Beneckendorff. *n. 1. & ſeqq.* dummodo de mente teſtatoris aliun- 216
de conſtet. *vid. latius* Mantica *d. l. tit. 2. n. 31. & ſeqq. &* Brunnem. *ad l. 12. n. 2. & l. 6. n. 1. & 7. ff. de transact.* Sicut igitur hac cautela 217
la ſibi quis proſpicere poteſt, ut adverſarium jurato renunciare faciat,

raturo ſuficientem ſcientiam negocii, ſuper quo jurandum eſt, re-
198 quiri, antea docuimus. Ex ſpeciali vero hoc caſu concludere ne-
mo poterit, quod ſuper exceptionibus coactionis & inductionis
juramentum deferri non poſſit, ubi contenta teſtamenti, facta præ-
ſertim ejus publicatione judiciali, tam inſtituto heredi teſtamenta-
rio, quam etiam illi, qui contra hoc ipſum teſtamentum conditum ex-
199 cipit, innotuerunt. Rationes Molleri & Carpzovii vero, qui caſum
in terminis tractant, movere nos haud poterunt, quo minus affir-
mativæ inhæreamus: moti generalitate textus, qui habetur *in l.* 3.
§. 1. *& l.* 24. *ff. de Jurejurando.* quod ſcilicet in omnibus actionibus
200 & cauſis pecuniariis delatio juramenti locum habeat; cum igitur
nulla cauſa appareat, cur a generali regula recedendum ſit, merito
regulæ inhæremus, & actionem ſuper teſtamento vi, metu dolo &
importunis ſollicitationibus extorto, cum in jure expreſſe excepta
201 non reperiatur, neque nos excipimus. Siquidem regulæ ſive univer-
ſali propoſitioni tamdiu aſſentiendum, donec exceptio, ſeu con-
troverſum caſum exceptum eſſe, ex lege aliqua probetur *per l. 1. in fine Cod. de reb. Cred. l.* 24. *deſtatu homin. & quæ docuit* Hartm. Pi-
202 ſtoris *p.* 2. *quæſt.* 39. *n.* 13. Et ſentit nobiscum D. Schvvenden-
dorffer *ad Proc.* Fibigii *p.* 2. *cap.* 2. *membr.* 2. *Sect. I.* §. *4. n. 600.* Ra-
203 tiones, quas Mollerus, & eum ſecuti Berlichius atque Carpzovius
204 afferunt, ad tria capita tendunt: quarum prima hæc eſt, quod co-
gens aliquem teſtari, arbitrio judicis non ſolum civiliter, ſed etiam
205 criminaliter puniatur; cum igitur per delationem juramenti cri-
men hoc detegeretur, ſi reus jurare recuſet, utique ſe ipſum crimi-
nis accuſare nemo tenetur.

206 Sed quoniam ſuperius in hac ipſa ſectione *n.* 92. *& ſeqq.* fir-
mavimus, quod etiam in ipſis Actionibus criminalibus, civiliter
tamen ad rei perſecutionem ſaltem intentatis, delatio juramenti ad-
mittenda ſit, quamvis juraturus per conſequentiam de dolo argua-
tur & crimen incurrat, utique idem circa teſtamentariam actio-
207 nem ſtatuendum erit. Altera ratio Molleri hæc eſt, quod ſi de-
latio juramenti hoc in caſu admitteretur, futurum eſſet, ut ulrimæ
voluntates defunctorum ſæpius irritæ fierent, cum plures reperi-

antur,

antur, qui lubentius legato vel hereditate aliqua carere, quam ju-
rare mallent. At cum voluntas teſtatoris, ſecundum jura debeat 208
eſſe libera, hæc libertas vero cum coactione & doloſa perſuaſione
ſtare non poſſit, utique tale teſtamentum non poteſt dici voluntas
teſtatoris: Et cum expediat Reipublicæ delicta manifeſtari, veri- 209
tasque in omni parte judicii ſectanda & inveſtiganda ſit, utique ad
hanc utilitatem publicam potius reſpiciendum, quam ad unius vel
alterius ſuperſtitionem, qui contra ordinatam caritatem potius ſibi
ipſi nocere, quam veritatem per juramentum a judice impoſitum
revelare vult, ſua ſponte ſequitur, quod nec hæc adducta ratio ali-
quid importet. Tertiam rationem in eo quærit Mollerus, quod 210
juramentum delatum ſuper coactione concerneret factum propri-
um heredis, quod referre non poſſet, adeoque nec jurare cogen-
dus ſit. At quam falſa ſit hæc ipſa hypotheſis, quod in eo caſu, ubi jura- 211
mentum referri non poteſt, juramento non ſit locus, ſuperius in p. 2.
Sect. 2. c. 3. n. 225. & ſeqq. multis, prolixius firmavimus, ad quæ B. L. re-
mittimus. Hanc cautelam adhuc circa materiam teſtamentorum ad- 212
dentes, quod qnamvis de controverſiis, quæ ex teſtamento vel Codi-
cillis proveniunt, uti modo diximus, transactio de jure non conceda-
tur, neque teneat, quam viſis lectis & intellectis verbis teſtamenti vel
codicillorum, *arg. l. 3. §. 1. l. 6. l. 22. ff. de transact.* Mantica *de tacit &*
ambig. conv. lib. 26. tit. 2. per tot. *Struv. Synt. jur. Civ. Exerc. 6. theſ.*
57. Etiamſi inſpectioni fuerit renunciatum: Siquidem diſpoſi- 213
tioni *d. l. 6. ff. de transact.* valide renunciari nequit. *add. l. 7. §.*
14. *ff. de pact.* Carpz. *p. 2. dec. 157. n. 7.* adeoque ſuper tali renun- 214
ciatione ipſo jure invalida, juramentum deferri nequeat, cum pla-
ne nullius effectus eſſet, per ea, quæ ſuperius docuimus. Nihil- 215
ominus tamen valida erit renunciatio, ſi mediante juramento fa-
cta fuerit, veluti oſtendit Gutirez *de juram. p. 3. cap. 2. n. 20.* Struv.
Synt. jur. Civ. exerc. 6. theſ. 57. Seraphin. *de juram. privil. 100. ibiq.*
Beneckendorff. *n. 1. & ſeqq.* dummodo de mente teſtatoris aliun- 216
de conſtet. *vid. latius* Mantica *d. l. tit. 2. n. 31. & ſeqq.* & Brunnem.
ad l. 12. n. 2. & l. 6. n. 1. & 7. ff. de transact. Sicut igitur hac cautela 217
la ſibi quis proſpicere poteſt, ut adverſarium jurato renunciare fa-

ciat, ita etiam ſuper hac ipſa renunciatione jurata juramentum in
218 proceſſu deferre non prohibetur. Notandum porro quod quia ſecundum diſpoſitionem **der Magdeburgiſchen Policey-Ordnung** cap. 44. §. 1. non infirmatur teſtamentum, quamvis ad hoc conficiendum teſtator mediæ (non tamen decrepitæ ætatis, cum ſenes bis pueri) & pleno uſu rationis adhuc præditus, blanditiis allectus fuerit, utique ſuper tali facto delatum juramentum, cum absque omni effectu eſſet, non admittendum; verba textus
219 hæc ſunt: **Wann gleich erwieſen würde / daß jemand/ welcher noch bey mittelmäßigen Jahren und vollen Verſtande/ mit liebkoſenden Worten zur Auffrichtung eines letzten Willens veranlaſſet worden wäre/ ſoll doch derſelbe aus ſolcher Urſach/ beſtändiger Weiſe nicht gefochten noch hinterzogen werden/ da aber beygebracht würde/ daß der Erbe mit harten Worten und ungeſtümen Anhalten den** teſtatorem **zu Auffrichtung eines letzten Willens bewogen**
220 **hätte/ iſt derſelbe vor unkräfftig zu achten.** Caſus ſecundus verſatur circa MATERIAM CESSIONUM extrajudicialium, ubi pro cautela & hoc tenendum, quod quamvis in his pro viliori precio in fraudem debitoris factis, juris manifeſti ſit, *ex l. penult. &*
221 *ultima Cod. Mandati.* quod illæ aliter non valeant, quam interve-
222 niente juſto & æquivalente pretio, revera numerato; quæ numeratio aliter quam per confeſſionem cedentis probanda: Quoniam actus ſuſpectus eſt, ubi ſolam confeſſionem contrahentis non ſufficere Dd. probant. Anton Faber. *lib. 4. Cod. Tit. 26. def. 20. n. 2. & 3.* Carpzov. *lib. 5. reſp. 33. n. 9.* Berlich. *p. 1. dec. 32. n. 12.* in
223 tantum ut ceſſiones tales infraudem legis factæ, ne quidem juramento confirmatorio addito ſuſtineantur, uti oſtendit Carpzov. *dict. Reſp. 33. n. 16.* Berlich. *d. l. n. 4.* Mev. *in diſcuſſ. levam. inop.*
224 *debit. cap. 1. n. 20.* Quod tamen tali ceſſionario ſuper exceptione, quod ceſſio contra legem Anaſtaſianam non ſit facta, a debitore convento juramentum valide deferri poſſit, licet nihil probet, vel etiam nullam præſumtionem allegare valeat, cum B. Brunnemanno. *conſ. 17. n. 7. 8. & ſeqq.* ſtatuimus; quodſi igitur ceſſionarius

rius juramentum delatum præstare recuſet, vel alio modo detegatur, cesſionem contra legem Anaſtaſianam factam eſſe, cesſio quoad ſummam excedentem invalidatur; atque in foro noſtro 226
Magdeburgico, ſecundum textum der Policey Ordnung *cap.* 50. §. 2. hæc ipſa ſuperflua debitori accreſcit, ejusque lucro cedit, inſuper etiam cesſionarius officio judicis arbitrarie puniendus eſi.

Tertius caſus ſpectat CONTRACTUM EMPTIONIS ubi *ex l. 2. C. de reſcindenda venditione*, notum eſt, quod venditori per 227
contractum ultra dimidium veri precii læſo, competat exceptio: adeoque etiam ubi læſio, ex ipſo inſtrumento contractus non ap- 228
paret, ſuper hac ipſa juramentum alteri deferre poterit, ad hoc ut vel rem emptam emptor reſtituat, vel iuſtum precium rei venditæ ſuppleat. Pro cautela tamen tenendum, quod cum in iis ca- 229
ſibus, ubi huic exceptioni in ſpecie in contractu renunciatum, vel contractus judicialiter, præſertim ſub haſta publica celebratus fuit, aut etiam læſio dimidium veri precii non excedit, ipſa exceptio ceſſet, per ea quæ docuerunt Carpzov. *p. 7. conſt. 34. def. 2. & lib. 5. Reſp. 54. Tiraquell. in l. ſi nunquam Cod. de re voc. n. 127.* & Struv. *Synt. Jur. Civ. exerc. 23. theſ. 89.* Richter. *p. 2. dec. 99.* Franzh *lib. 1. reſol. 4. n. 37.* add. Textus der Magdeburgiſchen 230
Policey-Ordnung *cap.* 22. §. 12. Wenn gleich ein Verkäuffer behaupten könte/ daß das verkauffte Guth/ zur Zeit des gerichtlich auffgerichteten und confirmireten Kauff-Contracts noch einſten ſo hoch/ als es Jhm bezahlet worden/ ausgebracht werden können/ ſoll Jhme doch das beneficium L. 2. C. de reſcind. vendit. nicht zu ſtatten kommen/ ob Er gleich demſelben ausdrücklich nicht renunciret hätte/ desgleichen ſoll auch ſolch beneficium nicht ſtatt finden/ wann das Gut auf vorgehende gerichtliche Taxation ad haſtam bracht/ und ſub haſta erſtanden wäre. Utique ſua ſponte ſequitur, quod nec 231
delatio juramenti locum habeat. Cautus ergo ſit venditor, ne 232
tale juramentum ſibi delatum acceptet; ſiquidem nullum effectum exſerere, neque excipiens, præſtito quamvis hoc juramento, victoriam litis reportare poterit, *vid.* Carpz. *in Proc. lit. u. art.*

233 *1. n. 22. & ſeqq. & lib. 3. Reſp. 43. n. 12. & 13.* Et ſimilis tatio eſt
IN TRANSACTIONE, ubi ſuper læſione juramentum deferri
non poteſt, quando tranſigens ſcivit, ſe ultra dimidinm lædi, & ta-
234 men tranſegit. Köppen *deciſ. 58. n. 17. & ſeqq.* Fichard. *Vol. 1. conſ.*
53. n. 18. Cum ſcienti & volenti non fiat injuria. *per l. 34. C. de*
235 *transact. & l. 143. ff. de R. jur.* Sed potius reputatur pro renuncian-
236 te & jus ſuum remittente. Vel etiam quando transactionem ex
intervallo ratificavit & confirmavit. Köppen. *d. loc. n.* 24. *ſeqq.*
237 *d. l. def. 3. n. 6.* Siquidem geminata reiteratio actus dat ipſi vali-
ditatem, & errorem tollit, atque ſcientiam læſionis inducit. Köp-
238 pen *d. l. n.* 25. multo magis vero, quando transactioni juramen-
239 tum appoſitum fuit. Siquidem hoc ipſum habere vim ſpecialis
renuntiationis, docuerunt Carpz. *p. 2. conſt.* 17. *def. 9.* Richter *d. dec.*
240 *99. n. 77. & ſeqq.* Et in foro Saxonico, ne quidem ob enormiſſi-
241 mam læſionem reſcindi poteſt: niſi ætas minorennis, dolus, me-
tus, aliave juſta cauſa reſciſionis manifeſta appareat: ubi tamen
prius abſolutio a juramento impetranda erit. *vid. conſt. elect.* D.
Auguſti *p.* 3. *conſt. 35. & ad eam* Carpz. *def.* 2. & 3. Franzk *l. 2. reſol.*
4. n. 1. & ſeqq. Hart. Piſtoris *p. 4. q. 6. n. 79. add. Grammat. dec.*
Neap. 101. *n. 54. & ſeqq.* Gail. *l.* 2. *obſ.* 147. Mynſinger. *cent. 5. obſ.*
59. Zanger. *de Except. p.* 3. *cap.* 11. *n. 165.* Mev. *p.* 3. *dec.* 273. Klok.
Vol. 2. *conſ.* 33. *n.* 39. Faber. *in Cod. lib.* 2. *tit.* 12. *def. 8. & tit.* 3. *def.*
242 21. Decius *conſ.* 203. qui unanimiter in contrarium docent, quod
transactio ob enormiſſimam læſionem reſcindi debeat: quorum
opinio, impetrata prius abſolutione a juramento, ſuſtineri poſſet,
ſecus enim præſtitum juramentum ſervandum eſſe, pietas & reli-
gio ſuadet. *c. cum contingat X. de Jurejur.* Richter. *d. l. n. 81. Man-*
243 *tica de tacit & ambig. conv. lib.* 26. *tit.* 2. *n.* 31. Quarto caſu circa
CONTRACTUM CHIROGRAPHARIUM in foro noſtro Mag-
deburgico concedenda quoque delatio juramenti erit creditori
in eum caſum, ubi inſtrumentum obligationis caſu aliquo amiſſum
244 fuit: Cautela tamen hac adhibita, ut creditor prius mediante ju-
ramento ſuo corporali teneatur probare amiſſionem inſtrumen-
ti; quo præſtito debitor juramentum, tam ſuper qualitate, quam

ſuper

ſuper quentitate debiti, ſibi delatum præſtare vel creditori hoc ipſum referre tenetur. Textus in der Policey-Ordnung cap. 245
49. §. 12. ita ſonat: **Im fall die** Obligation **durch einen erweißlichen Unglücks-Fall von handen kommen/ mag der** Creditor **ſolchen Verluſt vermittelſt Eydes erhärten und der Schuld halber/ woher ſie rühre/ und wie hoch ſie ſich erſtrecket habe/ in Ermangelung anders beweiſens/ das** juramentum **dem** Debitori deferiren.

Circa EXCEPTIONEM non acceptæ vel NON NUMERA- 246
TÆ pecuniæ disquiritur, an ſuper ea juramentum deferri poſſit Creditori, quando in Inſtrumento obligationis hac Cautela Cretor uſus fuit, ut debitorem huic exceptioni renunciare fecerit? Negativam in eo caſu, ubi executive contra debitorem agitur, de- 247
fendit Finckelthaus *obſerv.* 119. *per tot.* cujus opinio de Jure Saxonico procedere poſſet: at ſecundum Jus civile commune, & textum *Novellæ 136. cap. 6.* ubi expreſſe habetur, quod debitor ſuper hac exceptione tam Creditori quam etiam ejus heredibus juramen- 248
tum deferri poſſit; merito affirmativam, tanquam in Jure & rationibus magis fundatam, recipiendam eſſe, firmiter perſuaſi ſumus, ſiquidem in vulgus notum, quod vulgata illa clauſula, in omnibus 249
Chirographis legatur, **maſſen ich ſolches darlehn zu meinen ſichern Händen wohl ausgezahlt bekommen/ und der Ausflucht des nicht gezahlten oder nicht empfangenen Geldes/ Krafft dieſes/ beſtändig** renuncire/ cum tamen debitores tales obligationes ſub ſpe futuræ numerationis, & antequam pecuniam accipiant, conſcribi faciant, & deinde ſubſcribant; quæ ſpes cum ſæpius deficiat, utique debitori non deneganda erit exceptio, verba ſunt Dn. Præſidis *in tract. de Cautelis contractuum Sect. 2. cap. 7. §. 8.* adeoque ad probationem hujus exceptionis concedenda quoque erit juramenti delatio; quod etiam ad eum caſum ex- 250 251
tendit Mantica *de Tacit. ambig. convent. lib.* 18. *tit. 6. n.* 18. ubi in inſtrumento guarentigiato renunciatio hujus exceptionis facta fuit. Quamvis enim pro negativa militare videatur, quod de facta nu- 252
meratione conſtet ex documento publico, quod rem claram & a-

pertam facere dicitur a Jasone *in l. 1. in princ. n. 6. ff. de oper. novi*
253 *nunciat.* ubi vero res clara est, ibi frustra juramentum deferatur,
254 Jason *in l. manifestæ col. penso. ff. de Jurejur.* nihilominus ratio antea adducta, quod & debitor in instrumento publico sub spe futuræ nu-
255 merationis quietationem facere possit, adhuc durat; pro cautela tamen observet Reus re biennium, oppositioni hujus exceptionis præscriptum, elabi patiatur, nam hoc elapso juramenti delatio secundum jus strictum admittenda neatiquam erit, uti decidit Imperator *in l. 14. §. 3. Cod. de non numerata pecunia & d. Nov. 136. cap. 6.* ubi expressa verba sunt; *intra tamen ea tempora, quæ exceptioni non solutæ pecuniæ attributa sunt; nam si id quoq; tempus præterire contigerit, neq; Jurejurando ipsos gravamus.* Et facit nobiscum Jac. Menoch. *Vol. 1. Cons. 47. n. 6. & seqq.* ubi simul docet, quod etiam elapso biennio super hac exceptione oppofita juramentum deferri possit, quoniam etiam post lapsum hujus fatalis officio judicis debitori ex æquitate Canonica adhuc succurrendum, adeoque etiam delationem juramenti permirtendam esse, allegans autoritatem Baldi, Felini *& alio-*
256 *rum Dd.* cui consentiunt quoque Caballinus *Milleloqu. 678. in fine*
257 *Cæval. quæst. 3. n. 5.* quibus tamen se oposuit Hartm. Pistor. *p. 4. quæst. 12. n. 15. &* Brunnem. *in not. ad l. 6. §. 3. C. de non numerata*
258 *pec. n. 15. &* 16. ubi notabilem rationem adducit, quod debitor quoad exceptionem hanc utatur privilegio, & satis amplum habeat tempus, intra quod probationis onus contra confessionem su-
259 am poterat in adversariam devolvere; in toto vero jure hoc frequens esse, ut qui in uno sublevatur & insigni privilegio honora-
260 tur, si hoc beneficio non usus fuerit, in alio gravetur: Et ex hac causa potissimum in lege non admitti hoc in casu speciali delatio-
261 nem jnramenti: ex quo tamen speciali & expresso casu, ad alios non expressos, concludi non debere, idem Beatus Autor monu-
262 it *n.* 4. & simul adducit cautelam quam tradidit Mantica *de Tacit. & ambig. convent.* 18. *tit. 2. n.* 25. quod scilic. reus ad eliciendam veritatem posit elapso biennio adhuc uti remedio hoc, ut conficiat articulos, & judicio offerat, ut super his creditor jurato respondeat, at quoniam hoc remedium, dandorum & respondendorum in

foro

Foro Saxonico & Magdeburgico non eſt in uſu, utique & hac cautela 263
nemo apud nos uti poterit. Quod vero ſentiendum de eo caſu, ubi 264
debitor mediante juramento exceptioni huic renunciavit, num
& tunc exceptione hac uti, & deſuper juramentum deferre pote-
rit? prima fronte videbatur, quod non: ſiquidem præſtito jura- 265
mento fides tribuenda, neque aliquis contra præſtitum juramen-
tum audiendus eſt. Zanger *p.3. c.14. n.73.* At re penitius inſpecta, 266
ſentimus eum Illuſtr. Dno. Præſide, *qui in allegato tract. de cautelis contractuum ſect. I. cap. 7.* §. II. ita præclare docuit: Verum cum
& hæc jurata renunciatio, pariter ante ſolutionem pecuniæ con-
ſcribatur; dubium ad huc remanet, an non poſtea quicquam in-
tervenerit, quare pecunia numerata non fuerit, unde nec jura-
mentum præſtitum pro cautela ad excludendam exceptionem non
numeratæ pecuniæ ſufficere aſſerit *Gallerat de renunc. Tom. 2. re-*
nunc. 153. *n.* 14. *ſeqq.* Sequitur enim & hoc caſu, juramentum na- 267
turam actus, qui hoc caſu ſub ſpe numerationis geſtus fuit; & 268
quamvis D. Struv. *in deciſ. Sabbathin c.* 13. *def.* 15. *in fine* ſuadeat, ut
debitor relaxationem juramenti prius petat, hanc tamen cautelam
pro abundante putat laudatiſſimus D. Præſes, ex ratione quod de- 269
ficiente conditione, quæ tacite in hoc juramento ſuberat, juramen-
ti nexus ſua ſponte corruat ut relaxatione opus non habeat.

Admittitur vero delatio juramenti tam in PROCESSU OR- 270
DINARIO, *per l. generaliter* 12. *in princ. verſ. omne igitur juramen-*
tum C. de reb. Cred. l. 3. *ff. de Jurejur.* Weſenbec. *in part. ff. de Ju-*
rejur. n. 8. Carpz. *p.* 1. *conſt.* 17. *def.* 35. & 36. Quam etiam in 271
PROCESSU SUMMARIO. Nicolai *in Proc. p.* 1. *cap.* 38. *n.* 2.
Schvvendendorffer *ad Proc.* Fibigii *p.* 2. *cap.* 2. *n.* 2. *Sect.* I. §. 4. *ord.*
Proc. Magdeb. cap. 29. §. 1. verb. auch in proceſſu ſummario der
klagen Grund ins Gewiſſen zu ſchieben nachgelaſſen. Imo 272
etiam IN SUMMARISSIMO poſſeſſorio, ſuper facto præſenta-
neæ poſſeſſionis, uti patet expræjudiciis, quæ ſuperius in hac Sect.
3. ſub. n. 170. retulimus. In cauſa Timmers contra den Ambt-
mann zu Helffte/ & in cauſa Thiers und Conſorten, contra
Syndicos derer Gerichte auffn Neumarckte. Hæc poteſtas 273
etiam

etiam reo concedenda erit, quoniam pari jure cum Actore, quantum ad probationem, gaudere debet.

274 At quid ſentiendum de PROCESSU EXECUTIVO uti Actor ex documento Gvarentigiato h.e. tali, quod debitum certum, purum atque indubitatum continet, ad ejus recognitionem vel etiam ſi extrajudiciale ſit, ad ejus jurætam diffeſionem, contra Reum agit, num & tunc Reus contra hoc ipſum juramentum exceptiones opponere, atque ubi ipſarum ordinaria probatio ipſi de-
275 ficit, juramentum Actori deferre poterit? Cautelam hanc adhibeat Reus, ut (1) accuratius inquirat in qualitatem inſtrumenti producti, an hoc ipſum propter obſcuritatem vel contrarietatem ejus dubium, vel etiam quoad formam extrinſecam, aut contenta ejus ſuſpectum redarguere, aut facere poſſit, ita ut interpretatione Judicis vel probatione aliqua extrinſeca opus habeat, tunc enim melius agit, ſi de incompetentia proceſſus executivi excipiat, atque
276 Actorem ad proceſſus ordinarium remitti petat: ſiquidem talia documenta ſibimet ipſis in contextu contraria, nihil probant. *per l. ſcriptnra. ibique* Bartol. *n. 4. Cod. de fide inſtrum. l. ubi repugnan-*
277 *tia ff. de Reg. Jur.* Inſtrumenta vero imperfecta & obſcura ad Judicium ordinarium rejicienda ſunt, & Reus judicium in Broceſſu Executivo ſuper iis ſuſcipere plane non tenetur, adeoque nec delatione juramenti ſuper exceptione ſua opus habebit, Per deducta *Surdi Conſ. 99. n. 7.* Klock. *vol. 2. conſ. 7. n. 23. & conſ. 29. n. 148.*
278 *Carpz. lib. 4. Reſp. 9. per tot. & Reſp. 63. n. 21. & 22.* Quæ cautela etiam (2) adhibenda circa ea inſtrumenta quæ debitum conditionale in diem ſolvendum continent, quæ dies tamen nondum venit, ſi ſcilicet Creditor hoc ipſum debitum ante diem exigere
279 velit. Carpz. *p. l. conſt. 17. def. 32. n. 5.* tunc enim exceptio plus petidionis tempore, ex ipſo inſtrumento apparens, creditorem agentum excludit, ut Reus aliius Exceptionibus uti, atque juramentum deſuper deferre neceſſe non habeat cum ex tali inſtrumento anre diem executive agi non poſſit, Hartm. *Biſtor. obſ. 209. n.* 12. niſi in
280 eo caſu, ubi debitor fugitivus, vel bonis labi incipit & Creditor ſaltem ad ſecuritatem crediti ad hoc agat, ut debitor de ſolutione,

ſtato

ſtato tempore facienda, pignoribus vel fide juſſoribus datis, idonee caveat; per ea quæ habet Salgado de Somoza *labyrinth. Cred. p. 1. cap. 9. n. 23.* Carpz. *p. 1. c. 17. def. 37. & in Proc. tit. 21. art. 4. n. 58.*

281 Reus hanc etiam cautelam (3) adhibeat, ut inquirat in cauſam debendi, num talis in inſtrumento producto reperiatur : hac enim ceſſante, ceſſat quoque obligatio inſtrumenti producti Carpz. *d. l. def. 39. & lib. 4. Reſp. 9. n. 16. ſeqq.* Berlich. *p. 1. concl. 88. n.* 13.

282 Quod etiam procedit illo in caſu, ubi Reus in continenti docere poterit, cauſam in inſtrumento poſitam, falſam, erroneam & ſimulatam eſſe : ſiquidem detectis hisce vitiis, executive, ex producto documento agi non poteſt. Klock. *in relat Cameral. vot. 1. n. 262. & ſeqq.* porro (4) probe attendat Reus, an Actor agat ſaltem ex docu-

283 mento referente, quod absque relati productione non probat, hoc ipſum relatum vero ſimul non producatur : quoniam nec tunc executive ex nudo referente agi poteſt. Carpz. *in Jurispr. for. p. 1. conſt. 17. def.* 11. *& lib. 3. Reſp. 80. n. 8.* Richter *ad auth ſiquis in aliquo. C. de edend. n. 3.* add. **Magdeburgiſche Proceß-Ordnung cap. 47. §. 2.** ubi ſimul pro cautela traditur, quod nec ceſ-

284 ſionarius ex inſtrumento ceſſionis executive agere poſſit, priusquam docuerit, ceſſionem legitime factam fuiſſe.

285 De eo vero adhuc quæritur, an Proceſſus executivus inſtitui poſſit, ex tali documento, contra quod reus excipit, fuiſſe chartam blancam, **Ein** *blanquet*, & in ea plus ſcriptum, quam actum, vel ad alium uſum, ad quem tamen traditum non erat, extenſum fuiſſe ? Circa hanc quæſtitonem illud indubitati juris eſt, quod ſi

286 reus, contra qnem tale inſtrumentum profertur, in proceſſu ordinario, hanc ipſam exceptionem, per teſtes vel documenta probare poſſit, omnino audiendus ſit, qnin & in Proceſſu ordinario reum ſuper hac ipſa exceptione actori juramentum deferre poſſe firmat Carpzov *in lib. 3. reſp. p. 53. n. 4.* qui tamen hanc ipſam delatio-

287 nem juramenti non admittit in proceſſu executivo : ex ratione, quod non poſſit deferri juramentum ſuper exceptione contra documentum liquidum : *in n. anteced. 31.* ubi ſimul provocat ad ea quæ docuit *in Jurisprud. Forenſi p. 1. conſt. 8. def. 31.* at cum in foro

288 Magde-

Magdeburgico ſeceſſus fiat circa Proceſſum executivum a jure Saxonico uti in ſubſequentibus niox proferemus, merito ſtatuendum, quod etiam in proceſſu executivo hæc ipſa exceptio chirographo producto opponi poſſit, ad hunc effectum, ut Proceſſus executivus excludatur, & reus proceſſu ordinario agere cogatur, dummodo reus hanc ipſam exceptionem in continenti probare, vel
289 mediante juramento eam aſſerere poſsit; inhærendum enim diſpoſitioni juris provincialis quæ habetur **in der neuverbeſſerten Proceß-Ordnung** cap. 47. §. 2. cujus verba ita ſonant: **Wann Beklagter beybringen oder vermittels Eydes erhalten würde/ daß die** Obligation **oder Schuld Verſchreibung/ auff ein** blanquet extendiret/ **und Er ſolches darzu nicht ausgeſtellet/ oder da das** libellirte **und** producirte documentum **ſich auff eine Verſchreibung berieffe/ welche nicht mit** produciret **worden/ oder es wäre darinnen keine** cauſa debendi **zufinden/ oder da ſolche gleich ausgedruckt/** in continenti **aber erwieſen werden könte/ daß ſolche falſch irrig und** ſimuliret; **ſo möchte daraus/ wie auch denen** ceſſionariis executive **zu klagen nicht verſtattet werden/ ſie hätten denn zuvor/ daß es mit der** ceſſion **allenthalben richtig zugegangen/ genugſam beſcheiniget.** Circa hanc quæſtionem chartæ blancæ ipſe quoque
290 Carpzovius *in Proc. tit. 22. art. 1. §. 4. ſub n. 45. & ſeqq.* admittit, quod ſi de contraria ac fortiori præſumtione falſitatis appareat, per fortiores præſumtiones omnino proceſſus executivus impediatur, & quæſtio falſi prius finienda ſit. *per l. ult. Cod. de ord. cognit.*
291 Pertinet huc ſententia Dn. JCtorum Erffurtenſium, in cauſa appellationis A. E. R. contra S. N. P. publicata in Regimine Ducatus Magdeburgici d. 5. Dec. 1703. ubi rea contra documentum in quo epiſtola cambii ab ipſius curatore, ipſa in vita & ignorante, ad 500. Thaleros conſcripta erat, de charta blanca excipiebat, atque hanc ſuam exceptionem per duos teſtes, quamvis non omni exceptione majores probaverat, pronunciaverunt **daß gegenwärtige Sache/ Ihrer Eigenſchafft nach** executive **nicht zu** tractiren/ **und dabey der** Appellantin **die zerſtörliche**

störliche exceptiones nicht zu versagen/ in Erwegung/ daß (1) 292
die recognitio instrumentorum, extra forum Saxonicum, nachdem jure communi, so rigorose nicht demjenigen wieder den die production geschiehet auffzulegen. Carpz. *proc. Civil. tit. 14. art. 2. n. 9. 10. 11.* Zumahln (2) wenn die extensio instrumenti 293
von jemand anders als dem debitore selbst geschehen/ und dieser darzu nur chartem blancam hergegeben/ *add.* Carpz. *tit. 22. art. 1. n. 45. seqq. junct.* Berlich. *p. 1. Concl. 44. n. 33.* Und zwar (3) sol- 294
ches einer Weibes Person/ cujus consilium, plerumque adversus propria commoda laborare invenitur. *l. 4. infin. Cod. de sponsalib. & arrh. sponsal.* angehet/ propter enim sexus imbecillitatem isti subvenerunt leges, ne periculum rei familiaris faciat. *l. 2. §. 3. & l. 1. §. 1. infin. ff. ad Sect. Vellej.* Wie denn (4) die Wei- 295
ber von Ihren gerichtlich verordneten Curatoribus gar leicht nicht nur zu bereden/ sondern auch denenselben (5) mehr als andern sich zu vertrauen pflegen/ dahero es denn (6) nicht 296
unbillig seyn würde/ wenn der Appellantin das in commune nicht zustatten kommen/ und die frembde Schulden bezahlen solte/ massen (7) der Herr Creditor sich wohl behutsamer 297
hierbey verhalten mögen. Ob nun gleich (8) derselbe præ- 298
sumtum consensum der Beklagtin vor sich anführet/ da Er wieder dieselbe weiter nicht fundiret/ *vid.* Carpzov *d. tit. 22. art. 1. n. 51.* So ist doch (9) dagegen von der Beklagten Vol. Art. I. 299
eingewandt/ daß sie Ihren verstorbenen Curatori M. das Blanquet nur zur extension einer Obligation auff 100. Rthlr. ausgestellet/ dafür Er ohne Ihr Wissen/ wie sie solches eydlich zu erhärten sich anerbothen/ 500. Rthlr. gesetzet und eingeschoben/ Er (10) dergleichen ihren *fol. art. 14. Vol. 1. fol. 1. sub. n. 7.* befindlichen vorbringen nach/ mehr mahls gethan/ 300
und sie solches erweißlich beyzubringen gemeinet *fol. act. 50. n. 7. Vol. 1.* dieses auch (11) endlich aus denen Beylagen sub ⊙ & ☾ fol. art. 31. 32. wahrscheinlich/ als haben wir nicht un- 301
billig von dem vorigen Urtheil in etwas abgehen müssen.

Signat. Erfurth/ den 27. Novembr. Anno 1702.

monialibus, habita Halæ Magdeb. ann. 1702. §. 7. 8. *& seqq. usq; ad* §. 16.
162 contra quas tamen contrarias *in* §. 17. *& seqq.* profert, intrepide asserens, delationẽ juramenti non tantum promatrimonio, sed & contra illud valide fieri posse: Provocat simul ad autoritatem Illustris D. Bornii *in dissert. de Iuramento Iudiciali cap.* 4. *n.* 6. & Dn. Præsidis *in tract. de dissensu sponsalitio Sect.* 3. §. 31. cui possumus adhuc addere Bernhard. Grævæum *lib.* 2. *concl.* 94. *n.* 3. ubi simul allegat. Hieronymum *de Cævallos in spec. opin. quæst.* 449. *ante num.* 2. *add. Mascard. de pro-*
163 *bat. concl.* 1033. *n.* 18. qui Abbatis conformem sententiam allegat. & quoniam laudatissimus Strykius suam assentionem per totam dissertationem probat, simul argumenta adversariorum solide refutans, subjuncto in fine responso illustris Facultatis juridicæ Hallensis mense Octobri 1702. ne actum agere videamur, B. L. ad illam solidam & eruditam dissertationem remitto.

164 Ubi tamen simul §. 40. optime monuit, quod si contra reum adsint quædam indicia, non opus sit delationi juramenti, quoniam hoc in casu omnes allegati Dd. concedunt, reo juramentum purgatorium, vel pro re nata actrici suppletorium imponi posse.
165 Uti etiam concedit D. Schvvendendorffer. *in Proc. pag. mihi* 1290. ubi statuit puellam sub spe matrimonii defloratam juramentum deferre posse defloranti super concubitu, ad hunc finem, ut ipse jurare recusans, ad purgatorium gravetur, vel ipsa pro qualitate
166 circumstantiarum ad juramentum suppletorium admittatur. Nonnullus quoque inculcat sæpe laudatus D. Stryk *d. l.* §. 40. quod eo in casu, ubi aperte constaret, promissionem matrimonii, quamvis probata fuerit, non tenere, puta ob vitium clandestinitatis vel aliud impedimentum, ex defectu parentum consensus, vel ob propinquitatem sanguinis, aut aliam causam matrimonium impedientem. Tunc etiam juramenti delationem non admittendam
167 esse. Quoniam hoc in casu juramentum præstitum non relevaret, adeoque reus pure absolvendus esset: Siquidem juramentum quod præstitum non relevat, nunquam præstandum esse su-
168 perius docuimus. Quod merito pro cautela tenendum. Et concordat *Ordinatio Politica Ducatus Magdeburgici in cap. superius alle-*

allegato 37. §. 20. *in verb.* **Und daß die Ehe vollzogē werde kein Bedencken ſeyn würde.** Patet etiam ex ſupra diis, quod 169
neque imprægnatæ in judicio ſeculari civili, præſertim intro noſtro Magdeburgico, ob generalitatem textus in *Ordinat. tit. Pro-cap.* 29. §. *1.* in verb. **Einem jeden Kläger** &c. contra impræ-gnantem agenti, deneganda ſt poteſtas, ſuper facto concu[bi]tus ſeu cohabitationis carnalis, in caſum negationis juramentum eo de-ferre. Veluti in Præfectura Giebichenſtein ante menſe in cau- 170
ſa **Suppin** contra **Brüchert**/item in cauſa **Daniel Schwabens** ante annum pronunciatum. Sit & juramento ſuper deflor[a]tione facta 171
ab actrice allegata ſtari deber, quando conſtat de delicto forni-cationis. Siquidem lex in ii, quæ ſua natura vere ac liquido probari non poſſunt, talem probationem admittit, qua haberi poteſt, per ea quæ docuit Martn Uranius *tom. 3. conſ. 3. n. 4.* dum-modo per hanc ipſam inſtitutam actionem ſatisfactionem civi-lem, ut aut ducatur, aut doteur, & partui alimenta præbeantur, quærat, pœnam arbitrariam judicis officio renquendo.

Ulterius quæritus, an Iudex delationem juraenti ſuper facto 172
PRÆSENTANEÆ ET SPOLIATÆ VEL TURBATÆ POSSESIO-NIS, ſive agendo ſive excipiendo in judicio proſtetur, admittere debeat? Doctores Juris Saxonici negativam ſequuntur, uti videre licet apud Berlichium *p. 1. concl. 21. n. 87.* ubi de exceptione ſpolii agit, Carpzov. *in Jurisprud. Forenſ. p. 1. conſt. 6. def. 1* Ex ratione. 174
quia ſpolium non committi putant ſine dolo, in casus vero, ubi dolus arguitur, delationem juramenti locum non habere putant. 175
Cum quibus ſentit inter Neotericos Illuſtris Dn. Bonius *ad univerſ.* 176
Jus Judic. Diſp. 1. Theſ. 45. lit. D. ubi & hoc notandum, quod de Jure Saxonico, exceptio ſpolii, contra Inſtrumntum confeſſatum & re-cognitum oppoſita, præciſe per inſtrumenta contraria, non vero per teſtes probanda ſit, uti deducit Carpzov. *p. 1. Conſt. 6. def. 5.* 177
At ſi penitius res conſideretur, quoad punctum Juris, affirmativa 178
ſententia firmioribus nititur rationibus; quod enim ex adverſo di-citur, nullum ſpolium absque dolo commiſi, hoc ipſum tantis vi-ris vix concedimus, ſiquidem & hic, qui errore ductus rem ſuam

esse puts, vel errore juris existimans, hoc sibi licere, rem suam
rapit, spcum committere dicitur, *in* §. 1. *Inst. de vi bonor. rapt. add.*
Anton. ber. *in Cod. lib. I. tit. 10. def. 11. n. 2. & ipse* Carpzov. *lib. I.*
177 *Resp.* . .3. & quamvis lubentissime agnoscamus, actionem de
dolo, i ad pœnam vel infamiam Reo irrogandam dirigitur, non
178 admitte delationem juramenti; Supra tamen docuimus & ratio-
nibus fulavimus, quod etiam in actonibus dolum implicantibus,
si saltem viliter id restitutionem ve recuperationem injuste abla-
ti, non ve ad ponam vel infamiam Reo infligendam, intentatæ fue-
179 rint, delati juramenti locum habeat. Ipse vero Carpzovius hac in
parte sibi ontraius est, dum *lib.* 3. *Resp. 45. & in Proc. tit. 11. art. 1.*
180 §. 4. *n. 53. & 59.* loc in casu delationem juramenti admittit. Rectius
ergo affirmative concludimus, & tamquam Cautelam inculcamus,
judicem tam super actione, quam etiam super exceptione Spolii,
civiliter stem ad restitutionem spoliati intentata, delationem ju-
ramenti admittee debere cum B. Brunnemanno *ad l. 9. §. 2. n. 14. ff.*
de Jurejurand. n. 14. & 15. Zieglro *ad c. redintegranda cap. 7. n. 13.*
181 quæ sententia in foro nostro Magieburgico eo magis obtinet, ob
gene alitatem texus, **in der Proceß-Ordnung** *c. 29. §. 1. & 3.* ubi dela-
tio juramenti distincte tam actori quam Reo super exceptioni-
182 bus conceditu Atque ita in causa Spolii **Heinrich Tümmers/**
contra **den Atmann zu Helffte** pronunciavit Regimen Duca-
tus Magdeburci Regium d. 7. Maj 1704. **Das Beklagter den**
super facto præsentaneæ possessionis & turbationis **Jhme** deferir-
183 **ten Eyd zu** aceptiren **oder** referiren **schuldig.** Et in causa tur-
batæ præsentaneæ possessionis super interposita Leuteratione in cau-
sa **Jeremias Thers und** Consorten, contra syndicen **deren Ge-**
richte und Bürgerschafft aufn Neumarckte / pronunciavit Fa-
cultas Juridica Erfordinsis, ad Consultationem illustris Regimi-
nis sub publicato **den** 9 **May** 1702. **Daß drey von denen** Im-
plorat**en**/ **welchen die beste Wissenschafft von dieser Sache/bey-**
wohnen möchte / **da**/ super facto præsentane possessionis ven-
dendi cerevisiam exoram deferir**ten Eyd abzuschweren schul-**
dig/ **es wolten den**/ Imploran**ten solchen** referi**ren**/ **und erge-**

het

het ſo denn ferner was Recht iſt: Sic & ſpoliato poteſt a Judice 184
deferri juramentum in litem ſuper rebus ſpoliatis & invaſis: quia
difficile videtur aliter probari poſſe, cum ſecreta patrimonii non
86 secundum ea, quæ consulit Rol. a Valle *Vol. 1. cons. 70. n. 8.* sed eandem Excell. Vir cum Hilligero ad Donell. *lib. 23. c. 3. n. 14. & pluribus allegatis Autoribus* cautelam derestandam, & ad Diabolum, autorem suum re-
87 mittendam esse, religiose & optime docuit. Caveat ergo quisque cordatus Christianus Advocatus a tali cautela, ne illa utatur in perniciem animæ suæ.

88 Cœterum, quoad juramentum calumniæ generale illud adhuc notandum, quod in foro Magdeburgico, cum aliquando hoc ipsum juramentum in principio litis ab Actore & Reo præstandum erat, secundum ordinationem Processus *de Ao. 1686. cap. 7. §. 1.* Consiliarii Electorales & Principum jurati, a præstatione hujus juramenti immunes fuerint; quod ipsum convenit cum Recessu. Imperii Ratisbonensi *de Ao. 1654.* in §. **über dieses verordnen wir / in** verb. **davon jedoch der Churfürsten und Stände verpflichtete würckliche Räthe / so viel ihres Herrn Rechtfertigungs Sachen betrifft / zu**
89 *excipiren* **seyn.** Ex quibus verbis finalibus tamen eriutur, quod hæc libertas ipsis consiliariis saltem concedatur, si causas Dominorum
90 suorum agant; secus ergo secundum hunc recessum imperii se res habet, in causis consiliariorum propriis, ubi privilegium exemtionis allegare non poterunt, quæ libertas tamen in foro Magdeburgico antea ipsis ob dignitatem officii concedebatur, uti ex plurimis præjudiciis expertus sum.

91 Sed de eo adhuc quæritur; an Consiliarii vel etiam Præfecti Principum, quando in causis Dominorum suorum parti adversæ juramentum

tum judiciale deferre volunt, ad petitionem hujus, ad præſtationem juramenti calumniæ ſpecialis obligentur? Sub diſtinctione expedien- 92
da res erit. Nam aut Princeps per Conſiliarium vel præfectum ſuum litigat cum ſubdito, vel cum extraneo. In poſteriori caſu, cum juxta ea, quæ antea diximus & præjudicio firmavimus, nec ipſe Princeps juramentum extraneo, qui ipſius jurisdictioni ſubjectus non eſt, deferens, a neceſſitate jurandi excuſetur, cum ratio ſubjectionis & fidelitatis in extraneo & non ſubdito non adſit, adeoque & reverentia propter hanc ipſam debita ceſſet; Sane ſua ſponte ſequitur, multo 93
minus Conſiliarium vel præfectum Principis exemtionis privilegium contra extraneum non ſubditum, allegare poſſe. Quodſi vero lis 94
cum ſubdito intercedat, & Conſiliarius vel Præfectus Principis, vel ex Superioris mandato, vel etiam ex neceſſitate officii proceſſum inſtituat, inque eo juramentum judiciale parti adverſæ deferat, probe attendendum erit Judici, an talis neceſſitas adſit, quæ agentem Conſiliarium vel Præfectum Principis ab omni ſuſpicione calumniæ purget, uti in Fiſci Cæſarei Procuratore requiritur: Et tunc, quoniam neceſſi- 95
tas officii a calumnia excuſat, merito etiam officialis Principis a præſtando juramento excuſabitur, ſecundum ea, quæ docuit Menoch. *de arbitr. Jud. quæſt. lib. 2. caſ. 371.* Cum vero ex Actis Judici apparet, Con- 96
ſiliarium vel alium Officialem ex adulatione erga Principem, aut pro ambitione vel avaritia, vel ex odio aliquo erga ſubditum, litem excitaſſe, ut per hanc Principis gratiam, aut ſuum emolumentum, vel etiam in ſubditum vindictam quæreret, uti ſæpius fieri ſolet; vel etiam ipſam cauſam Principis in litem deductam injuſtam eſſe, Judex cordatus, poſt habito omni reſpectu perſonæ, juſtitiam & veritatem ſequi, adeoque Actorem juramentum deferentem ad exactionem partis, cui juramentum defertur, ad jurandum prius de calumnia per ſententiam condemnare non verebitur. Siquidem nec officii neceſſitas iniuſtum 97
Actorem Superioris excuſat, uti optime advertit Græveus *pract. concl.* 98
90. n. 7. imo nec ipſum Procuratorem Fiſci Cæſarei, Obrecht. *in tract.* 99
de Juram. Calumn. cap. 8. n. 13. Mev. *p. 3. dec. 191. per tot. & B.* Brunneman. *in Jure Eccleſiaſt. lib. 3. cap. 5. §. 16.* Quin & evenire poterit, ut & eo in
caſu, ubi quidem Principalis iurare non tenetur, nihilominus tamen ipſius procurator iurare teneatur: Siquidem poterit Princeps vel alius 100

ſtituens eſſe perſuaſus, ſe iuſtam cauſam fovere, cum tamen Conſiliarius vel alius Procurator de iure & iuſtitia melius edoctus, cauſam iniuaſtam deprehendere poſſit, vel in principio litis, vel in ipſo proceſſu;
101 hinc quamvis in iis locis & iudiciis, ubi procurator ad iurandum, in animam Domini admittitur, tale iuramentum in animam Domini præ-
102 ſtare velit, non tamen tam protervus erit, ut in animam propriam
103 iuret: adeoque dilucide apparet, ſolam officii neceſſitatem a iurandi
104 necesſitate neminem excuſare, poſita cauſæ iniuſtitia; ſiquidem ſub hac ſpecioſa neceſſitate officii, maxima nihilominus calumnia occul-
105 tari poterit. Unde etiam jura voluerunt, quod & tutores, licet ex neceſſitate officii cauſam pupilli agant, nihilominus tamen eo in caſu, ubi juramentum deferre volunt, ad exactionem partis adverſæ, de calumnia jurare teneantur, *vid. l. 2. & Auth. Principales. C. de Jurejurand. propt. Calumn. dando.* *Excell. D.* Stryckius *in diſſertatione ſæpius allegata cap. 2. n. 82. & 83. ſeqq.*

106 Expertus ſum aliquando in praxi, Advocatum quendam Clienti ſuo, qui juramentum adverſario deferre volebat in judicio, hanc cautelam ſuppeditaſſe, ut factum litigioſum, ſuper quo iuramentum deferre volebat, vel ſaltem unius teſtis depoſitione deſuper coram Notario & Teſtibus facta probaret, atque per hoc ipſum inſtrumentum depoſitionis, ſe a calumniæ ſuſpicione liberaret, adeoque a
107 præſtatione iuramenti calumniæ ſpecialis liberaretur. At noluit admittere hanc cautelam illuſtre Regimen Ducatus Magdeburgici, ſed ipſi deferenti ad poſtulationem rei, præſtationem huius iuramenti iniunxit, antequam Reus iuraret, in cauſa ſpoliatæ poſſeſſionis Wegens contra Vogten. Rationes præcipuæ videbantur eſſe, quod productum teſtimonium non erat iuratum, neque etiam fides Notarii adhibiti cognita iudicio, ut proinde tutius videretur, inſiſtere diſpoſitioni iuris communis & provincialis generali, quæ quemlibet deferentem prius de calumnia iurare iuſſit, ſecundum *leg. 1. & quæ ad eam notant* Decius *& Dd. ff. de Regg. Jur.*

108 At nonne cautela hæc proderit deferenti, ſi vel per unicum teſtem iuratum Judici veritatem negotii, ſuper quo iurandum, probare paratus ſit, num Judex hoc ipſum teſtimonium iuratum attendere, & deferenti iuramentum calumniæ ſpeciale den Eyd vor gefährde a

parte

parte adverſa exactum, hac invita remittere poterit? Non reor: quoniam 109
iuramentum hoc in ſpecie a iure introductum eſt in favorem eius, cui
iuramentum defertur, ita ut hic prius iurare non teneatur, quam al-
ter deferens de calumnia vitanda iuraverit. Cum itaque Judex ipſe 110
ſit ſub lege, & miniſter legis, non arbiter, adeoque ceſſet eius arbitri-
um, utique nec ius tertio quæſitum invito ei invertere poteſt: Quin 111
potius hic valebit regula, ut deferens iuramentum principale in iudi-
cio, vel ex ipſa æquitate admittat eam conditionem in ſe, quam prius in
adverſario æquam eſſe putavit, ſecus vero agendo ſuſpectum ſeſe fa-
ciat, dum ſcivit, ſe prius, iuxta diſpoſitionem legis expreſſam, hoc iu-
ramentum ſubire debere, & tamen ab adverſario expoſcit, quod ipſe
præſtare renuit. *vid.* Franzk. *ad tit. ff. de Jureiurand. 99. & Excell.* D.
Stryck.. *in ſæpius laudata diſſertatione cap. 3. n. 111. & ſeqq.* Cautius ergo 112
aget Actor vel Reus, ſi a delatione iuramenti Judicialis, hoc in caſu,
ubi per teſtem unicum integræ fidei negotium controverſum probare
poſſet, penitus abſtineat, & potius remedium probationis ordinariæ
eligat. quia hoc modo aditum vel ad iuramentum ſuppletorium ſibi 113
parare poterit, aut pro re nata efficiet, ut judex juramentum pur-
gatorium Adverſario per ſententiam imponat, quo caſu de calumnia
jurare non tenetur.

At qua cautela conſulere ſibi poterit deferens, ſi adeo ſuperſtitio- 114
ſus ſit, ut potius, etiam in iuſtiſſima cauſa ſuccumbere, quam jurare
velit; quod ſæpius in Judiciis evenire ſolet? Certe aliter ſibi proſpi- 115
cere non poterit, quam ut omnem operam adhibeat, quo ab adverſa-
rio, cui juramentum detulit, juramentum calumniæ ſibi remittatur:
quæ ipſa remiſſio omnino fieri poterit, & deferenti proficua erit, ut 116
ex conſenſu partis adverſæ de calumnia iurare non teneatur; Siqui- 117
dem juramentum hoc ſpeciale, ob privatam remittentis utilitatem
præſertim introductum eſt: favori autem pro ſe introducto, quilibet 118
renunciare poterit. Et judex talem renunciationem factam admit- 119
tere tenetur. Obrecht. *de Juram. Calum. cap. 11. n. 12. & ſeqq.* imo pars 120
quæ iurare debet, ubi deprehendit adverſarium, qui alias levis, &
de periurio ſuſpectus eſt, ad jurandum paratum eſſe, tutius agit, ſi per-
jurium præcaveat & peieranti iuramentum calumniæ remittat, ne
ſciens alterum peierare faciat. Quod absque peccato mortali fieri non

121 poteſt, uti iam antea in hac materia oſtendimus. Atque hanc remiſſionem in Judiciis tam ſuperioribus quam inferioribus ſæpius inter partes practicatam, & admiſſam fuiſſe, expertus ſum in cauſa Roßbachs contra Gräubiſche Erben bey Königl. Hochlöbl. Regierung des Hertzogthums Magdeburg/ *in termino præſtationis Juramenti* den 4. *Octobr. 1704.* nec non in præfectura Giebichenſteinenſi in cauſa Nippelts und *Conſorten*/ contra die Ober-Meiſter des Schneider-Handwercks
122 *m. Sept. 1704. & menſe Martio 1705* Quin & circa ipſum iuramentum calumniæ generale, ſi a partibus expreſſe remittatur, ſatis nervoſe deducit *Excell. D.* J. S. Stryckius *in laudatiſſima diſſertatione cap.* 4. *n.* 37. & *ſeqq.* quod certis in caſibus, Judex quoque absque nullitatis vitio hanc remiſſionem a partibus expreſſe factam, attendere poſſit, ſi modo iuſtitiæ cauſæ ſit manifeſta, vel metus periurii, vel cauſa definienda adſit;
123 Hanc aſſertionem exemplo Anabaptiſtæ vel Mennoniſtæ illuſtrat. *cui add.* Mev. *p.* 4. *dec.* 53. *& dec.* 164. *Item* Brunnemann. *in Jure Eccleſiaſtico lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 19.

124 Ex deductis nunc ſatis apparere poterit, quod præcipua & utiliſſima cautela pro eo cui juramentum delatum fuit, hæc ſit, ut exigat juramentum calumniæ ſpeciale, atque deferentem ad hoc i-
125 pſum præſtandum ſpecialiter citari faciat, Nunc vero disquirendum erit, quo tempore hæc ipſa exactio in Proceſſu fieri debeat? In jure civili certum terminum fatalem non habemus, quovis igitur tempore in proceſſu expediri poteſt, dummodo ante præſtationem
126 juramenti principalis petatur; quamvis per ſententiam pronunciatum fuerit, juramentum delatum præſtandum eſſe, eaque ſententia
127 in rem judicatam tranſierit, ad exemplum juramenti calumniæ generalis, quod in quacunque judicii parte exigi poteſt, usque ad concluſionem in cauſa, per ea, quæ deduxit Andr. Rauchbar. *p. l. quæſt.* 10. *per tot.* Beuſt. *ad rubr. ff. de jurejurand. n.* 191. Setſer *lib* 4. *cap.* 5. *n.* 9. ſed hanc materiam futuræ ſectioni, ubi de cautelis circa fatalia juramentorum in ſpecie agendum erit, reſervamus.

128 In præſenti vero illam cautelam tradimus, pro deferente, ut diligentisſime inquirat, an pars adverſa hoc ipſum juramentum exegerit, & in ſchedula oblationis ad juramentum Principale, in ſpecie petierit, ut deferens ad præſtandum juramentum calumniæ citetur:

cuius

cujus oblationis formulam inferius trademus, ubi de oblatione ad juramentum *in ſectione 4.* fuſius agemus: nam ſi juraturus, cui Principale juramentum delatum eſt, hoc neglexerit, ſibi quoad exactionem præjudicat, & hoc ipſum juramentum tacite remiſiſſe videtur, adeoque deferens de calumnia jurare non cogitur. Per ea quæ docuit Math. Berlich. *p. l. concl. 31. n. 6.* 129

At quid de eo caſu ſtatuendum, ubi judex in ſententionando prævenit juraturum, hoc modo, ut per ſententiam pronunciet: **Daß derjenige/ dem der Eyd** *deferiret* **worden/ denſelben auff des** *deferentis* **vorgehenden Eyd vor gefährde entweder zu** *acceptiren* **und zu leiſten/ oder zu** *referiren* **ſchuldig ſey/** num & tunc opus erit, ut expreſſe a juraturo hoc juramentum in ſpecie exigatur, cum petitione ut adverſarius ad hoc præſtandum prius citetur? prima fronte videri poſſet, hanc neceſſitatem delato imponendam non eſſe, cum iamdum ſententiam iudicis pro ſe habeat, in qua deferens ad præſtandum iuramentum calumniæ iam condemnatus fuit, dum ergo iudex ipſe petitionem partis prævenit, quid opus erit ulteriori petitione? ad exemplum Leuterantis, qui quamvis de iure Saxonico terminum proſecutioni Leuterationis, ſub pœna deſertionis præfigi petere debeat, hanc ipſam deſertionem tamen effugit, quando iudex motu proprio terminum proſecutioni præfixit, fruſtra enim petitur, quod iamdum eſt impetratum, *arg. l. hæc ſtipulatio §. 1. ff. ut legat, & fidei commiſſ. ſerv. l. ait Prætor 3. in princ. ff. de iurejurand.* Beſold. *vol. 4. Conſ. 47.* Carpz. *in Proc. tit. 17. art. 3. n. 55.* Accedit & hoc, quod ſententia, præſertim quæ in judicatum tranſivit, jus faciat inter partes irretractabile. *perl. ingenuum 25. ff. de ſtatu hom. & Dd. in cap. quoniam de Probat.* atque hanc opinionem tenuiſſe ICtum celeberimum Bened. Carpzovium reperimus *in p. 1. conſt. 12. def. 23. n. 6.* Cum pace tamen tanti viri putamus, cautius omnino agere delatum, quando non obſtante iudicis ſententia, etiam poſtquam illa in rem iudicatam tranſivit, formam in lege præſcriptam obſervat, & in ſchedula oblationis ad iuramentum principale expreſſe petit, ut Reus, tam ad videndum ſe iurare, quam etiam, ut ipſe de calumnia iuret, ad terminum præſtationi iuramenti Principalis præfixo, in ſpecie citetur: Sicut enim alias iuxta communem regulam, 130 131 132 133 134 135 136 137

138 ſuperflua non nocent *per l. cum antiquitas 28. C. de teſt.* eaq; admittere ſecurius eſt, quam neceſſaria omittere, uti oſtendit Speculator *in tit.*
139 *de depoſito §. 7. n. 8.* ita certo certius eſt iuramentum hoc calumniæ in favorem iurantis quidem introductum eſſe, ſub hac expreſſa tamen conditione, ſi ab ipſo exigatur prius, uti ante de-
140 monſtravimus: cum vero ipſa conditio formam non levem ſecundum iura inducat, in tantum ut ea omiſſa, diſpoſitio legis effectum
141 non ſortiatur. *perl. 44 & 55. ff. de condit. & demonſtrat.* & ſecundum communem Doctorum opinionem, iuramentum calumniæ expreſſe non exactum pro tacite remiſſo habeatur, D. Schwendendörffer *ad Proc. Fibigii p. 2. cap. 2. membr. 2. ſect. 1. §. 4. n. 623. add. cap. 1. & quæ ad illud notarunt Dd. de. iuram. calumn. in 6.* Berlich. *p. 1. concl. 31. n. 37.* Speckhahn *cent. 2. claſſ. 4. quæſt. 20. n. 2. Gail. l. 1. obſ. 85.* Beneckendorff. *ad tract. ſeraphini de Privileg. juram. Pri-*
142 *vil. 115. n. 8.* utique ſponte ſua ſequitur, iudicem ex officio hoc iu-
143 ramentum deferenti imponere non poſſe, cum in iis, quæ jura partium concernunt, officium non impertiatur niſi imploratus *perl.*
144 *4. §. hoc iudicium 8. ff. de damno infect.* & ſaltem ea, quæ ex iure dependent, ſupplere poteſt, non vero, quæ factum partis concernunt, *tot. tit. cod. ut quæ deſunt Advocat.* Regner. Sixtin. *in Conſil.*
145 *Marburg. vol. 2 Conſ. 7. n. 49.* præſertim ſi obſervatio facti vel actus pro forma ab ipſa lege requiratur, cuius neglectus indubie præiu-
146 dicat negligenti, quoniam iura ſaltem vigilantibus favent, non vero dormientibus, *perl. 24. in in fin. ff. de his in fraud. Cred.* Card. Tuſch
147 *pract. Concl. tom. 5. lit. M. concl. 36. per tot.* inſuper alterius negligentia alterius ius gravare non debet, *perleg. 6. §. fin. ff. quemadm. ſerv. amitt.* quod tamen hoc caſu omnino fieret, ſi deferens de calumnia iurare deberet, quamvis iuramentum hoc ab altera parte exactum non fuerit; cum tamen iuxta ſuperius deducta, neceſſitas hæc iurandi ſaltem ab exactione vel petito partis adverſæ dependeat, & ſub hac
148 conditione deferenti injungatur: At quoniam ſententia quævis ita accipienda eſt, ut ſit diſpoſitioni iuris conſentanea, & intentioni Legislatoris conveniens, *perl. 32. ff. de Re iudic.* utique intrepide aſſerendum, quod & hæc ſententia iudicis; in qua iuramentum calumniæ deferenti impoſuit, „ſub hac conditione ſit accipienda ſi

ſci-

ſcilicet hoc ipſum delatus exigat, & poſt ſententiam in ſchedula oblationis expreſſe & in ſpecie petat, ut deferens ad præſtandum hoc iuramentum citetur. Si quis vero inſtare vellet, ſententiam 149
ſub conditione latam non valere, ſecund. *l. 1. §. 5. ff. quand. Appel-land.* huic reſpondebimus, quod hæc exactio habeatur pro forma 150
intrinſeca, quæ ipſi negotio ex clara diſpoſitione legis inhæret, quo caſu etiam ſententiam conditionatam valere probat *gloſſa &* Bart. *in d. l. 1. §. 5. n. 2. in fin. ff. de d. t. &* Barboſa *in Theſauro locuplet lit. 17. cap. 19. Ax. 29. limit. 1. cum allegatis.*

Illud tamen pro Cautela tenendum, quod ubi iuramentum a 151
parte præſtandum in ipſa lege requiritur, tunc quoniam agens vel excipiens ex ipſius legis diſpoſitione iuramentum ſubire opus habet, iuraturus iuramentum calumniæ ſpeciale propter hoc exigere non poſſit, quamvis altera pars in iudicio petat, ut iudex agenti iura-
mentum in lege requiſitum imponat; ſiquidem neceſſitas hæc juran- 152
di ex ipſa lege deſcendit, adeoque juramentum in neceſſarium lega-
le degenerat; cum vero in leges, quæ ſanctæ ſunt, nulla ſuſpicio ca- 153
lumniæ cadere poſſit *perl. 9. §. 3. ff. de rer. diviſ.* Math. Weſenbec. *p. 1. conſ. 3. n. 50.* Carpz. *p. 3. conſt. 12. def. 25. n. 3.* hinc qui legi inſiſtit, 154
iure ſuo utitur, & calumniari non videtur, *perl. 17. §. 12. ff. de ædilit. Edict.* & de calumnia iurare non tenetur, qui defert iuramentum, quod ex lege vel conſvetudine debetur, per deducta Mevii. *p. 6. dec. 216. n. 2. & p. 7. dec. 27. n. 2. 3. 4. ſeqq.* Exemplum talis iuramenti calumniæ legalis (1) occurrit *in leg. 5. §. 14. ff de operis novi nunc.* ubi Ul-
pianus dicit: *qui opus novum nunciat, iurare debet, ſe non calumniæ cauſa opus novum nunciare. Hoc Jusiurandum autore Prætore defertur, idcirco non exigitur, ut iuret is ante, qui Iuramentum exigit.* Interim tamen & hoc Iuramentum calumniæ tuto poteſt omitti in Proceſſu, ſi nec pars 155
adverſa, contra quam fit nunciatio, hoc ipſum exigat, neque Judex hoc ipſum impoſuerit, uti notant Bald. *ad h. l. &* Gothofredus *in not. n. 87.*

(2) Simile exemplum occurrit *in l. 6. §. 2. & l. 9. §. 3. ff. de Edendo.* 156
Ubi diſponitur, quod is, qui ab Argentario poſtulat, ut ſibi edat rationes, prius iurare debeat, non calumniæ cauſa ſe poſtulare id ſibi ne forte vel ſupervacuas rationes, vel quas habet, ſibi poſtulet,

vexan-

157 vexandi Argentarii cauſa, quæ diſpoſitio etiam ad reliquos peten-
tes documenta aliqua, ex identitate rationis a Dd. extenditur. *vid.*
Salicet *in l. 1. cod. de Edendon. 6.* Card. Tuſch *Tom. 3 pract. Concl. lit. E. Concl. 41. n.*
158 *3.* Mev. *p. 7. dec. 281.* Hahn. *ad Weſenbecium ad tit. ff. de Edendo. n. 13.* ubi
ſtatuit, quod exactioni huius iuramenti locus non detur, ſi antea in
genere de calumnia vitanda iuratum fuerit, ad totam cauſam, totum-
159 que proceſſum: quod aſſertum tamen noſtrum non facimus, ſed
ſaltem hoc pro cautela inculcamus, quod quamvis ſecundum ius
commune civile, pars illa, a qua adverſarius editionem documenti
alicuius poſtulat excipere poſſit, ut petens editionem prius de calu-
160 mnia iuret, ſecundum *l. 9. §. 3. ff. de Edend.* Hæc tamen neceſſitas
jurandi IN FORO SAXONICO petenti non incumbat, etiam ſi edere
juſſus id petierit, per text. **in der Churf. Sächß. Proceß-Ordnung**
Tit. 26. §. 1. in verb. **kan auch derenthalben keinen ſonderlichen Eyd**
vor gefährde fordern/ & ea quæ tradit Berlich. *p. 1. concl. 45. n. 5. & ſeqq.*
161 Carpz. *part. 1. conſt. 17. def. 29. & lib. 3. Reſp. 77. n. 18.* quod ipſum ta-
men limitatur in FORO DUCATUS MAGDEBURGICI per Ordi-
nationem Proceſſus *de Ao. 1686.* in duobus caſibus (1) ubi pars pe-
tens editionem, non nudis extractis documentorum contentus eſſe
vult, ſed integra documenta petit, (2) ubi evidens calumniæ præſum-
tio contra petentem militat: in hiſce duobus caſibus ergo pro cau-
tela obſervet is, a quo editio petitur, ut iuramentum calumniæ cor-
porale poſtulet prius præſtari, quod petens editionem omnino ſu-
162 bire & deinde copias integras ſuis ſumtibus luere tenetur: Verba
textus ſic ſonant: **Würde aber der gegentheil mit denen Extracten**
auch nicht friedlich ſeyn / ſondern integras copias **haben wollen ſo ſoll**
er alsdenn ſo wohl / als wenn evidens calumniæ præſumtio, **wieder**
den / ſo die Edition **fodert / verhanden / zuvor bey ſeinem leiblichen**
Eyde erhalten / daß er ſolches nicht böſer oder argliſtiger Meynung
(einige gefährde dadurch zu ſuchen) thue / ſondern daß es ſeine hohe
Nothdurfft erfodere / darauff denn ihme ſolche begehrte gantze Copeyen
163 **auf ſeine Unkoſten ſollen gefolget werden.** De iuramento hoc edi-
tionis & patefactionis circa iuramenta aſſertoria cap. 2. ſequente apti-
or dicendi occaſio erit, ad quod ulteriorem tractationem de iuramen-
tis calumniæ legalibus, ſeu, quæ ex ipſa legis diſpoſitione præſtanda ve-
niunt,

niunt, & neceſſaria dicuntur, vel uti juramentum calumniæ circa editionem documentorum, item circa ſpecificationem bonorum, cautionem præſtandam, diffeſſionem & comparationem ſcripturarum, item ubi ad exhibendum, *ex l.* 15. *ff.* d. t. agitur, reſervamus. Cum hæc juramenta certo reſpectu etiam ad aſſertoria, quantum quidem ad tempus præteritum & præſens attinet, non incommode referri poſſint.

Antequam vero finem huic capiti imponamus, occurrit ad- 164
huc cautela aliqua, quam quidam Practici adhibere ſolent, circa uſum iuramenti calumniæ ſpecialis, in eo caſu, ubi vident, ſe non poſſe probare, quod allegant, & tamen judiciale juramentum deferre verentur; nempe ut juramentum calumniæ ſpeciale adverſario deferatur ſuper hoc puncto, quod probare non poſſunt, in eum finem, ut juret, ſe malitioſe hoc punctum controverſum non negaturum, cum quo juramento ſatis tuto procedere ſe poſſe putant. Nam adverſari- 165
us conſcientioſus aut cogeretur confiteri hoc caput controverſum, ut agens vincat; aut illud ad minimum elici poſſe, ut quamvis juraverit, cauſæ principali tamen per hoc ipſum juramentum, cum ſit ſaltem præparatorium, non vero litis deciſorium, non præjudicetur. At mi- 166
nus proficuam hanc cautelam putamus. Nam ſi adverſarius accepeptet & præſtet juramentum, deferens vero probare non poſſit, ſuccumbet in cauſa adeoque iuramentum fruſtraneum petiit: quod ſi ve- 167
ro adverſarius jurare nolit, tunc non in tota cauſa, ſed ſaltem in illo articulo, ſuper quo de calumnia iurandum erat, pro confeſſo habebitur, uti bene declarat Sigism. Scaccia *de Judiciis lib. 2. c. 1. n. 96* & Gail. *lib. 1. obſer. 87. n. 7.* In FORO SAXONICO vero nullus plane uſus huius cautelæ erit, quippe in quo juramentum calumniæ generale penitus abrogatum eſſe teſtatur ex praxi Carpz. *p. 1. conſt. 12. def. 21.* & 168
quamvis juramentum calumniæ ſpeciale, quod alias communiter juramentum malitiæ audit, retentum fuerit, non tamen in poteſtate partium reſidet illud deferre, ſed ſaltem arbitrio judicis committitur, ut dijudicet, an pars aliqua malitioſe aliquid in judicio petat vel agat, quo caſu ipſi Judex juramentum imponit *vid.* Carpz. *d. l. def. 22.* Siquidem & de jure communi, ob ſolam poſtulationem partis non im- 169
ponendum eſt juramentum hoc, ſed exploratis prius a Judice omni-

bus circumstantiis ; uti bene monuit Mev. *p. 7. dec. 280. n. 3. & 4. &*
170 *p. 4. dec. 164.* Quod etiam in FORO MAGDEBURGICO receptum esse, patet ex textu der neuen Proceß-Ordnung *de Anno 1696. cap. 7. §*
171 *1.* cujus verba jam antea *in p. 2. Sect. 2. cap. 4. n. 36. & 37.* retulimus. Circa quem textum adhuc notandum, quod quamvis juramentum malitiæ speciale ad instantiam partis, prævia tamen cognitione judicis, adhuc præstandum sit, hac formula: **Ich schwere zu GOtt dem Allmächtigen einen leiblichen Eyd/ daß ich in der zwischen mir und N.N. rechtschwebenden Sache/ die Warheit vorsetzlich nicht hinterhalten noch verkehren/ auch nicht wieder die Acta reden und schreiben/ keine undienliche Weitläufftigkeit machen/ noch die Sache verschleiffen oder meinen Advocaten und Procuratorn, daß sie dergleichen thun Einschläge geben/ sondern vielmehr/ da ich eine solche Boßheit erführe/ sie fahren lassen/ und andere/ so Recht und Gerechtigkeit lieben/ und nichts/ als was zur Sachen Nothdurfft dienet/ vorbringen/ bestellen/ auch da ich bey Fortsetzung der Sachen befinde/ daß in derselben mit guten Gewissen kein Process geführet werden könne/ davon abstehen/ niemanden auch wer er sey/ zu Hegung einer ungerechten Sache Geschencke reichen oder durch andere reichen lassen will. So wahr mir GOtt helffe und sein heiliges Wort.** Sub hac tamen
172 conditione saltem id conceditur parti, ut ante litem contestatam semel atque una vice postuletur, postmodum vero neutiquam amplius audiatur postulans, uti innuunt verba textu der Proceß-Ordnung *de An. 1686. cap. 6. §. 9.* **Es soll auch auff gegentheils Ansuchen/ das** *Juramentum malitiæ speciale* **uuweigerlich geschworen werden/ jedoch daß solches** *ante litem contestatam* **nur einmahl gefodert/ und hernach kein Theil**
173 **damit ferner gehöret werde.** Quod pro cautela notandum, quoniam hæc ipsa materia in praxi sæpius occurrit, ut partes indistincte hoc juramentum exigant, vel saltem ut vexent adversarium, quod minime quidem tolerandum. de qua materia *in sect. 4.* plura addemus ubi de fa-
174 talibus iuramentorum agendum erit. Interim tamen parti, petenti hoc
175 ex justa causa justoque tempore, merito a Judice favendum. Practicatum hoc fuit apud curiam provincialem Ducatus Magdeburgici, in causa **Christoph Nörickens** contra **den damahligen** *Justitiarium* **zu Krosigk/ Herrn Adam Meißnern** ubi ad hujus petitionem, Actori **Nöricken**/ejusque Advocato qui processum executionis a Reo formatū-

im-

impugnabant, iuramentum malitiæ ſpeciale impoſitum fuit, uti innuunt verba ſententiæ *de publicato* den *15. Junii 1695.* das Nöricke und und deſſen *Advocatus* das von Adam Meißnern gefoderte *Juramentum malitiæ* abzuſchweren ſchuldig. In tantum, ut 176
cum Actor ejusq; Advocatus reniterentur, illuſtre Regimen per ſubſequentem ſententiam de publicato den 23. Junii 1699. præſtationem hujus juramenti de novo injunxerit. verb. Würde auch Nöricke und in deſſen *Advocatus* in ander weitigen *Termino* das zuerkannte *Juramentum malitiæ* nicht abſchweren/ ſo iſt ſelbiger mit ſeiner Klage/ wider den Gerichts-Verwalter/ ſo weit ſelbige ihn *concerniret*/ weiter nicht zu hören/ ſondern abzuweiſen. Quod etiam reiteratum in ſententia *de* 177
publ. den *9. Decemb. 1699.* in verb. Daß die Ungehorſams-Beſchuldigung des Klägers noch zur Zeit keine ſtatt habe/ würde aber klagender Nöricke nebſt ſeinem *Advocato*, der ihm von Anfange biß zu der Zeit/ da das *juramentum calumniæ* erkannt worden/ bedienet geweſen/ innerhalb 4. Wochen keinen andern *Termin* zur Abſchwerung ausbringen/ oder auch in künfftigen *Termino* den Eyd nebſt gedachten *Advocaten* nicht würcklich ablegen/ ſo iſt er mit ſeiner Klage wider beklagten Meißner gäntzlich abzuweiſen/ und wenn ſolches durch des *Advocati* Ungehorſam oder Verweigerung vor ſeine Perſon den Eyd vor Gefährde abzulegen/ erfolgen ſolte/ dieſer dem Kläger alle erweißliche Schäden und Unkoſten zuerſtatten ſchuldig. Uhrkundlich gegeben Halle den 9. Dec. 1699. Et hæc circa juramenta promiſſoria protuliſſe ſufficiant.

SECTIO TERTIA.

CAPUT II.

DE JURAMENTO ASSERTORIO EJUSQUE SPECIEBUS.

ABſolvimus, pro inſtituti ratione, juramenta promiſſoria, nunc §. 1
ergo circa juramenta aſſertoria quasdam cautelas proferemus.
Quamvis vero circa ſingulas ſpecies juramenti aſſertorii plura 2
occurrant, nos tamẽ quantum fieri poteſt brevitatis ſtudio ducti,

saltem per transennam, uti dicitur, viam B L. monstrabimus, atque occasionem submministrabimus, paucis hisce in medium productis, per ingeniosam cogitationem plura addere, a quibus enumerandis negotia alia forensia atq; domestica, ut & adversa valetudo hacteno im-
3 pedimento fuerunt. Cum vero iuxta rubricam pandectarum in tit. de iureiurando, tres species adducantur iuramenti assertorii, nempe VOLUNTARIUM, JUDICIALE, & NECESSARIUM, nos quoque hanc viam secuti in tribus illis speciebus versabimur, & quæ cautelæ circa eas observandæ sint, in tribus distinctis Membris delineabimus.

MEMBRUM I.
De
JURAMENTO VOLUNTARIO.

4 CIrca Juramentum voluntarium hoc monere volumus, nos illud in laxiore significatione hic non accipere, sub qua iuramentum iudiciale, quod pars parti ex libera voluntate deferre, & alter, cui delatum est, pro re nata vel præstare vel referre potest, simul compre-
5 hendi potest. Sed inhæremus strictiori significationi; in qua voluntarium iuramentum illud est, quod ex libera partium conventione
6 nulla cogente necessitate, extra iudicium defertur & suscipitur. Notum enim est, quam infinita incommoda lites iudiciales partibus attrahant, ita ut sæpius propter rem minimam maxima lis non solum
7 oriatur, sed etiam per plures annos protrahatur; non igitur invidendum videtur partibus, si ad effugiendas ambages processus & summus litis necessarios, qui sæpius ipsam summam controversam superant, de tali remedio sibi prospiciunt, per quod molestias processus
8 longinqui evitare possunt. Siquidem sæpius sub iusto clypeo pars quædam succumbere poterit, & verecunda eius cogitatio, qui lites execratur, non vituperanda erit, *per l. 4. §. 1. in fine ff. de alienat. jud. mut. causa facta.* Adeoque prudens Vir, non mox ad
9 iudicia convolat, sed quantum possibile, per amicabilem compo-
10 sitionem controversiam tollendam quærit. Siquidem iuxta proverbium: **Es ist allezeit besser ein magerer Vergleich/ als ein fetter Abschied** / vel ut Andr. Knichen *de saxon. non provoc.*

iure

iure cap. 3. n. 73. loquitur, macrem concordiam meliorem esse, quam 11
pingvem sententiam: sæpius enim sententia iudicum inter casus
fortuitos referendæ sunt, adeoque non prudenter fortunæ
arbitrio committetur, quod per concordiam vel amicabi-
lem compositionem obtineri potest. Plures cautelas ad effugien- 12
das lites utilissimas congessit *Dn. Præses in introd. ad praxin. cap. 2. seqq.*
ad quas B. L. remitto.

Illud saltem de præsenti evolvere libet. Ponimus casum, ubi duæ 13
personæ, alias litium osores, in controversiam incidunt, quam in iu-
dicium introducere propter sumtuosas molestias verentur, sed de-
stituti aliis probationibus ordinariis, aliud remedium componendæ
controversiæ non inveniunt, quam ut ea per juramentum decida-
tur: non immerito ergo quæritur, an tales partes extrajudicialiter
ita compromittere possint, ut controversiæ per iuramentum finis im-
ponatur, atque vi hujus compromissi delatio juramenti facta atten-
denda sit? Quod si ad jus civile respicimus, utique affirmanda quæ- 14
stio: siquidem in *leg. 1. ff. de jureiur.* expressus habetur textus de jura-
mento ex pacto susceptο, in verb. *Maximum remedium expediendarum*
litium in usum venit jurisjurandi religio, quæ vel ex pactione ipsorum litiga-
torum vel ex autoritate iudicis deciduntur controversiæ: ex quo textu *iuncta* 15
l. 17. in princ. & l. 28. §. ult. ff. d. t. omnino infertur, leges, Roma-
nas usum huius juramenti partibus etiam extra iudicium concessis- 16
se; imo tam magnum favorem hoc ipsum juramentum habuit, ut
prætor propter hoc specialem actionem in factum ex iureiurando
daret, uti patet *ex §. 11. inst. de Act. add. l. 7. & 9. ff. de jureiurando.* Hinc 17
si tale iuramentum conventionale delatum, & ab altera parte susce-
ptum fuit, omnino ab acceptante præstandum erit, propter obliga-
tionem, quæ ex conventione oritur, *arg. l. 5. ff. de oblig. & Actionib.* &
ea, quæ docuit *Franzkius ad tit. ff. de iureiur. n. 93.* Quod si vero de iu- 18
stitia huius iuramenti extta iudicialis in foro conscientiæ quæstio
formanda, tunc Christiano rectius improbandus erit eius usus; nam 19
ut nulla necessitate quis compellitur ad compromittendum, ita nec
ad juramentum per conventionem in se recipiendum; notum vero 20
ex iure Canonico, quod Pontifex *in cap. 26. X. de iureiurando.* expres-
se disponat, quod ad iuramentum non debeat quenquam spontanea
voluntas inducere sed necessitas trahere importuna, alias occasio da-

retur, ut quis cum iuramentis, ut pueri cum teſſeris & globulis lude-
22 ret. Cum tamen iuramentum merito inter actus religioſiſſimos re-
ferendum ſit; quod magna cum reverentia & majori animi delibe-
23 ratione ſuſcipiendum & præſtandum, ob quas & alias cauſas (quas
longius congeſſit *Exc. J.S. Stryckius in diſſertas. ſpeciali. de eo quod iuſtum eſt circa iuramenta extraiudicialia habita Hallæ 1702. cap. 2. per tot.* ad
quem locum egregium B. L. remitto, ubi ſimul inveniet eruditiſſimam diſquiſitionem, circa plures ſpecies iuramentorum extra judi-
24 cialium,) uſum huius iuramenti diſſuademus, & Cautelam generalem
pro quolibet Chriſtiano hanc tradimus; ut abſtineat & caveat a tali
juramento extrajudiciali, ſuper rebus privatis & ſæpius exigui valoris, delato & concepto, & quando cum aliquo rem controverſam
habet, & moleſtias Proceſſus effugere cupit, allaboret, ut adverſarium diſponat, quo in Proceſſum ſummarium coram Arbitris vel etiam judice tractandum compromittat, atque ſimul ambo compromittentes remediis proceſſus, ipſis alias competentibus, renuncient,
atque tunc juramentum deferat, vel ſuper delato cognitionem &
laudum arbitrorum, vel ſentantiami judicis exſpectet; & tunc vel
acceptationem vel relationem juramenti pro ſua conſcientia expedire tutius poterit, quam ſi tam præcipitato quaſi curſu, juramen-
25 tum per extrajudicialem conventionem in ſe recipiat. Siquidem ma-
xime ſuſpectum ſe facit, qui ſe ad juramentum ſponte ingerit. *per. l.*
26 *25. §. 1. ff. de procurat.* & cum ſecundum *l. 5. §. fin. & l. 6. ff. d. d.* in
continenti, non ex intervallo, iurandum ſit, per præcipitantiam peri-
27 culo animæ ſe exponere poterit. Accedit, quod qui ex tali couven-
tione judiciali juramentum acceptavit, illud præciſe præſtare, aut
28 cauſa cadere tenatur; poſtquam & hic quam maxime invaluit regula,
ut quod antea voluntatis erat, poſtmodum neceſſitatis fiat, neque
29 relatio juramenti ſemel ſuſcepti fieri poſſit. *perl. 17. princ. ff. h. t.* cum
enim coactio in iſta juramenti extra judicialis ſpecie nulla, neque
30 a lege, neque a juſſu iudicis adſit: utique nec relatio tanquam medium evitandi juramentnm, locum habebit, ubi bene judicavit Franzk.
31 *ad h. t. n. 110.* Ergo ſi juramentum ſemel voluntarie per conventionem ſuſceptum eſt, poſtmodum recuſari non poteſt, ſed neceſſario
32 præſtandum, cum totum ex conventione partium dependeat, ſpe-

ciem-

ciemque transactionis contineat, *per. l.2. d. t.* unde & hoc simul cum aliis conventionibus commune habet, quod pœnitentiæ locus non detur *per. l. 5. C. de oblig. & Act.* Sufficiant hæc de iuramento voluntario. Pergimus ad 33

SECTIO III.

CAP. II.

MEMBRUM II.

DE JURAMENTO JUDICALI.

IN hoc membro agendum in specie est de eo iuramento, quod iudiciale communiter vocatur & describi potest; quod sit tale iuramentum quod pars parti adversæ in iudicio defert & præcedente sententia iudicis præstandū iniungitur, ita ut fides iudici fiat, & per eiꝰ præstationem actualem, in iudicio rite factam, causa controversa rite terminetur *l. 12. §. 1. C. de jurejur.* Setser *lib. 4. c. 1. n. 10. Philippi in dissert. speciali de iuram. judicial. thes. 7.* & cōmuniter LITIS DECISORIUM vocatur hoc iuramentum, quoniam litis decidendæ causa defertur & imponitur. Deferre autem iuramentum *h. l.* idem significat ac si diceres, provocare aliquem, ad iuramentum in iudicio, iusiurandum dictare atque necesitatem iurandi alteri facere, quod alias ICti & Imperatores appellant, inferre iusiurandum, uti patet *ex lege duobus §. fin. ff. de iureiurand. leg. si. quis jusiurandum d. t. L. generaliter. §. omne C. de reb. cred.* item dare iusiurandum. *in L. 4. C. eod.* Setser *de iuram, lib. 4. cap. 2. n. 3. & 4.* Cum vero negotia & facta, super quibus iuramenta præstantur, ita sint comparata, ut vel unius partis (1) PROPRIA sint, ita ut is solus scientiam certam & plenam, aut tamen meliorem habeat: vel (2) COMMUNIA ita ut uterque litigans æqualem notitiam eorum possideat: vel (3) ALIENA quorum tamen probabilis notitia in aliquo præsumitur: hinc primo omnium pro cautela notandum, ut deferens accurate inquirat in factum seu negotium, super quo 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43

iura-

iuramentum deferre vult, & num adverſarius certam & plenam eius
ſcientiam habeat, & tunc deferat ſuper facto proprio controverſo,
44 vel etiam utriusque partis communi JURAMENTUM JUDICIALE VERITA-
TIS: in quo iurat pars ea, cui iuramentum delatum eſt, de veritate cer-
45 ta, ſeu quod certo ſciat rem ſe ita & non aliter habere. in quo iura-
mento error & ignorantia omnino excluduntur, per ea quæ docu-
it Schneidew.. *ad. §. 11. inſt. de Act. Item* Carpz. *in Proc tit. 11. art. 1.*
46 *n. 154.* Quod ſi vero ſuper facto tertii alieno, cuius quamvis cer-
tam ſcientiam pars adverſa habere non poſſit, aliqualem, tamen no-
47 titiam habere putatur, iurandum ſit, tunc CREDULITATIS iura-
mentum deferendum erit, ubi iurans ſaltem de Credulitate & noti-
tia ſua iurat, quod ſcilicet credat & probabiliter ſciat, factum vel ne-
gotium ſe ita & non aliter habere. *Coler. p. 1. dec. 116. n. 5.* Carpz. *lib. 3.*
48 *Reſp. 42. n. 12.* Quamvis enim iuxta ius civile commune & ſecundum
l. Marcellus 11. §. 2. ff. de Act. rer. amot. & l. 34. §. 3. ff. de iureiurand. ini-
qvum habeatur ut quis de alieno facto iuret, & anceps periculum
49 periurii ſubeat: in tantum ut quamvis vivo alicui iuramentum delata
tum ſit, ipſe vero ante acceptationem & oblationem moriatur, po-
teſtas iurandi ad eius heredes non tranſeat, quamvis iurare velint, ſed
pars agens vel excipiens fundamentum Actionis vel Exceptionis ſuæ
probare teneatur *per l. qui alterius 42. ff. de R. J.* & quæ ſcripſerunt *Fa-*
ber in Cod. lib. 1. tit. 2. def. 28. n. 4. Cothman *vol. 1. conſ. 47. n. 45. ſeqq.*
50 in FORO ſtamen SAXONICO aliud introductum in der Churfürſtl.
Sächſiſchen Proceß-Ordnung *tit. 18. §. 5.* ubi hæc conſtitutio legi-
tur: Und obwohl in gemeinen Rechten verſehen / daß einem infacto
alieno der Eyd nicht deferiret werden ſolte / und ihrer etliche es da-
für achten wollen / daß auch in den Sächſiſchen Landen ſolches oh
ne Unterſcheid zu halten / ungeachtet mit was Worten die delatio
geſchehen. Weil es aber dennoch in denen Gerichten unſerer Lande
durch lang hergebrachten Gebrauch alſo eingeführet / daß ein Unter-
ſcheid gehalten werde / ob die Sache einem allein in ſein Gewiſ-
ſen / oder aber darneben auch in ſeine Wißenſchafft und wohl
bewuſt geſtellet / alſo daß im erſten Fall die delatio ſuper facto alie-
no nicht zugelaſſen / im letztern Fall aber aus bewegenden Urſachen

auff

auff das factum alienum erſtrecket werde: So laſſen wir es gleichfals bey ſolchem hergebrachten Brauch bewenden / und wollen / daß man in Delationibus und Relationibus, als welche der Delation gemeiniglich gemäß zu ſeyn pflegen / hiernach achten ſolle / jedoch allein in denen Eyden / ſo von denen Partheyen deferiret oder referiret; in den andern aber bleibet es bey gemeinen Rechten billig *conf. Weſenbec. p. 3. conſ. 143. n. 31. 32. ſeq.* Cum quo concordat etiam Praxis FORI MAGDEBURGICI, uti patet ex textu der Proceß Ordnung de anno *1686. cap. 29. §. 10.* in verb. Und ſollen die Erben und Erbens Erben / mit dem Juramento Credulitatis de propriâ, non defuncti Credulitate, auff alle Fälle / ſo wohl in judiciali als purgatorio und ſuppletorio, nicht aber extraordinario veritatis in litem, zugelaſſen werden. Ingleichen der neuen Proceß-Ordnung de anno 1696. cap. 29. §. 6. Quamvis vero textus hi de ſolis heredibus expreſſe loquantur, nihilominus tamen, ob identitatem rationis, etiam ad alias perſonas, quæ de facto alieno jurare debent, optime applicantur, ſicut ex quotidiana Praxi didici. Notandæ porro ex hoc textu hæ cautelæ (1) quod heres de propria, non vero, de defuncti Credulitate jurare teneatur, tam in Juramento Judiciali a parte adverſa delato, quam etiam ſuppletorio, ſiquidem quisque de ſua ſcientia & conſcientia per Juramentum teſtari tenetur; & quod (2) ad Juramentum extraordinarium veritatis in litem, ubi id præſtandum erit, heres juxta hunc textum non admittatur, de qua materia inferius forte circa Juramentum in litem aptior dicendi materia erit. 51

Ita ergo in Foro SAXONICO & MAGDEBURGICO tuto procedet Actor, quando hiſce Cautelis utitur, ut (1) ſuper totius libelli narratis, quæ in factis propriis, vel communibus conſiſtunt, Adverſario Juramentum veritatis deferat, & in caſum negationis hanc narrationem cum omnibus contentis ipſius conſcientiæ committat, Wenn er die Klage in des Gegentheils Gewiſſen ſchiebet. Hunc in modum, ut vel ſtatim poſt narrationem facti dicat: welche narrationem facti mit allen dabey angeführten Umbſtänden / ich auff unverhofften Verneinungs-Fall / in ſein Chriſtliches Gewiſſen geſchoben haben will / nicht zweiffelnd / er werde ſolches darüber zu eröffnen / denen Rechten nach ſchuldig ſeyn. vel h. m. ut libello integro abſoluto poſt 52 53 54 55 56 57 58

post verba petiti adjiciat clausulam hanc: **Und ob wohl Kläger nicht hoffen will / daß Beklagter an der in libello beschehenen Geschicht-Erzehlung etwas zu leugnen sich gelüsten lassen werde: So will er doch zu seiner desto bessern Verwahrung auff solchen unverhofften Verneinungs-Fall / hiermit und Krafft dieses / ihm dieselbe mit allen dabey befindlichen Umbständen / in sein Christliches Gewissen geschoben haben / des Vertrauens zu denen Rechten / er werde solches darüber**
59 **zu eröffnen angehalten werden.** Et hanc formulam tanquam accura-
60 tiorem in Praxi commendamus. Quamvis enim hæc formula a quibusdam Advocatis adhibeatur: **will Kläger ihm die gantze Klage in**
61 **sein Christlich Gewissen hiermit geschoben haben** &c. expertus tamen sum per aliquot exempla in Processu, postmodum ex hac formula plures altercationes exortas esse, ubi ad actualem Juramenti præstationem processus devenit, & formula Juramenti præstandi concipienda erat, dum unus ex litigantibus postulavit, super omnibus contentis libelli, sive in jure sive in facto consisterent, formulam Iuramenti concipiendam esse, propterea, quod super toto libello, omnibusque ejus contentis Iuramentum delatum esse, ex Actis constaret; alter vero formulam saltem ad ea contenta libelli, quæ in facto consistebant coarctandam esse regerebat; quæ discordia longam occasionem disputandi, super formula Iuramenti, partibus præbuit, ut demum sententiam interlocutoriam novis sum-
62 tibus petere opus habuerint. Occurrit mihi hic casus in præfectura Mansfeldensi **Seeburg** / in causa **Caspar Wagners** contra **Christoph Francken**/ubi Actoris Advocatus primum adhibitus, condictione ex lege provinciali ad reunionem horti a prædio ipsius alienati, agens, in concepto libello fundamentum intentionis in dispositione Provinciali **der Magdeb. Policey-Ordnung** fundabat, atque eandem ad casum præsentem applicari debere posuerat, deinde in fine libelli adjecerat, **daß er auff den Verneinungs-Fall die gantze Klage dem Beklagten in**
63 **sein Gewissen geschoben haben wolle.** Cum igitur Reus applicationem dispositionis provincialis ad præsentem casum in litis contestatione negaverat, & per interlocutoriam sententiam, juxta formulam consvetam, probatio Actori injuncta erat, **daß er den Grund der Klage / und was ihm daran verneinet worden / zu erweisen schuldig /**

acri-

acriter disputabatur, an etiam super hoc capitulo libelli negato jurandũ esset? in quam partem etiam inclinabat Iudex tunc temporis præfecturæ præpositus, atque in formula juramenti omnia contenta, etiam ea, quæ applicationem Iuris respiciebant, posuerat. Sed pronunciavit demum, ad requisitionem Domini Præfecti, ad acta transmissa Facultas Iuridica Lipsiensis sub publicato **den 31. Oct. 1701. daß Beklagtens Suchen nicht statt habe/ sondern es wird Klägern die Leistung des** referitten **u.fol. Act. 38. Vol. 2. abgefaßten Eydes/ jedoch daß der letzte §. derselben** formnlæ (qui concernebat Ius provinciale ejusque applicationem) **daraus gelassen werde/ annoch billig verstattet.** Suffulta hæc sententia fuit justissima ratione, quod juramentum succedat in locum probationis, cum vero super applicatione Iuris probatio non sit injungenda, quoniam hæc ipsa ad personam & officium Iudicis pertinet, qui Iura novisse eorumque applicationem intelligere præsumitur, eandem non demum a partibus discere opus habet. *arg. l. 8. C. de Legg. Nov. 82. in princ.* Mev. *p. 3. dec. 451. n. 4.* utique neque super applicatione Iuris jurandum erit. 64 65 66

Altera Cautela pro deferente hæc dari potest: Deferens eo in casu, ubi super facto alieno Iuramentum adversario deferre satagit, rem controversam scientiæ & notitiæ adversarii cõmittat, hisce formalibus: **Dafern der Beklagte an denen** libellirten factis **und deren Umbständen / entweder einen / oder den andern Punct / oder auch allesammt leugnen solte / wolte er ihm solches in dessen Wissenschafft und Wohlbewust geschoben haben / des Vertrauens zu denen Rechten / er werde solche seine Wissenschafft vermittelst Eydes zu eröffnen angehalten werden.** Et hoc in casu Reus, quamvis ignorantiam prætendat, nihilominus vel de Credulitate & probabili scientia, vel etiam de ipsa ignorantia, quod scilicet de facto nullam habeat notitiam, neq; de eo quicquã audiverit, jurare tenetur, uti patet ex textu **des Sächs. Land R.** *Lib 3. art. 11.* & ex iis, quæ docent Matth. Coler. *p. 1. dec. 116.* Carpz. *p. 1. const. 12. def. 43. & lib. 3. Resp. 61.* De eo enim facto cujus quis habet scientiam, habet etiam conscientiam, qualecunque etiam illud factum sit, sive suum sive alienum, adeoque etiam juste Iuramentum defertur, *per l. 12. C. de reb. Cred.* & pro confirmanda veritate jurare tenetur etiam quis de eo, quod audivit & credit. Schneidewin *ad §. item si quis n. 98. ff de Action.* Diver- 67 68 69 70 71

ſa autem ſunt inter ſe IURAMENTUM CREDULITATIS, & jura-
72 mentum IGNORANTIÆ, in illo enim v. g. jurat heres, ſe credere defunctum illud, quod controverſum, feciſſe vel non feciſſe.
73 In hoc vero jurat, ſe factum defuncti ignorare; & circa
74 hoc bene monet Mev. *p. 1. dec. 161. n. 4.* Quod non indiſcrete ſed circumſpecto Iudicis arbitrio deferendum ſit, habito ſcilicet reſpectu ad qualitatem rei controverſæ, & ad veriſimilitudinem aliasque circum-
75 ſtantias, ex narratis partium in Actis apparentes. hoc ipſum Iuramentum enim ſaltem fidem ſupplere, non vero facere, ideoque exacte conſiderandum eſſe, in qulbus adhibeatur, docuit Carpz. *Lib. 3.*
76 *Reſp. 61.* poteſt tamen Iuramentum hoc ignorantiæ bona conſcientia præſtare, æque ille, qui animo dubius eſt, & æqualiter propendet ad affirmativam & ad negativam, quam is, qui veritatem vel falſitatem Rei controverſæ ſimpliciter ignorat, nec indicia, præſumtiones aut
77 ſuſpicionem aliquam habet an defunctus illud fecerit. Iuramentum Credulitatis autem dubitans vel ſimpliciter ignorans bona conſcientia
78 minime præſtare poteſt; nam ſi juraret ſe credere verum eſſe, apertum eſſet falſum, & ſic verum committeret perjurium, vid. Iatius Lauterbach *in diſſertat. ſpeciali de Relatione th. 80.* ubi *n. 11.* monet, in ejusmodi caſibus caute & prudenter procedendum eſſe, atque probe cavendum, ne diverſorum horum Iuramentorum confuſione perjuriis via aperiatur, & ſimplices homines ad minimum in Iuramenti temerarii peccatum præcipitentur.
79 Tertia cautela pro deferente hæc erit, quod in eo caſu, ubi libellus in narratione facti, tam propria, quam aliena continet, tutiſſime procedat, ſi in caſum negationis facta tam conſcientiæ quam etiam notitiæ & ſcientiæ adverſarii committat. h. m. Und dafern der Beklagte die Geſchichts Erzehlung entweder gäntzlich oder auch nur zum Theil zu leugnen ſich unternehmen würde / will Kläger Ihm ſolche negirte Puncta der Geſchichts-Erzehlung mit denen dabey angeführten Umbſtänden / hiermit und Krafft dieſes in ſein Chriſtlich Gewiſſen / Wißenſchafft und Wohlbewuſt geſchoben haben &c. quo
80 caſu per ſententiam Iudicis pronunciatur: Weil Beklagter auff die erhobene Klage geantwortet / und ſolcher nicht allenthalben geſtändig / hingegen Kläger dem Beklagten ſolche in deßen Gewiſſen / Wiſſen-

senschafft und Wohlbewust g stellet hat: so ist dieser/ auff vorgehenden des Klägers Eyd vor Gefährde/ solches/ jedoch weiter nicht als so viel die Ihm unbekandte facta aliena betrifft/ super credulitate zueröffnen verbunden/ Er wolte denn Klägern den Haupt-Eyd referiren/ oder sein Gewissen mit Beweiße vertreten/ damit würde Er billig gehöret.

Secus vero quando soli conscientiæ negocium alienum commit- 81
titur, libellus quantum quidem delationem Iurameuti attinet, vel tanquam ineptus rejicitur, vel Actori probatio injungitur, Coler. *dec. 116. p. 1. n. 7.* habet enim tertius facti alieni probabilem ignoranti- 82
am, adeoque de conscientia sua jurare non cogitur *perl.* Marcellus *11.* §. *1. ff. rer. amot. & l. qui in alterius ff. de Reg. Jur.* Anton Faber. *in Cod. lib. 4. tit. 1. def. 15. n. 13.* atque ita pronunciarunt Domini Scabini Lipsi- 83
enses in causa Lehmans contra Hanß Adelern zu Leipzig/ Mense Martio 1628. So viel aber die facta aliena anbelanget/ ist Kläger solche wie Recht darzuthun und zuerweisen schuldig. Offendit hac 84
in parte Actoris Daniel Käysers Advocatus, qui in Præfectura Rothenburgensi contra Reum Martin Hasen/ condictione ex lege ad reunionem unius Mansi agri agebat, atque super Jure pertinentiarum, aliisque factis antiquis atque alienis, quæ Rei conventi ætatem longe excedebant, adeoque secundum naturam certam scientiam eorum factorum habere non poterat, solam conscientiam tetigerat. cum igitur de inepta delatione Iuramenti facta Rei Advocatus excepisset, pronunciavit ad Acta Amplissima Facultas Juridica Hallensis, sub- 85
publ. den 3. Martii 1705. in rationibus decidendi. Obwohl die litis contestatio unterschiedenen puncten negative erfolget/ man also schlechter Dinges den Beweiß erkennen/ oder die Klage verwerffen können/ aller massen in dem libello facta aliena enthalten/ da die Klage zugleich in des Beklagten Wißenschafft und Wohlbewust geschoben werden sollen. Weil aber Beklagter allenfals de Credulitate zu schweren sich erbothen/ und dergleichen Proces, so viel möglich zu verkürtzen/ so ist geschehener maßen darauff erkandt worden. Ex quo Respon- 86
so hæc Cautela eruitur: Quod in eo casu, ubi Reus juramentum subire & de sola credulitate jurare paratus est, consentiente Actore, ad juramentum admitti possit. Quamvis enim circa modum 87

deferendi Juramentum erratum fuerit, tamen error hic propter ſupervenientem mutuam declarationem & conventionem partium corrigi poterit, ut magis ad hanc poſteriorem conventionem, pro evitandis novi Proceſſus ambagibus reſpiciendum ſit, quam ad priorem
88 erroneam delationem. Imo juxta mentem probatiſſimorum Autorum, licet de facto alieno, cujus veritatem ignorat deferens, juramentum veritatis ſit delatum & a Reo relatum, tamen deferentem, cui eſt relatum Juramentum Credulitatis præſtare poſſe & debere, ſi Judex, quod facere poteſt, ſaltem verba Juramenti de credulitate formaverit, defendunt Berlich. *p. 1. concl. 32. n. 5.* Umm. *diſp. 14. th. 9. n. 82.* Menoch. *de H. J. Q. lib. 2. 189. n. 8.* & præ omnibus Franzk. *ad tit. ff. de Jurejurand. n. 114.*
89 Noluit tamen in caſu hoc controverſo, Actor Käyſer admittere Reum ad Juramentum Credulitatis, ac propterea Leuterationem contra ſententiam interpoſuit, per quam aditum ſibi ad ſuppletorium Juramentum, cum tamen nihil plane probaverat, ſatis inſulſe parare geſtiebat: ut propterea nullum ſit dubium, quin per ſententententiam Leuterationis ipſi probatio aſſertorum injungenda.

90 Illa adhuc (4) Cautela notanda, quod deferens Juramentum non audiatur, ſi ſuper eodem libello vel eodem articulo Juramen-
91 tum deferre, & ſimul probationem ordinariam inſtituere velit. Siquidem ubi probatio ordinaria ſemel electa fuit, ibi delatio Juramenti, tanquam extraordinaria & ſubſidiaria probatio excluditur, vid. Carpz. *p. 1. conſt. 12. def. 29. & in Proc. tit. 11. art. 1. n. 26. & 28.* Mev. *p. 8. dec. 333.* quo pertinet textus in der Chur-Fürſtl. Sächß. Proceß-Ordnung *tit. 18. §. 3.* Es wird wird aber auch dem Deferenten nicht vergönnet / daß er zugleich und conjunctim des Beweiſes und der Eydes
92 delation über einen Klag-Articul gebrauchen möge; es wäre denn / daß derſelbe unterſchiedliche Puncte hätte / und daß er einen beweiſen / den andern auff den Eyd ſtellen / oder das Factum an Ihm ſelbſt probiren / der appendicirten qualitäten und Umbſtände halber aber die delation vornehmen wolte. Doch müſte ſolche Erklärung und delation, wie bemeldt / vor der Gewehr oder unconditionirten Kriegs-Befeſtigung geſchehen.

93 Ex quo textu ſimul hæc (5) Cautela eruitur, quod ubi libellus plura capitula continet, integrum relinquatur Actori, ſuper quibus-

dam

dam Juramentum deferre, ſuper aliis probationem inſtituere. Quod 93
etiam in FORO MAGDEBVRGICO conceſſum legitur, in der Mag-
deburgiſchen Proceß-Ordn. *de Anno 1686. Cap. 29. §. 2.* in fine verb. Auch
mag Er einen oder mehr Puncte / oder Stücken der Klage und de-
ren Umbſtände dem Beklagten ins Gewiſſen ſchieben / und die an-
dern gebührlich erweiſen.

Cum vero ſuperius alias plures Cautelas pro deferente & ad- 94
verſario *in p. 2. Sect. 2. Cap. 3. per tot. & Cap. 4. n. 145.* usque ad finem
retulerimus, ad illa loca nos remittimus, & ſaltem circa præſens Jura-
mentum judiciale delatum & a Judice per ſententiam interlocutori-
am impoſitum, has Cautelas adhuc ſubminiſtramus, ut poſtulato pri- 95
us Juramento calumniæ, pro re nata & conſcientia ſua, Iuramen-
tum delatum principale vel (1) acceptet, & præſtet, (2) vel deferenti 96
hoc ipſum in facto communi referat, vel (3) probationem pro exone- 97
randa conſcientia ſuſcipiat. Ita enim dicit Prætor: *Eum a quo Jus-* 98
jurandum petetur, ſolvere aut iurare cogam, alterum itaque, inquit Ulpia- 99
nus, *Reus eligat, ut aut ſolvat aut juret, ſi non iuret, ſolvere cogendus erit.*
Datur autem & alia facultas Reo ſi malit referre Jusiurandum perl. 34. §. ff.
de Jureiurand. l. 26. §. 6. ex quib. cauſ. cauſ. mai. & l. 9. C. de Reb. Cred. Et 100
hæc ipſa electio etiam in IVRE CANONICO fundata eſt, uti patet
ex cap. ult. X. de Jurejurand. nec non in IVRE FEVDALI *pertext. in* 101
c. un. un. §. 1. verſ. & cum datur de conſvet. recte Feud. 2. Feud. 33. non mi-
nus quoque in IVRE SAXONICO uti probat Zobel. *in edit ad* Land- 102
recht *Lib. 1. art. 6. Lit. M. & lib. 2. art 22. lib. G. add. Conſt. Elect. 14. p. 2. in fi-*
ne Chur-Fürſtl. Sächſ. Proceß. Ordn. *tit. 18. §. 8. & tit. 19. §. 1.* ut &
IVRE MAGDEBVRGICO vid. Magdebl. Proc. Ordn. *de anno 1686.* 103
cap. 29. §. 5. Ratio conformitatis harum legum poterit dari hæc: Quod 104
Actor & Reus, ſicut alias in Proceſſu, ita & hoc in paſſu pari Jure
gaudere, neque Rei conditio deterior eſſe debeat, quam Actoris; 105
ſicut igitur ab initio Actori liberum erat, an Juramentum deferre, an
vero probare velit: ita etiam aliqua libertas relinquenda erit Reo cir- 106
ca Juramentum, an velit hoc ipſum ſubire, aut referre, vel etiam pro-
bare. conf. Franzk. *ad tit ff. de Jurejur. n. 119.* Tres igitur Caſus occur- 107
runt circa perſonam Rei in Juramento judiciali delato, nempe (1)
Caſus acceptionis & præſtationis Iuramenti (2) Caſus relationis &
de-

denique (3) Casus susceptæ probationis pro defensione Conscientiæ; de singulis casibus seorsim agemus, & quasdam Cautelas proferemus.

CASUS. I.

De

ACCEPTATIONE ET PRÆSTATIONE IURAMENTI DELATI.

1 CIrca acceptationem & præstationem Iuramenti, eas jamdum submini-
stravimus Cautelas, quod scilicet is, cui Iuramentum defertur, respectum habere debeat tam ad personam deferentis, num
2 scilicet habilis sit ad deferendum Iuramentum, de qua habilitate latius
3 egimus *in part. 2. Sect. 2. cap. 3.* quam etiam ad Res seu negotium controversum, an super iis deferri Iuramenta possint, de qua materia *in p. 2. Sect. 3.* per totum egimus, quo benevolum Lectorem remit-
4 timus. Nunc igitur præcipue de illis Cautelis aliquid superaddemus,
5 quas delatus circa propriam ipsius personam observare debet. Quarum prima & generalis optima hæc erit, ut exploret diligentissime conscientiam suam, tam de veritate certa & apodictica in Iuramento litis deciforio veritatis: quam etiam de probabili notitia negotii controversi, in Iuramento Credulitatis, ne vel pejerando vel
6 inutiliter jurando in peccatum incidat. Siquidem superius *p. 2. sect. 2. cap. 4. n. 251.* & sequent. docuimus, quodlibet Iuramentum requi-
7 rere veritatem & justititiam in objecto & Iudicium in jurante. In-
8 quirat igitur juraturus in veritatem Rei. Cum autem veritas hæc Ethica, (Logicam enim & Metaphysicam non curamus,) communiter
9 a moralistis describatur, quod sit conformitas cordis & oris, vel convenientia sermonis & aliorum signorum externorum cum mente, ubi
10 Ius suum alteri circa sermonem tribuendum est. Ubi Præceptum Iuris naturæ affirmativum locum habet: *Ea loquere, quæ cum animo Tuo conveniunt, si humanitas vel pactum, vel etiam communis tranquillitas aut*
11 *necessitas hoc ipsum postulat.* Et huic oppositum præceptum negativum: *a Falsi loquio abstinendum, quoties per id alter læderetur, aut contemneretur, & tranquillitas publica turbaretur* conf. latius & accuratius hæc tractan-
12 tem Exc. D. Thomasium *in Jurisprud. div. lib. 2. cap. 2. §. 39. & 40.* Hinc patet, eam conformitatem mentis & lingvæ in Iuramentis vel maxi-

me

me adeſſe debere, quando in Iudicio vel a parte exigitur. Quod
enim & Iudex & pars, cum qua in Judicio ago, jus habeant verita- 13
tatem exigendi & in Reo obligatio ſit, veritatem dicendi, *in princ. hujus diſſert. p. 2. cap. 1. n. 23. & ſeqq.* firmavimus. Caveat ergo juratu- 14
rus ab omnibus RESERVATIONIBUS MENTALIBUS. nam cum in omni 15
negocio, etiam non jurato, dum ad interrogationem & rogationem alterius reſpondemus, aut ad rogationem ejus ſpondemus, reſponſio & ſponſio noſtra ſe ad interrogationem & rogationem alterius referat, ſequitur ergo, quod cum reſponſio vel ſponſio noſtra nunquam divel- 16
lenda ſit ab animo & intentione ſtipulantis vel quærentis; vel maxi- 17
me hoc in Iuramentis opus eſſe, ut verba non ſecundum intentionem & conceptum vel ſenſum jurantis, quem ſibi pro lubitu formare ſatagit, ſed ſecundum eum ſenſum & intentionem accipiantur, in quo ſenſu alterum, cui juratur, ea adhibere, vel certo, vel probabiliter credimus, adeoque omnis ambiguitas verborum vitan- 18
da erit. Siquidem non nobis loquimur, vel juramus, ſed alii, cum 19
quo negotium nobis eſt in judicio, loquimur, & juramus, ut eo melius alteri de integritate noſtra conſtet *verba ſunt Excell.* D. Thomaſii 20
d. l. cap. 8. §. 70. 71. & 72. adeoque juramenta non eſſe interpretanda ſecundum ſententiam jurantis, ſed ex ſententia & opinione ejus qui exigit, dicitur *in c. veniens 10. de Jure jur. & c. 10. literis X. de ſponſalib. ibique gloſſ.* Weſenb. *p. 3. conſ. 112. n. 2.* quamvis enim *in c. humanæ 12. quæſt. 5.* dicatur: quod ſecundum intentionem jurantis a DEO judicetur. certum tamen & hoc, quod ſicut omniſcio Numini cor, jurantis 21
ſub reſervatione mentali, cognitum eſt, ita ipſi Numini juſtiſſimo occultatio vel immutatio veritatis cum deceptione proximi conjuncta, nunquam placere poſſit; quin potius omne falſi loquium & mendacium odiſſe. & ipſe quoque Deus ita accipit verba jurantis, ut ea intelligit deferens vel exigens juramentum, uti dicitur in *c. quacunque 9. cauſ. 22. q. 5.* præclara ſunt verba Iſiodori ad hanc rem, dum dicit: 22
quacunque arte verborum quis juret, Deus tamen, qui conſcientiæ teſtis eſt, ita hæc verba accipit, ſicut ille cui juratur intelligit. & Au- 23
guſtini *in Epiſt. 224. n. 871. pag. 914. in verb.* illud ſane rectiſſime dici, non ambigo, non ſecundum verbum jurantis, ſed ſecundum expectationem illius, cui juratur, quam novit ille, qui jurat, fidem juratio-

nis impleri. Nam verba difficillime comprehendunt, maxime bre-
25 viter, ſententiam, cujus a jurante fides exigitur. *Et ſequenti epiſt. 225. n. 878. pag. 921.* Eorum exſpectationem quibus juratur, quisquis de-
26 ceperit, non poteſt eſſe non perjurus; ita præced. num. 877. Placetne tibi, ut etiam certa morte imminente, quod tunc inaniter metuebatur, nomen Domini DEI ſui ſe in fallaciam Chriſtianus adhibeat? Qui profecto ſe præter jurationem ad falſum teſtimonium morte imminente cogeretur, maculare vitam ſuam magis timere debuit,
27 quam finire. Hoſtiles inter ſe acies & armatæ certe apertiſſima mortis intentatione confligunt, & tamen cum invicem jurant, lau-
28 damus fidem ſervantes, fallentes autem merito deteſtamur. Impia igitur & ſceleſta hæc Cautela, quam ex reſervatione aliqua mentali juraturus ſibi imaginari, atque per hanc pœnam perjurii evadere ſe poſſe putat, cum ne quidem ſecundum præcepta Iuris naturæ in ſocietate toleranda ſit, hinc ab orbe Chriſtiano & omnibus Iudiciis merito
29 ad gehennam damnatur & rejicitur; & eam ſequatur etiam illa deteſtanda cautela, quæ ex opinione Theologorum Pontificiorum deſcendit, quos longe ſerie citat & ſequitur Fagundez *ad præceptum Decalogi 2.* ſcilicet ut jurans non ſolum aliter intelligat verba Iuramenti, ſed etiam ut in ipſo actu præſtationis Iuramenti non habeat animum, quod velit ſe per hoc juramentum obligare, & tunc, quoniam juxta proverbium, **gezwungen Eyd / iſt GOtt leid /** jurans aliter
30 obtinere non poſſit, in animæ foro non obligaretur. Caveat qulibet homo a tali Diabolico præſtigio nam dum certum eſt, quod Deus intelligat verba juxta deferentis mentem, utique jurans in foro interiori conſcientiæ coram Deo obligabitur, quamcunque intentionem etiam habuerit. Conf. adhortationem fidelem, quæ deſumi poteſt ex *libro Sapientiæ cap. 1. verſ. 6. 7. 8. 9. & 10. & Beat.* Brunnem. *ad l. 3. ff. de Jurejur. n. 4. 5. & 6.*

31 Melior hæc Cautela erit pro jurante, quando prævium examen, & accuratam deliberationem ſecum inſtituit, ne incauta acceſſione ad juramentum ſe perjurii periculo exponat: ubi notatu digna ſunt verba Philonis *in libro de Decalogo poſt medium.*
32 Iuraturus debet omnes circumſtantias rei diligenter perſpicere, quales & quantæ ſint, quam vera & quam a ſe perceptæ. Deinde de-

bet

bet ſeipſum conſiderare, num purus ſit anima, corpore, lingua; illa quidem ab iniquitatibus, hoc a piaculis, hæc a malificentia. nefas e- 35
nim eſt, per os, quo profertur nomen illud ſanctiſſimum, quicquam turpe provenire. Alia Cautela pro Delato erit hæc, quod ubi ipſa qua- 36
latas negotii ita eſt comparata, ut quamvis hoc ipſum probetur, nullum tamen effectum Iuris habeat, adeoque Iuramentum præſtitum non relevat, merito ab hujus acceptatione abſtinendum ſit, & rectius faciet delatus, quando de ipſa nullitate actus vel negotii, ſuper quo juraudum, excipit; de qua materia ſuperius *in p. 2. ſect. 2. cap. 3. n. 151. & ſeqq.* egimus. Quare cum in cauſa debiti G. contra B. debitor con- 37
tra Creditorem exceptione pacti de non petendo utebatur, eamque in epiſtola aliqua ad Creditorem miſſa fundabat, in qua petierat debitor, ut Creditor inducias ſolvendi ipſi daret, donec ad meliorem fortunam perveniret; ipſe Creditor vero ad hanc epiſtolam nullam reſponſionem dederat, ex quo ſilentio debitor pactum tacitum, de non petendo arguere, atque ſuper hoc ipſo tacito pacto Iuramentum Creditori deferre volebat, hoc ipſum Iuramentum Creditorem ſubire non debere, per Sententiam Dn. JCtorum Francofurtenſium publicatam in Regimine Regio Ducatus Magdeburgici, pronunciatum d. 18 Dec. 1703. Rationes decidendi hæ erant: Weil das Pactum de 38
non petendo auff einen bloßen Hand-Brieff gegründet würde / darinnen er den Kläger erſuchet / ſo lange wegen der Bezahlung in Ruhe zuſtehen / biß er etwa ad meliorem fortunam käme. Gleichwie 39
aber dieſer Brieff keine Verbindlichkeit operiren könte / Inmaßen darinnen nur petitum unius partis ſcribentis enthalten / welches aber den andern Theil weder ratione vinculi obligationis tacitæ, noch ratione officii ſuſcepti zu adimpliren ſchuldig geweſen. De quibus caſi- 40
bus der von Gegentheil allegirte *l. 16. ff. ad SCtum Macedon. & Clem. II. de procurat.* anzunehmen / ſondern lediglich abſchlagen können: und wenn 41
er auch gleich das Schreiben angenommen / dennoch daraus keine tacita approbatio petiti zu inferiren / vielmehr ſpeciem donationis ſim- 42
plicis inferiren würde / quæ non præſumitur; & utut aliquis extrajudi- 43
cium taceat, conſentire tamen dicitur in id ſaltem, quod ſibi utile eſt & fieri expedit: ſecundum ea quæ tradit Peckius *ad cap. 43. & 44. de Regg. Jur. in 6. n. 4. & 6.* Alſo daraus weder ein tacitum noch expreſſum 44

pactum wahrzunehmen/ erfolglich auch die delatio Iuramenti nicht
45 statt findet. Uber dieses die facta wegen der vorgeschützten amotion und depauperation so beschaffen seyn/ daß sie ratione des Klägers aliena, welche er probabiliter nicht weiß/ und also darüber einen Eyd zu schweren/ oder zu referiren nicht gehalten. Setzer *de Juram. lib. 4.*
46 *cap. 2. n. 17. & cap. 13. n. 7.* zu dem/ wenn auch gleich im Hertzogthum Magdeburg in Processu Executivo das Gewissen gerühret werden
47 mag/ ist doch nach Inhalt der neu verbeßerten Proceß-Ordnung *cap. 47. §. 9.* solches nur sonderlich bey zweyen Exceptionibus verstattet/ nehmlich solutionis & compensationis; worauf aber der Bekl. sich gar nicht beziehet/ und also auch/ die über einer andern in hoc processu von ihm vorgebrachten Exceptione angemaßts Eydes de-
48 lation nicht zuläßig. Hoc ipsum præjudicium cum vel inprimis illustret doctrinam nostram, circa processum Executivum in *p. 2. Sect. 3. n. 350. & seqq. traditam* tamquam ad illum locum pertinens remittimus.
49 Circa personam Acceptantis & jurantis porro hæc Cautela observanda erit, ut clarum, distinctum & talem conceptum sibi formet, ut secundum eum, tam intentionem deferentis Iuramentum quam etiam ipsum negotium, super quo juramentum præstandum,
50 intelligat & cognoscat. Temeritatis enim est, imo & impietatis, de iis quæ non exacte intelligimus & cognoscimus jurare velle. Setser
51 *lib. 1. cap. 17. n 4.* quamvis enim juxta tradita Dd. Juramentum vim specialis consensus & specificæ declarationis habere vulgo dicatur, uti docuit Math. Wesenbec. *p. conf. 3. n. 38.* Setser. *lib. 1. cap. 25. n. 51.*
52 Cothman. *Vol. 1. Conf. 18. 18. n. 104. & latissime Seraphin. de privileg. Juram. priv. 26. per tot.* & animum deliberatum imo deliberatissimum demonstrare dicatur Cothman *d. l. n. 106.* & Beneckendorff. *ad Seraphin. priv.*
53 *64. n. 1.* Carpz. *in tract. de Pacto confratern. Sax. Hass. th. 8. n. 99.* ita ut omnem allegationem erroris impediat atque excludat. Beneckendorff
54 *ad Seraphin. priv. 90. n. 2. & seqq.* Putamus tamen, omne id procedere, quantum ad violentam & urgentem præsumtionem, quam Iura & Dd. contra Iurantem faciunt, quod scilicet non fuerit immemor
55 salutis æternæ, & tam levis ad jurandum; non vero, ut Iuramentum in se consideratum, defectum deliberationis & necessariæ scientiæ in jurante suppleat. uti egregie docuit

Dn.

Dn. I.S.Stryk. *in dissert. speciali de Certioratione Jurium renunciandorum, c.3. n.15. & seqq.* Quod si igitur juraturus deprehendat, se Iuramentum a parte delatum, atque per sententiam Iudicis approbatum salva conscientia præstare posse, moram non nectat, sed pro Cautela ipsi a Dd. inculcatur, ut Iuramentum statim acceptet, vel ante sententiam Iudicis interlocutoriam, ubi tamen caute agit, si sub hac expressa conditione acceptatio fiat: Daferne nun in præsenti casu die beschehene delatio Iuramenti durch Richterlichen Ausspruch als zuläßig geachtet / und er der Bekl. zu Leistung des Eydes verpflichtet/erkant werden solte/auf solchen Fall will er zuförderst vom Gegentheil hiermit den Eyd vor Gefährde fodern. Hiernechst aber den deferirte Eyd/weil er solchen mit guten u. unverletzten Gewissen abschweren kan / Krafft dieses acceptiren. 56 57

vel etiam post sententiam Iudicis interlocutoriam, in qua ipsi Iuramentum impositum fuit, & quæ in rem judicatam transivit; *h. m.* demnach durch den am N. dieses zwischen mir Beklagten und N. Klägern / zu rechte erkand: daß Beklagter das von Klägern über die Klage (den N. Klage-Punct) auff den Verneinungs-Fall deferirten Eyd zu acceptiren und abzuschweren schuldig / und ich denn / auff gnugsam vorgegangene Untersuchung / mich in meinem Gewissen sicher befinde/ solchen Eyd abzulegen. Als will zuförderst den Eyd vor Gefährde von dem Kläger und deferenten gefordert / hiernechst aber den mir deferirten / und per sententiam injungirten Eyd Krafft dieses acceptiret / dabenebenst aber dienstlich gebeten haben / es wolle mein Hochgeehrter Herr zu Ablegung des Haupt-Eydes gewissen Termin anzusetzen / und mein Gegentheil so wohl ad videndum me jurare, als auch daß er zuförderst den Eyd vor Gefährde ablege/ gebührend und poremptorie zu citiren belieben / mit der ausdrücklichen Verwarnung / daß seines Aussenbleibens ungeachtet / dennoch in der Sache ergehen solle was Recht ist. Hac cautela providere sibi poterit is, cui Iuramentum delatum est, si metuat, deferentem Iuramentum revocaturum, ut post factam hanc acceptationem deferentem pœnitere, aut is Iuramentum delatum revocare non possit. Quoniam hæc ipsa delatio & acceptatio Iuramenti ad quasi contractus pertinet, & per eam in Iudicio inter partes quasi contrahitur, ut postmodum unius partis pœnitentiæ locus non detur, *vid.* Anton. Thesaur. *lib. 1. quæst. 16. n. 1.* Brun- 58 59 60 61

neman. *ad l. 11. Cod. de reb. cred. n. 8.* Boër. *dec. 245. n. 2.* Carpz. *p. 1. conſt.*
62 *12. def. 4.* Mev. *p. 2. dec. 93. n. 3.* a quibus tamen ſeceſſum facit Hilliger ad
63 Donellum *lib. 24. c. 14. lit. C.* Inſuper hanc Cautelam adhibeat jurans, ut
a judice petat, in ſpecie, quo adverſarius ad præſtationis Iuramenti
64 Terminum citetur, quo videat & audiat, delatum jurare. ſiquidem in
genere hoc pro regula tenendum, quod quotiescunque actus aliquis
celebrandus eſt, in quo de præjudicio tertii agitur, toties etiam pro
forma requiratur citatio ejus, de cujus intereſſe controverti-
65 tur; & in ſpecie juramentum in præſentia adverſarii præſtandum eſſe
66 deciditur *in l. generaliter 12. §. 4. C. de reb. cred.* ſed de hac materia aptior di-
cendi occaſio erit in ſect. 4. ubi de Fatalibus Iuramentorum, ex profeſſo
agemus. de præſtatione ipſa Iuramenti cum antea in *ſect. 1. n. 134. & ſect. 2. cap. 3. n. 274. & ſeqq. non minus cap. 4.* plures Cautelas dederimus, a-
ctum agere nolumus.

67 Antequam vero hanc materiam acceptationis & præſta-
tionis Iuramenti relinquamus, illud adhuc pro Cautela nota-
mus, quod quamvis in arbitrio deferentis ſit, qua formula Iuramen-
tum deferre velit, hæc tamen libertas ipſi delato non concedatur, ſed
hic præciſe teneatur, juxta formulam, qua Actor uſus fuit, jurare, in
tantum, ut ſi aliter juratum fuerit, denuo jurandum ſit, per *l. 3. §. ult.*
68 *& l. 33. ff. de Jurejur.* non igitur concedat deferens, ut juraturus pro lu-
bitu unum aut alterum caput Iuramenti excipiat, & alterum eligat, ſu-
per quo jurare velit, ſed integrum delatum juramentum aut acceptan-
dum, & eadem conceptione verborum, uti delatum fuit, præſtan-
dum eſt, aut ſi juraturus ſuper aliquo capite jurare recuſet, conten-
69 ta ejus omnia pure & plene agnoſcere & confiteri tenetur. Quod mul-
to magis procedit in eo caſu, ubi delatus hoc ipſum Iuramentum,
per ſententiam Iudicis, quæ in Judicatum tranſiit, appprobatum jamdum
acceptavit, & terminum præſtationi Iuramento, præfigi petiit, in
70 hoc ipſo Termino vero prius animum declarare, atque ut unum vel
aliud caput in formula Iuramenti omittatur, inſtare velit. Occure-
bat mihi talis caſus, in cauſa derer Graubiſchen Erben Klägere contra
Johann Friederich Roßbachen Beklagten in Curia noſtra Provinciali,
ubi Reus ſuper exceptione approbatæ ſubhaſtationis paternæ domus in
Reprobatorio articulo 8. & 12. Iuramentum Actoribus detulerat.
Cum igitur hoc ipſum Iutamentum per ſententiam Dnn. Witteber-

ber-

genſium ex parte unius conſortis litis, der Salomonin approbatum, ipſique præſtandum iniunctum fuerat, hæc ipſa Iuramentum pure acceptabat, & ad eius petitum terminus præſtando Iuramento præfigebatur: in hoc ipſo termino vero Actrix animum mutabat,& per conſcientiam convicta petebat, ut ex formula Iuramenti quædam verba, quæ primum caput articuli 12. conſtituebant, omitterentur, atque ſaltem ſuper reliquis verbis articuli 12. quæ membrum ſecundum conſtituebant, ipſi iurare concederetur, huncque in modum formula Iuramenti declaretur: ipſe Reus vero, qui Iuramentum detulerat, hanc 71
mutationem formulæ Iuramenti, tanquam intempeſtivam impugnabat; ex rationibus, quod non ſolum iuxta formulam delati Iuramenti 72
iurandum, ſed etiam declaratio vel multatio poſt ſententiam, quæ in iudicatum tranſierat, & factam ſemel acceptationem puram, per quam irrevocabiliter quaſi contractum eſſet cum ipſo in Iudicio, tanquam intempeſtiva non admitteretur, pronunciavit igitur Regimen 73
Regium concluſa cauſa d. 23. Nov. 1703. Daß Implorantin ihres Vor- und Einwendens ungeachtet / auch wegen des 12. Articuls / den Eyd / wie er deferiret worden / abzuſchweren ſchuldig / und die geſuchte declaration keine ſtatt habe. Interpoſita vero Leuteratione pronuncia- 74
verunt Domini Scabini Lipſienſes, ſub public. d. 10. Sept. 1704. daß es eingewandter Leuterung ungeachtet bey dem am 23. Nov. 1703. gegebenen Abſchiede nochmahls zulaſſen / jedoch mit dieſer Erklärung: Es wolte denn Leuterantin den Inhalt des 12. Articuls / und deſſen erſtern Theil ſchlechter Dings / und dergeſtalt / daß ſie wohl zufrieden geweſen / das ihr Ehemann in ihrem Nahmen / die bey dem 2. und 4. Articul angezogene Schreiben dazumal übergeben / einräumen / auff den Fall bleibet ſie mit Abſchwerung des darüber deferirten und erkanten Eydes verſchonet. Ratio decidendi erat: Daß ein jeder / der 75
einen Eyd abſchweren ſoll / auch in dem hierzu anberaumten Termine / ſolchen Punct gäntzlich oder zum Theil annoch einräumen kan / jedoch daß derſelbe ſolches deutlich / und ohne Bedingung thue / ne periurium quis invitus committere cogatur. Quæ ſententia in rem iudica- 76
tam tranſivit, & Actrix facta confeſſione articuli, quantum ad primum membrum, ad præſtationem iuramenti, quoad reliqua capitula admiſſa fuit. Cum vero ipſa hæc confeſſio puncti principalis Iuramenti delati 77

ſatis

satis indicaret consensum eius in subhastationem & alienationem paternæ domus, quam antea impugnaverat, absque omni effectu jura-
78 vit; siquidem per sententiam Dnn. Francofurtensium publicatam d. 26. May. 1705. Reus ab instituta Actione, quantum iurantis ratam at-
79 tinebat, absolutus fuit. Similis casus obtigit mihi coram Senatu nostro Civico in causa Viewegs contra das Buchbinder Handwerck / ubi a Collegio Actori impugnanti Electionem des Obermeisters / Exceptio præstiti consensus in factam electionem opponebatur, atque supersequentibus factis approbationem & consensum inferentibus, Juramentum actori deferebatur, nehmlich daß er / als beklagte Ober- und andere Meistere des Buchbinder Handwercks bey der gehaltenen Zusammenkunfft / wegen der durch Absterben Adam Humsers erledigten Obermeister-Stelle eine ordentliche Wahl anzustellen / und in dieselbe die 2. ältesten Meister zu nehmen schlüßig worden / hierein ebenmäßig gewilliget / auch als er nebst Johann Lincken in gedachte Wahl gekommen / dabey beruhet / so wohl zu solchem Ende aus der Stube abgetreten / und daß von denen sämtlichen Meistern die Wahl angetreten / uud über sie beyde votiret würde / geschehen lassen. Ingleichen daß als er in die Stube wieder eingelassen worden / wider die Wahl nicht protestiret / vielmehr die in Zettuln zusammen gelegte vota
80 auffgemachet und durchgesehen habe. Et hoc ipsum Iuramentum per sententiam Dn. Wittebergensium de publicato den 1. Aug. 1701. Actori injungebatur, ipse Actor quidem iuramentū hoc acceptare volebat, sub hac conditione, ut aliqua verba adhuc formulæ iuramenti insererentur, nehmlich / daß er nicht animo consentiendi & approbandi electionē die auff dem Tisch gelegene Wahl-Zettul auffgemacht und angesehen. Nobilissimus Senatus autem petito annuere noluit sed in requisitorialibus ad Iudicium derer Königl. Preuß. Berg-Gerichte formulam delationis factam & verba sententiæ omnia utique retinuit, Actor vero, quoniam hoc modo iurare recusabat, litem hucusque deseruit.

SE-

SECTIO III.

CAP. II.

CASUS II.

DE

RELATIONE JURAMENTI.

DAta est licentia a Jure ei, cui ab Adversario Iuramentum dela- 1
tum est, ut Iuramentum sibi delatum deferenti referre possit. in præsenti ergo videbimus, quæ CAUTELÆ CIRCA hanc RELATIONEM observandæ sint. Est vero Relatio Iuramenti talis Actus Iudicialis, ubi pars, cui Iuramentum Iudiciale ab adversario delatum est, hoc ipsum in eundem deferentem refert & remittit, ut ipse super negotio controverso juret, *vid.* Lauterbach. *in dissert. speciali de Relat. Juramenti thes. 3.* Hanc ipsam relationem Iuramenti, tam 3
de JURE CIVILI communi, quam etiam SAXONICO & MAGDEBURGICO expresse approbari antea diximus. Cui etiam consentit 4
JUS LUNEBURGICUM, uti patet ex ordinat. Proces. Hannover. de anno 1663. tit. 24. §. 4. necnon TRIBUNAL REGIUM WISMARIENSE. ord. Iud. p. 2. tit. 34. §. 1. 5

Et pro Cautela hic notandum (1) quod secundum Jus Civile mo- 6
destius & verecundius faciat opus, qui jurare jussus, mavult referre jusjurandum quam jurare. *per l. 25. §. 1. de const. pecun.* & competit hæc 7
libertas, sive per sententiam Iudicis, uti communiter secundum stylum Iudiciorum fieri solet, expresse reservata fuerit, sive non: quoniam ex ipsa dispositione Legis proficiscitur, adeoque speciali reservatione non indiget, neque etiam opus est, ut delatus desuper expresse 9
petitionem & reservationem faciat, per ea, quæ tradunt: Berlich. *p. 1. concl. 32. n. 42.* Carpz. *p. 1. const. 24. def. 1. n. 6.* circa quam doctrinam ta- 10
men hoc in specie (2) pro Cautela notandum, ut in eo casu, ubi partes de potestate referendi Iuramentum, in Iudicio, jamdum disceptarunt, & Iudex in sententia subsecuta, relationem in specie non reservat, pars referens omnino opus habeat Leuterationem interponere, vel declarationem sententiæ petere: quodsi enim sententia hæc in 11

Iudicatum transierit, referens omnino sibi quoad relationem præjudicat: cum omissum in sententia habeatur hoc in casu pro rejecto, & sententia, secundum Acta ita sit accipienda, ut referenti potestas hæc denegata videatur. Lauterb. *d. dissert. th. 9.* quæ Cautela vel maxi-
12 me notanda. Nulla tamen necessitas Iuris aut facti ipsum adstringit, ut præcise Iuramentum delatum referat, sed unice in arbitrio ipsius resi-
det, utrum referre velit Iuramentum delatum, an vero ipse jurare, aut
13 solvere malit. *d. l. 25. §. 1.* Quæ saltem de necessitate hac conditionali & causativa, non vero absoluta loquitur, uti patet *ex l. 9. C. & l. 34. §. 6. & l. 7. ff.*
14 *de Jurejur.* necesse tamen erit, ut jussus jurare, in Iudicio hanc suam voluntatem vel oretenus, vel etiam in scriptis declaret, *arg. l. 12. C. de reb. cred.*
15 *& per ea, quæ habet* Lauterb. *in dicta diss. th. 8.* quæ declaratio per hanc formulam fieri poterit: **Demnach in Sachen meiner contra N. am N. dieses verabschiedet (zu rechte erkandt) worden. Daß ich den mir über die Klage (über N. den Punct) von Klägern mir** deferirten **Eyd abzuschweren schuldig / ich wolte denn denselben dem Kläger** referiren **damit würde ich billich gehöret.** (ponantur ergo verba formalia sententiæ) **Als will nach Zulassung derer Rechte zuförderst von dem Kläger den Eyd vor Gefährde fodern / hiernechst den mir zugeschobenen Eyd demselben wieder zurücke schieben. Es ergehet diesem nach an meinen hochgeehrten Herrn mein dienstl. Bitten / er wolle dem Kläger solches Gerichts wegen** notificiren **/ und ihn auff einen gewissen Termin / so wohl zu Ablegung des Eydes vor Gefährde / als auch zu Leistung des**
16 **referirten Haupt-Eydes vorladen / &c.** Cautela (3) erit hæc: Quod facta hac relatione deferens tam de calumnia, quam etiam super causa principali jurare præcise teneatur, conceptis verbis, quibus Iuramentum detulit, nisi in ea causa, vel eo puncto, super quo jurandum est, vinci velit, *per l. 34. §. 7. & ult. ff. de Jurejur. & l. 12. §. 1 in verb. necessitate imponenda, cui Jure refertur relationis Sacramentum subire C. de reb. Cred.* Franzk *in Comment. ad tit. ff. de Jurejurand. n. 116.* Carpz. *p. 1. const. 14. def.*
17 *15.* dummodo tamen per sententiam Iudex relationem factam antea ap-
18 probaverit: quia hoc in passu relatio cum delatione pari Iure metienda *per l. 12. §. 1. in verb. & a Judice approbatur C. de reb. Cred. & quæ adeam notavit.*
19 *Dionys. Gothofred.* cognoscere enim debet judex utroque in casu, an deferens deferendi, & referens referendi potestatem habeat, cum

ipsius

ipſius Judicis ſit, prudenter proſpicere, & diligenter cavere, ne per- 20
jurio via aperiatur aut Iuramenta temere & nulliter præſtentur *arg. l. 2. C. de indict. viduit. tollend.* Sichard. *ad l. 12. C. de Jurejur.* Lauterbach *d. diſſert. th. 9.* caute igitur agit Relatus (ut ita loquar) quando Iudicis 21
ſententiam & Iuſſum prius expectat, antequam ad Iuramentum præſtandum ſe accingat; niſi antea in prima ſententia, in qua Iuramentum impoſitum, poteſtas referendi jamdum reſervata fuerit. Carpz. *proc. Jur. tit. 11. art. 3. n. 125.* ubi formulam approbationis Iudicialis habet, quamvis vero (4) communiter in praxi obſervetur, ut facta relatione Iu- 22
ramenti deferens ſtatim ad præſtationem, & certum terminum citetur, quo caſu judicis præventio negligentiam in petendo termino circa perſonam deferentis excuſat. attamen ſi relatione facta ſaltem notifi- 23
catio ipſi facta, neque ſimul certus terminus præfixus fuerit, utique ſedulo cavendum, ne deferens petitionem termini intermittat, ex die notificationis judicialis factæ, ſimulque referentem ad videndum ſe jurare citari petat. Cautela (5) hæc eſſe poterit, quod hanc neceſſitatem 24
jurandi declinare non poſſit relatus, quamvis poſtea vel per inſtrumenta vel per teſtes intentionem ſuam probare, & conſcientiam ſuam probationibus ut loquimur, defendere paratus ſit. de qua materia in caſu ſubſequente pluribus agemus.

Cautela (6) erit hæc, quod Relatio Iuramenti in proceſſu fieri 25
poſſit, ſive negocium controverſum Actoris conſcientiæ, ſive etiam ipſius notitiæ & ſcientiæ ſaltem commiſſum & deſuper Iuramentum delatum fuerit, dummodo factum ſeu negocium ſit commune utriusque partis, ſeu tale, de quo tam deferens quam referens vel eandem, vel non multo minorem ſcientiam & notitiam habet: quo- 26
niam tunc etiam ſuper facto tertii alieno, imo & ſuper facto proprio utriusque partis relationem fieri poſſe, cum probatismis Autoribus ſtatuimus. *vid.* Hartm. Piſtor. *obſ. 184. n. 5. & ſeqq.* Carpz. *in Proc. tit. 11. art. 4. n. 41. & ſeqq.* Andr. Fachin. *lib. 1. controv. 21. add.* Lauterb. *in diſſert. de Relat. Juram. theſ. 78.* ſemper tamen diſpicien- 27
dum erit, an deferens facti conſcientiam habere poſſit, vel ſeſe habere dicat; & tunc relationem omnino admittendam eſſe putamus, *arg. l. 34. §. 7. & 8. & l. 38. ff. de Jurejur.* atque ita pronunciatum in Prætorio 28
Hallenſi in cauſa injuriarum Zſchieberts contra Beckern den 1. Marrii

1680. daß Bekl. Leuteranten über diejenigen facta communia, davon Leuterat Wissenschafft hat / den deferirten Eyd zu referiren un-
29 benommen / in factis propriis aber hat die relatio nicht statt. Quod si vero conscientiam facti alieni habere quis non possit, nunquam admittendus est ad juramentum relatum, quamvis seipsum obtulerit,
30 veluti si jurandum esset super facto, quod in solo animo delati consistit v. g. an bona hereditaria animo hereditatem adeundi occupaverit,
31 *vid.* Harm. Pistor. *d. obs. 184. n. 6.* Lauterb. *d. l. thes. 74.* Et propterea in eo casu, ubi super facto unius partis proprio, cujus conscientiam deferens non habere potest, negocium soli conscientiæ commissum fuit, relatio juramenti cessat. Schneidew. *ad §. 11 Inst. de Act.* Carpz. *in Proc. tit.*
32 *11. art. 1. n. 154.* Churf. Sächs. Proc. Ordn. *d. tit. 18. §. 5. in verb.* und obwolin
33 gemeinen Rechten versehen ꝛc. Atq; ita pronunciarunt Dni. ICti Fran-
34 cof. in causa Ellerndorff contra Buchbachen mense Martio 1676. sic cum in causa R. S. Ludwigerin Contra Peter Webern Reus P. W. actrici super exceptione factæ remissionis pensionis aliisque factis propriis Iuramentum detulerat, solamque ipsius conscientiam tetigerat. Illustre Regimen Ducatus Magdeburgici præstationem Iuramenti delati ipsi imposuit per sententiam de publ. d. 21. Febr. 1693. & cum Actrix postmodum Referre Iuramentum intenderet, duplicem repulsam tulit. unam sub dato des 10 Martii 1693. Dieweil in diesen Fall die relatio nicht statt hat als ist auch der supplicantin suchen zu deferiren bedencklich. & quamvis denuo instaret, nihilominus rejectio dabatur d. 22. Martii 1693. Dieweil aber allhiesigen observantz nach / die relatio Iuramenti in diesen Fall nicht stat hat / Alß hat es
35 bey voriger resolution sein Bewenden. Juramentum igitur hoc facti
36 proprii relatus præcise subire opus habet; cum turpiter recusat quis testimonium ferre in propria causa *per l. f. C. de fidei com. l. 1. ff. quar. rer.*
37 *act. non. dat.* At quid in eo casu statuendum, ubi deferens de facto aliquo communi propriam, delatus vero saltem alienam scientiam,
38 forte ex auditu alieno, habet: an & tunc relatio fieri poterit. Casus esse poterit talis. Curator mulieris contraxit cum Titio, mulier vero curanda ratificat contractum nomine ipsius a Curatore celebratum. Postmodum Titius contrahens non vult servare contractum, provocat ergo mulier ad Iudicium, atque in libello super

ipso

ipſo contractu, cum Curatore facto Iuramentum Titio defert, & negotium ipſius conſcientiæ committit. Quæritur ergo an Titius hoc ipſum Iuramentum referre poſſit? Videri poterat prima fronte, adeſſe hic factum aliquod commune, adeoque relationi etiam locum eſſe debere. Sed Negativam ut amplectamur, movet nos, quod de præſenti ſuper tali negotio ſit jurandum, quod eſt Titii proprium, adeoque conſcientia iſtius juſtiſſime fuit onerata per Iuramentum, ut de veritate juret. Mulier vero, quæ ipſi actui contractus celebrati non interfuit, nullam propriam ſcientiam habet, ut de veritate jurare poſſit, ſed ſaltem ex relatione aliena Curatoris didicit, quæ de negotio ſcit. atque ita obtinui in cauſa Haſens Wittibe contra H. B. in Prætorio Hallenſi per publicatam ſententiam M. Majo 1680. Daß die ſuper facto communi erkanndte Eydes Relation nach Gelegenheit dieſes Falß da Klägerin mit Hr. Bekl. nicht ſelbſt / ſondern per Curatorem contrahiret / und des Curatoris contractum hernach ratihabiret / auch über dem Contractu bloß des Hr. Bekl. Gewiſſen gerühret hat / nicht ſtatt habe. Et cum reus hoc caſu ipſi Curatori, mulieris in Iudicio aſſiſtenti Iuramentum referre vellet, neque hæc relatio admiſſa fuit, in Sententia de public. den 17 Martii 1680. ex ratione juſtiſſima, quod ſcilicet Curator mulieris, hoc in caſu non ſit perſona principalis, ſed ſaltem acceſſoria, quæ, cum de lite, quantum ad ſe, non participet, utique nec jurare in alienâ cauſâ cogitur, quoniam pro parte haberi non poteſt. conf. ea quæ in *p. 2. Sect. 2. cap. 4. n. 92. & 93. de* perſona Advocati docuimus.

39 40 41 42 43

Hoc inſuper (7) circa Iuramentum relatum pro Cautelâ tenendum, quod eo in caſu, ubi præſtatio deferenti per Sententiam Iudicis injuncta fuit, deferens dupliciter jurare teneatur, nempe primo jurat de calumnia, Er muß den Eyd vor Gefährde ablegen / quo affirmat, ſe non calumniandi animo Iuramentum adverſario intuliſſe, ſed exiſtimando ſe bonam cauſam habere. cujus formula in FORO SAXONICO conſueta hæc communiter eſt: Ich N. ſchwere / daß ich in gegenwärtiger meiner / wieder N. rechtshängigen Sache / deßen Gewiſſen / durch Foderung des Eydes / gefährlicher Weiſe nicht beſchweret / ſondern / daß ich davorhalte / daß ſolches billig von mir geſchehen ſey. So wahr mir GOTT helffe und

44 45 46

47 ſein heiliges Wort. In Ducatu MAGDEBVRGICO hæc formula uſitata: Ich ſchwere zu GOTT dem Allmächtigen einen leiblichen Eyd / daß ich in gegenwärtiger meiner Rechtsfertigung Titii Gewiſſen gefährlicher Weiſe nicht gerühret habe / So wahr mir GOtt
48 helffe und ſein heiliges Wort. Quæ formula eadem eſt effective, qui enim jurat, daß er nicht gefährlicher Weiſe etwas gethan / ſimul
49 implicite aſſerit, quod ex juſtâ cauſa fecerit. Hoc ipſum vero Iuramentum malitiæ a referente propter factam relationem exigi non
50 poteſt *per l. 34. §. 7. ff. de Jurejurand.* Præſtito hoc Iuramento Calumniæ deferens quoque relatum Iuramentum principale conceptis verbis, uti delatum eſt, præſtare cogitur. Franzk. *in Comment. ad tit. ff. h. t. n.*
51 *116.* Carpz. *p. 1. Conſt. 14. def. 15.* Nihil tamen intereſt, an quodlibet Iuramentum ſeparatim concipiatur & ſeparatim præſtetur, an vero Iu-
52 dex, quod pro arbitrio facere poteſt, duo illa Iuramenta in unam formulam ſimul connectat: dummodo verba formalia cujusque juramenti retineat, & quæ ad Iuramentum Câlumniæ pertinent in initio præmittat, deinceps vero verba Iuramenti Principalis ſubjici-
53 at: quod ipſum tam in Curia Provinciali Ducatus Magdeburgici,
54 quam in inferioribus Judiciis ſæpius practicatum memini. Sicuti adhuc caſum habui in causâ Timmers contra den Hr. Ambtmann zu Helffa / ubi Timmer in Termino, den 11. Junii 1704. præſtationi Juramenti relati præfixo, juxta ſequentem formulam jurare debebat:
55 Ich Heinrich Timmer ſchwere zu GOTT dem Allmächtigen einen leiblichen Eyd / daß ich in gegenwärtiger Sache des Bekl. Gewiſſen gefährlicher Weiſe nicht gerühret. So ſchwere ich auch / daß ich biß zu der Zeit / da gegenwärtige Rechtfertigung angegangen in der Poſſeſſion des Gartens geweſen bin. So wahr mir GOtt helffe und ſein
56 heiliges Wort. At actualis præſtatio ipſi à Reo referente remittebatur.
57 De Iuramento Voluntario extra judiciali in antecedente Cap. 2. n. 27. Oſtendimus quod in hoc relatio Iuramenti non admittatur *perl. 17.*
58 *princ. ff. de Jurejurand.* Cum vero plures adhuc dentur caſus, ubi relatio hæc fieri non poteſt; Cautus ſit Iudex, ne relationem in his-
59 ce caſibus admittat. Cautus etiam ſit deferens, ne relatum Iuramentum ſubeat, ſed facta relatione cauſas, quare relatio non fieri poſſit breviter & dilucide ex Iure & Actis Iudici exponat, ejusque

Sen-

Sententiam interlocutoriam desuper petat. Sic (1) in quibusdam 60
locis relatio Iuramenti saltem sub certa conditione & in unico casu
admittitur, ubi deferens meliorem scientiam habet quam referens.
uti de observantia Iuris Lubecensis testatur *Mev. ad Jus Lubec. lib.* 61
5. tit. 8. art. 2. n. 19. quoad reliquos casus ergo omnes, relatio
Juramenti tanquam in statuto prohibita, non habet locum. Sic (2) *in* 62
l. Marcellus 11. §. ult. & l. seqq. ff. de actione rerum umot. disponitur, quod in
Actione rerum amotarum, & furti Juramentum delatum referri ne-
queat, quia eo in casu melius scit delatus, an ipse rem amoverit & fur- 63
tum fecerit, quam ipse Actor. non minus 3) Relatio Juramenti cessat 64
in Iuramento necessario, quod vel ab ipsa lege, vel ab ipso Iudice ad de-
cidendam controversiam alicui defertur: cum hæc relatio saltem in Iu- 65
ramento Iudiciali, quod pars parti defert, locum inveniat. Carpz. *in*
proc. tit. 11. art. 6. Rauchbar *p. 2. q. 3. n. 9.* & ad hoc Iuramentum legale re- 66
fert quoque Carpz. *in Jurisprud. p. 3. const. 8. def. ult. casum qui habetur in*
l. ult. de fideicommiss. hered. ubi defunctus, pro singulari probatione &
solennitate in ultimis voluntatibus necessaria elegit fidem præsentis he-
redis, ejusdemque fidei commisit, ut hereditatem vel totam vel ex
parte restituat. Quodsi igitur substitutus fideicommissarius ad fidei- 67
commissum agat, heredi neganti poterit deferre Iuramentum. & cir- 68
ca hoc delatum Iuramentum nolunt concedere heredi potestatem re-
ferendi. rationes affert Carpz. *in d. const. 8. def. 40. & 41.* quas evolvere
licet. eandem sententiam ante Carpzovium tenuit Schneidew. *ad d. §.* 69
ult. Inst. nec non Harprecht. *ad eundem tit.* Richter. *p. 2. dec. 62. n. 31.* ubi præ-
judicium alegat Brunnem. *ad l. ult. C. de d. t. n. 7.* Sed contrariam sen- 70
tentiam defendunt Borcholt *in tract. de Jureiur. cap. 7. n. 21.* Umm. *disp.*
14. n. 51. & noviſſime D. Lauterbach *in tract. de Juramentis cap. 7. n. 86. in*
differt. de relat. Juram. thes. 81. & seqq. ubi ad rationes contrarias subdistin- 71
ctione an fideicommissarius scientiam habeat rei an vero non, respon-
det, ad quem B. L. remittimus. Cautelas 8. adhibere quoque debent 71
heredes, si cum defuncto lis in Judicio, eidemque Iuramentum dela-
tum fuit, in quo casu dispiciendum ante omnia num heredes hoc ipsum
Iuramentum præcise subire & præstare teneantur, an vero deferenti
Iuramentum referre possint? Diversi Casus circa hanc quæstionem 72
occurrunt, proinde etiam diversæ Cautelæ adhibendæ & casus distin-

guen-

74 guendi erunt. Nempe reſpiciendum erit ante omnia ad hæc duo, an
75 (1) defunctus ſuper delato ipſi Iuramento animum ſuum ad Acta de-
76 claraverit, an vero (2) hanc declarationem omiſerit. Priori Caſu ex
77 declaratione hac facta eluceſcet: An defunctus delatum & per ſenten-
tiam Iudicis ipſi impoſitum Iuramentum plane recuſaverit, & neque
jurare, neque jusjurandum referre, aut conſcientiam probationibus
78 defendere voluerit, atque ita mortuus fuerit. hoc in caſu cum defun-
ctus propter injuſtam recuſationem & contumaciam ſuam pro confeſ-
ſo & convicto habeatur, ad ſolutionem vel præſtationem rei petitæ
condemnandus, vel ſi Actor ſit, Reus adverſarius ejus abſolvendus ſit',
79 per ea, quæ ſuperius *ex l. 34. §. 6. & Jurejur.* docuimus. In hanc ipſam
pœnam cum ſuccedat heres, utique fruſtrà referre intendit Iuramen-
80 tum ſemel ex culpa defuncti pro deſerto vel præſtito habitum. Quod
ſi vero defunctus ad Acta declaraverit, quod conſcientiam ſuam ſuſce-
pta probatione defendere velit, tunc cum heres factum defuncti
præſtare, & proceſſum ab eo derelictum in eo ſtatu reaſſumere te-
neatur, in quo a defuncto relictus fuit, vel uti in praxi loquimur, wie
81 er ſich in des verſtorbenen Mundeentlediget hat; utique neceſſum e-
rit, ut heres viæ â defuncto ſemel electæ inſiſtat & probationem in-
ſtituat, adeoque Iuramentum referre non poterit vid. Carpz. *p. 1.*
82 *conſt. 14. def. 19.* Alius caſus iterum exiſtere poterit, ubi defunctus
ſe ad Acta declaravit ſe Juramentum delatum referre velle, eamque
83 relationem realiter fecerit. Hoc in caſu heres non indiget novâ re-
latione, cum relatio â defuncto jamdum facta, & in heredem trans-
84 miſſa adhuc duret. Tandem vero hic caſus ſe offert, ubi defun-
ctus juramentum delatum acceptavit, ante realem vero ejus præ-
ſtationem mortuus eſt. In hoc quoque dicendum, heredem factam
defuncti acceptationem præſtare debere, neque Juramentum jamdum
85 â defuncto acceptatum referre poſſe. Quoniam quod ſemel defun-
cto placuit, ejus heredi, qui cum defuncto eadem reputatur perſo-
86 na, diſplicere non poteſt: Siquidem poſt acceptatationem Iuramen-
ti ſemel factam poteſtas referendi amittitur *arg. l. 5. C. de oblig. & act. &*
87 *quæ habet* Carpz. *proc. tit. 11. art. 4. n. 9. & ſeqq.* In hisce igitur enume-
ratis caſibus, ubi expreſſa defuncti declaratio in Actis habetur, de
88 relatione Iuramenti heredi competente fruſtra quæitur. In altero

caſu

caſu principali vero, ubi de animo defuncti ex Actis nihil conſtat, & juramentum, ſuper facto alieno credulitatis defuncto impoſitum, ejusque ſcientiæ & notitiæ negotium commiſſum fuit, heres ejus de Credulitate propriâ vel jurare, vel Iuramentum referre poterit: ſive defunctus ante, ſive poſt ſententiam, in qua 89
præſtatio juramenti ipſi injuncta fuit, moriatur, per ea quæ habet
Carpz. *p. 1. conſt. 24. def. 4. & in Proc. tit. 11. art. 6. n. 77.* cum cujus ſententiâ 90
convenit Ius noſtrum Magdeburgicum, uti patet ex textu der Proceß-Ordnung *de anno 1686. cap. 29. §. 10. in verb.* Und ſollen die Erben und Erbnehmen mit dem Iuramento Credulitatis, de propria non vero defuncti Credulitate, auff alle Fälle ſo wohl in Iudiciali, als purgatorio und ſuppletorio, nicht aber extraordinario veritatis in litem zugelaſſen werden. Ubi notanter ponuntur verba, de propriâ 91
non defuncti Credulitate. Siquidem certum eſt, quod ſæpius ſcien- 92
tia & fides defuncti a ſcientia & fide heredis maximopere diſcrepet, adeoque Iuramentum hereditarium ſeu ab herede præſtandum a principali ſacramento defuncti multum differt. *perl. 12. C. de reb. Cred. conf. Bruſſelium in tract. de Conditionibus lib. 3. tit. 2. n. 23.* Ubi 93
vero defuncto Iuramentum veritatis quidem ab adverſario in Iudicio delatum, & negotium defuncti proprium, ipſius conſcientiæ ſolum commiſſum fuit, ipſe vero moriatur, ante publicatam ſententiam Iudicis interlocutoriam, in quâ ipſi præſtatio injungitur; Tunc heres ipſius ex delatione defuncto facta nec jurare cogitur, nec etiam jurare 94
poteſt. ne quidem de Credulitate ſiquidem ante ſententiam Iudicis defunctus Iuramentum delatum ſubire non cogitur, adeoq; nec heres, qui factum proprium alienum ignorare præſumitur. Carpz. *d. conſt. 24. def 3. & Proc. in Tit. 11. art. 6. n. 23. ſeqq.* nec etiam jurare poteſt. Siquidem deferens 95
propriam defuncti ſcientiam & conſcientiam oneravit, & ipſius fidem 96
elegit, eumque ſub hac conditione per delatum Iuramentum in cauſa conſtituit, ſi ſcilicet ipſe juraret: hæc conditio vero ad certam per- 97
ſonam reſtricta per aliam impleri non poteſt, ſiquidem in forma ſpecifica implenda *perl. 44. & 45. ff. de condit. & demonſtr.* quod maxime 98
in conditionibus faciendi procedit, quæ perſonis inhærent, Bruſſel. *de condit. lib. 3. cap. 1. n. 7.* adeoque ſponte ſua etiam ſequitur, heredem 99
qui Iuramentum ſuſcipere plane non eſt obligatus, non opus habe-

100 re, de ejus Relatione quærere. Ubi vero negotium controverſum defuncti conſcientiæ commiſſum, atque per ſententiam Iudicis interlocutoriam ipſi viventi adhuc præſtatio Iuramenti veritatis impoſita fuit, tuncheres de credulitate jurare tenetur, Carpz. *d. conſt. 24. def. 2.*
101 ſive ſententia hæc vivente delato in rem Iudicatam tranſiverit, ſive
102 ab ipſo Appellatio vel Leuteratio interpoſita fuerit, quam poſt modum heres proſequitur, & per Sententiam ſuper Leuteratione vel Appellatione prolatam, quoad neceſſitatem ſubeundi Inramentum confirmata fuit. Id. Carpz. *d. conſt. 24. def. 5. & in Proc. tit. 11. art. 9. n. 38. &*
103 *ſeqq.* & quamvis heres hoc Iuramentum referre non poſſit, per ea quæ
104 habet Carpz. *d. l. def. 10. & tit. 11. art. 6. n. 71. ſeqq.* admittitur tamen ad probationem, ſi eam pro ſalvanda conſcientia ſuſcipere velit. *Idem*
105 Carpz. *def. 9. & art. 6. n. 66. ſeqq.* Concordat huic opinioni Praxis Fori Magdeburgici, uti videre licet ex Ordinat. Proc. de anno 1686. Cap. 29. §. 11. in verb: **Wie ſie denn auch die Erben / mit der Eydes Relation, wenn des** defuncti **Gewiſſen allein gerühret / nicht zuhören / es were denn die Sache zugleich in des Verſtorbenen Wiſſenſchafft und Wohlbewuſt geſchoben worden.**
106 Sed cum præter omnem opinionem materia hæc ſub manu excreverit, finem ei imponimus, & reliquas Cautelas, quæ adhuc circa fatalia relationi Iuramenti præfixa obſervandæ ſunt, ſectioni IV. reſervamus.

SECTIO III.
CAP. II.
CASUS III.
DE
DEFENSIONE CONSCIENTIÆ PER PROBATIONEM.

1 ABſolvimus per DEI gratiam circa Iuramentum Iudiciale in ſpecie ſic dictum, duo capita, in quibus de Acceptatione atque Relatione Iuramenti Cautelisque circa eadem occurrentibus egimus. Nunc ergo in ordine ſequitur, ut de Tertio
2 Caſu, in quo de alio Remedio, per quod aliquis realem ſeu actualem præ-

præſtationem ut & relationem Iuramenti Iudicialis evadere & declinare poteſt, agamus & aliquas Cautelas proferamus: antea enim di- 3
ximus quod in arbitrio ſit ejus, cui Iuramentum delatum fuit, an conſcientiam ſuam probationibus defendere velit. Et conceditur 4
hæc poteſtas Juraturo tam in IVRE CIVILI *per l. eum qui juravit 30. in princ. & quæ ad eam notavit* Brunnemann *n. 10. ff. de Jurejur. l. quod ſi 71. ff. de R. V. l. fin. C. de reb. Cred. &* IVRE CANONICO *per cap. 2. X. de Probat. Beuſt. ad rubr. ff. de Jurejur. n. 60.* Struv. *Synt. Jur. Civ. Exerc. 17. th. 33.* Anton. Faber. *in Cod. lib. 4. tit. 1. def. 3.* quam etiam SAXONICO de quo textus expreſſus habetur in der Chur-Fürſtl. Sächß. Proces. Ordn. *tit. 19. §. 1. in verb.* Wenn einem von ſeinen Gegentheil der Eyd deferiret wird / und er wolte ſich des Eydes zu entledigen / ſein Gewiſſen mit Beweiſung vertreten / ſoll ihm ſoches nachgelaſſen ſeyn / wenn er ihm gleich daßelbe vor dem Urtheil / darinnen ihm der Eyd aufferleget wird / nicht bedinget hätte / noch in dem Urtheil / welches ſeine Krafft erreichet / ausdrücklich vorbehalten worden wäre / jedoch daß er ſich deſſen innerhalb 8. Tagen nachdem das Urtheil in ſeine Krafft gegangen / erkläre / auch hernach binnen Sächſiſcher Friſt die Beweiß-Articul einbringe / und anders thue / was / als hernach bemeldt / einem Zeugen-Führer oblieget / und zuſtehet / dieſes aber ſolt dem / welcher den Eyd anfänglich deferirt, poſt acceptationem oder da ihm derſelbe referiret / und wieder heim geſchoben worden / nicht verſtattet / ſondern Er / weil er ihm einmahl den Weg des Eydes belieben laßen / zur Beweiſung weder directo noch per indirectum, etwa mit Einſchiebung briefflicher Uhrkunden zugelaſſen / wie auch der / welchen der Eyd deferirt / wenn er denſelben einmahl acceptiret, mit der Beweiſung ferner nicht gehöret werden. *add. Conſt. Elect. Aug. 12. p. 1. in verb:* oder da er ſein ſein Gewiſſen mit Beweiſe zu vertreten vorhabens iſt. *it. Conſt. 14. §. 1. in rubr. Deciſio 19. Elect. nov. Joh. Georgii II. in rubr.* Carpz. *p. 1. conſt. 14. def. 14. & lib. 3. Reſp. 50. n. 4. & 5. it. Reſp. 55. n. 2. nec non* IVRE MAGDEBVRGICO per textum expreſſum 5
in der Proceß-Ordn. *de anno 1686. §. 5. in verb.* So iſt auch demjenigen welchen ein Eyd deferiret / unbenommen / denſelben vor dem Urtheil zu referiren / oder ſein Gewiſſen mit Beweiſe zu vertretten / ut & de IVRE LVBECENSI, de quo videatur Mevius *in Comment. lib. 5. tit. 8.* 6

art. 2. n. 22. non minus IVRE ANHALTINO, quod patet ex textu
7 der Anhaltiſchen Gerichts-Ordnung *de anno 1666. tit. 9. in verb.* Ob-
gemelde Friſt ſoll auch in dem Falle in acht genommen werden/ wenn
einer/ dem der Eyd zu erkannt/ ſein Gewiſſen mit Beweiß vertretten
8 will. Ratio hujus conceſſionis æquiſſima eſt, quod quoniam Acto-
ri liberum eſt, an probationem per teſtes & documenta inſtituere,
an vero ad extraordinariam, ſcil. delationem Iuramenti confugere ve-
9 lit: ita & hæc libertas Reo concedenda, ut electionem habeat, qua
10 probationis ſpecie circa ſuam ipſius defenſionem uti velit. Unde &
in Iure laudatur is, qui religione magis quam conſcientia motus ad
11 probationes confugit *l. 8. ff. de condit. inſtit. l. 21. C. de fide inſtrum.* imo pru-
denter aget is, qui cum liquidas probationes ſe habere videt, per
quam victoriam litis ſibi parare poteſt, in certo deferentis perjurio
cauſam non committit *l. 34. ff. de Jurejur.* Anton. Faber. *in Cod. lib. 4. def.*
12 *3. n. 4.* Circa hanc materiam hæ Cautelæ obſervandæ erunt (1) ut is
cui Iuramentum impoſitum eſt, intra fatale (de quo *in ſect. futura 4. a-
gemus*) in Iudicio poſtulet ut adverſarius deferens ad Iuramentum ca-
13 lumniæ adſtringatur. Quodipſi omnino incumbet, etiamſi Reus conſci-
entiam probationibus defendat, ob generalitatem textuum tam Iuris
14 Civilis, quam Saxonici & Magdeburgici antea *in hoc caſu ſub n. 4. & ſeqq.*
allegatorum, cui generalitati merito inhæremus, donec Exceptio in Iure
15 doceatur. Deinde (2) declaret in Iudicio vel oretenus, vel etiam in
16 ſcriptis, quod velit conſcientiam ſuam probationibus defendere. (3)
intra terminum huic probationi præfixum, articulos, ſuper eo facto
vel negotio, ſuper quo jurandum eſt, concipiat, eosque cum copiis do-
cumentorum & annexo directorio, vel ſi probatio per teſtes perfici-
17 enda, cum nominibus teſtium in Iudicio exhibeat, ſimulque petat, ut
Iudex terminum ad productionem & recognitionem vel juratam diſ-
feſſionem documentorum præfigat, atque adverſarium, qui Iuramen-
tum antea detulerat, in ſpecie ad præſtandum Iuramentum Calumniæ
18 ſpeciale, den Eyd vor Gefährde zu leiſten/ & hac præſtatione facta,
19 ad recognitionem vel juratam diffeſſionem documentorum, aut ſi
probatio per teſtes fieri debet, ad videndum produci & jurare teſtes;
20 peremptorie citari faciat. In hoc ipſo termino (4) Iuramentum ca-
lumniæ ſpeciale, ejusque realem præſtationem ante omnia denuo ur-
geat;

geat; quod ſi deferens præſtare recuſet, nec ipſe producens conſci- 21
entiam defendere tenetur; cum nec hoc in caſu jurare debeat, ſed 22
deferens de calumnia jurare renuens, cauſa cadit. quam utiliſſimam 23
Cautelam, cum communiter negligatur, vel maximopere commen-
damus. Præſtito Iuramento (5) documenta originaliter producat, 24
& exhibeat, eorumque recognitionem vel juratam diffeſſionem a pro-
ducto requirat. vel ubi per teſtes articulos probare vult, teſtes præ- 25
ſentes realiter Iudici ſiſtat, aut abſentes, tanquam præſentes produ-
cat, & arctiorem horum citationem petat, præſentes vero ut ad Iu-
ramentum & depoſitionem admittantur, petat. Circa hunc proban- 26
di modum per teſtes autem defendens conſcientiam ſuam (6) hanc
Cautelam adhibeat, ne admittat interrogatoria circa merita cauſæ,
ſi pars adverſa, contra quam teſtes producuntur, eadem in termino ex-
hibere & petere vellet, ut teſtes ſuper iis ſimul interrogentur. Quam- 27
vis enim regulariter in omni probatione ſuſcepta admittantur interro-
gatoria, neque probatio absque iis perfecta videatur; in tantum, ut 28
& in Foro Saxonico talia interrogatoria in demonſtratione pro poſſeſ-
ſione præſentanea, in proceſſu ſummariiſſimi admittantur: uti pro- 29
nunciavit Facultas Juridica Lipſienſis in cauſa des Sackiſchen Herrn
Actoris contra die Handfröhner zu Schlettau menſe Aug. in verb.
Und werden die Zeugen ſo wohl auff die übergebene Beſcheinigungs-
Articul nach Inhalt des Directorii, als die interrogatoria billig abge-
höret / (quod tamen non conceditur in Foro noſtro Magdeburgico. 30
vid. neue Proceß Ordn. de anno 96. cap. 30. §. 10. in verb. ferner da-
bey keine Interrogatoria ſo die merita cauſæ berühren / zugelaſſen.) Cir- 31
ca probationem pro ſalvanda conſcientia ſuſceptam itaque quidam
Dd. ſtatuunt, quod deferenti Iuramentum concedenda ſit poteſtas
dandi interrogatoria, ſaltem ſuper Articulorum circumſtantiis & qua-
litatibus & perſonis teſtium formatis, uti docuit B. Brunnem. *in*
Proc. Civ. cap. 23. n. 14. Rectius tamen in FORO SAXONICO interroga- 32
toria ſpecialia circa merita cauſæ rejiciuntur, retentis ſaltem interro-
gatoriis generalibus, quæ perſonas teſtium, eorumque habilitatem
& ſcientiam concernunt; *per conſtitutionem publicam Johann Georgii II.* 33
in dec. Elect. 19. verſ. So wollen wir unſere neue Gerichts-Ordnung in
dieſen paſſu dahin erkläret haben / daß bey einer ſolchen Beweiſung /

nicht allein keine Gegenbeweisung / auch einige Interrogatoria in meritis, und so viel die Haupt-Sache betrifft / nicht angenommen / wider die Zeugen aber zulässige interrogatoria verstattet werden. *add.*
34 Philippi *ad eand. dec. 19. obs. 1.* IN FORO MAGDEBURGICO hac in parte speciale aliquam expressam constitutionem non habemus, quare cum anno 1696. in Præfectura Giebichenstein super quæstione hac controverteretur, a Curia Provinciali declarationem supplex petii, in quo supplicato cum rationes tam pro affirmativa, quam etiam negativa facientes adduxerim, permittet B. L. ut hoc ipsum supplicatum verbotenus inseramus, eique Rescriptum declaratorium subjiciamus.

P. P.

35 Bey dem Churfürstl. Brandenb. Ambte Giebichenstein / ereignet sich ein Casus, daß meinem Clienti, ab adversa parte, über einer ge-
36 wissen Exception das Iuramentum deferiret worden. Es hat aber derselbe resolviret / sein Gewissen mit Beweiße zu vertreten / und gewisse Zeugen / cum Articulis & directorio zu übergeben: In termino pro-
37 ductionis testium aber / will der Reus interrogatoria übergeben / führet dabey vor sich an / daß 1. weder in Iure Civili, noch Provinciali Magdeburgico ein textus prohibitionis zu befinden / daß dergleichen Inter-
38 rogatoria nicht solten zulässig seyn. 2. Stünde in der Churfürstl. Proceß-Ordnung Cap. 30. §. 12. daß bey denen Beweisen / der Iudex ex officio schuldig wäre / die Zeugen auff gemeine Fragestücken / von Nahmen / Alter subornation und Verwandniß der Zeugen / ingleichen die Ursache der Aussage / auch Zeit und Ort und andere Umbstände zu be-
39 fragen / wenn gleich keine Frage-Stücken eingeleget würden / allegiret auch 3. authoritatem Brunnemanni *in Proc. Civ. Cap. 23. n. 14.*

40 Nun seynd aber pro negativa weit mehrere und wichtigere Ratio-
41 nes vorhanden / deren (1) denn ist / quod ubi semel via Iuratoriæ probationis electa est, ea ambulari debeat, nec per indirectum ad proba-
42 tiones admittendus sit, deferens Iuramentum, quoniam reprobationes contrariæ contra Iuramentum planè non admittuntur. Schwendendörffer *ad Proceff. Fibigii p. 2. Cap. 2. membr. 2. sect. 1. §. 4. reg. 7. n. 630.*

43 Wenn nun Interrogatoria offeriret und zugelassen würden / so würde deferens unstreitig per indirectum ad reprobationem admitti-

ret /

ret / denn die interrogatoria doch denen articulis reprobatoriis ſimilia 44
ſeyn; Die (2) ratio iſt / daß derjenige / welchem ein Iurament deferi- 45
ret worden / wenn er gleich in probatione pro ſalvanda conſcientia
ſuccumbiret / dennoch ad Iuramentum delatum revertiren / und ſelbi-
ges annoch abſchweren kan / wie die Iura klar ſeyn. Wenn aber ad- 46
verſa pars per interrogatoria contrarium vel plene vel ſemiplene pro-
birte / ſo könte dieſes nicht geſchehen / ob metum perjurii, welches der
von Gegentheil ſelbſt allegirte Brunneman. in *Proc. Civ. Cap. 23. n. 14.*
nicht zugeben will / denn gleichwie (3) der deferens Iuramentum mit 47
dem adverſario, cui delatum eſt, in Iudicio quaſi contrahiret / alſo mag
deferens nachhero zumahln facta acceptatione Iuramenti, nicht pœni-
tiren / und ad ordinariam probationem revertiren / und (4) iſt die Re- 48
gula Iuris klar / quod ſurrogatum ſapiat naturam ejus, cui ſurrogatum
fuit: Wie nun in eo caſu, wenn das Iuramentum realiter abgeſchwo- 49
ren wird / der adverſarius mit keinen interrogatoriis zuzulaſſen / alſo
mag auch ſolches in hoc caſu ſurrogato, ubi conſcientia probationi-
bus defenditur, nicht angehen / wie denn (5) Carpzov. *Lib. 3. Reſp. 50.* 50
& in proc. tit. 11. art. 5. n. 29. und viele Dd. allegati a Martini in proceſſu
Tit. 19. §. 2. n. 6. 7. ſeqq. hiemit einig ſeyn. Und (6) iſt in Foro Saxonico per 51
Deciſionem Electoralem noviſſimam 19. nicht mehr zugelaſſen / als daß
die Interrogatoria generalia quoad perſonas teſtium übergeben wer-
den können / quoad merita aber ſolche gar nicht admiſſibilia ſeyn ſollen.

Weil nun der Churfürſtl. Ober-Ambtmann zum Giebichenſtein 52
mit der Verabſchiedung angeſtanden / weil in der Proceß-Ordnung
dieſer Caſus nicht decidiret wäre / die Partheyen auch beyderſeits ar-
me Leute ſeyn / welche auff Rechtliches Erkäntniß die Unkoſten nicht
wenden können. So ergehet an Ewv. Excell. mein gehorſambſtes 53
Bitten / Sie wollen hochgünſtig geruhen / mir eine declarationem zu
ertheilen / was in Foro Ducatus Magdeburgici Rechtens ſey? Ob ent- 54
weder gar keine Interrogatoria, tam quoad perſonas teſtium, quam
quoad merita cauſæ zuläßig / oder der Conſtitutioni Saxonicæ 19. nach-
zugehen / alſo daß bloß die interrogatoria generalia quoad perſonas te-
ſtium zu attendiren ſeyn.

Es wird hierdurch zwiſchen armen Partheyen groſſe Weite- 55
rung und Unkoſten præcaviret / dienet auch dem Richter ſelbſten

zur

zur Information, und ich bin die hohe affection zu demereiren allezeit höchst verbunden und geflieſſen. Halle den 14. Decembr. 1696.

RESOLUTIO DECLATORIA ILLUSTRIS REGIMINIS DUCATUS MAGDEB.

56 BEy der Churfürſtl. Brandenb. Regierung allhier iſt verleſen
worden; was geſtalt George Gerbet / umb Erklährung des §.
5. Cap. 29. der Magdeb. Proceß-Ordnung: ob / wann derjenige / welchem ein Eyd deferiret worden / und er ſein Gewiſſen mit Beweiße vertreten will / auch darzu die Beweiß-Articul übergeben / des Gegentheils interrogatoria zu verſtatten oder nicht? ſchrifftliche An-
57 ſuchung gethan. Dieweil nun bey der Regierung dafür gehalten wird / daß zwar in ſolchem falle alleine contra perſonas teſtium, quoad merita & circumſtantias Cauſæ aber keine Interrogatoria zu admittiren ſeyn; Als iſt dieſes gedachtem Gerbeten hierdurch zum Nachrichtl. Beſcheide zu vermelden befohlen. Signatum Halle den 16. Decembr. anno 1696.

58 Peracta hac probatione hanc porro Cautelam (7) adhibeat pro-
59 ducens, ne admittat adverſarium ad probationem contrariam. quamvis enim regulariter probatio & reprobatio ſe invicem reſpiciant, & hæc ipſa admittatur, quamvis per ſententiam ipſi reſervata non fuerit. aliud tamen in hac probatione pro exoneranda conſcientia obtinet,
60 ſiquidem ea in locum juramenti præſtandi ſurrogatur, cum vero con-
61 tra iuramentum ab Actore delatum, & â Reo præſtitum Actor nul-
62 lam reprobationem habeat, ſed Iuramentum ex delatione Actoris præſtitum, finem liti imponat *per l. 1. ff. de Jurejur.* & quæ ad eam no-
63 tavit Beuſt. *n. 95.* ita ut amplius nihil quæratur, quam an juratum ſit,
64 *per l. 5. §. 2. & l. 11. §. 3. l. 26. & l. 28. §. ult. ff. de Iurejur.* in tantum, ut cauſa jurejurando judiciali ſemel deciſa ob contrarias probationes, ne quidem in alio judicio, & nova actione inſtituta, etiam detecto perjurio reſuſcitari & retractari nequeat, *perl. 5. l. 31. ff. de Jurejur. ibique Beuſt. n. 124. ſeqq. l. 1. C. de reb. Cred. ibique* Brunnem. *n. 24.* Carpz. *p. 1. conſt. 15. def.*
65 *1. & lib. 3. Reſp. 40. n. 3* utique ex natura ſurrogatorum ſequitur, quod probatio pro exoneranda conſcientia, tanquam ſurrogatum Iuramenti Iudicialis, ejus naturam habere adeoque reprobationem contrariam

am non admittat. quod de IVRE SAXONICO indubium eſt, ob 66
clarum textum der Proceß-Ordnung *tit. 19. §. 2. verb.* ſoll ſeinem Wie-
derpart keine Gegen-Beweiſung geſtattet werden. *Add. Conſt. Elect.* 67
Aug. 14. p. 1. verb. ſoll auch Kläger disfals mit keiner Gegen-Beweiſung zugelaſſen werden. conf. Carpz. *ad d. conſt. 14. p. 1. def. 16. & lib. 3. Reſp. 50. n. 8.* & quæ antea in caſu hoc *ſubn. 43. & ſeqq.* docuimus, ex quibus B. L. colligere poterit, quod nec IN FORO MAGDEBVRGICO reprobatio hoc in caſu admittatur, uti praxis Iudiciorum quotidiana teſtatur.

At quæ cautela proderit illi, qui probationem pro exoneranda 68
Conſcientia quidem ſuſcepit, ſed in probatione vel ſaltem ſemiplene, vel omnino nihil probavit? in FORO SAXONICO de primo caſu diſpoſitum legitur in der Proceß-Ordnung *tit. 19. §. 3.* quod probans, qui intentionem ſemiplene probavit, admittendus ſit ad Iuramentum ſuppletorium. Quamvis vero hæc ipſa diſpoſitio optimo nitatur 69
principio Iuris, quod Actor ſive Reus ſemiplene intentionem vel Exceptionem ſuam probans, admitti debeat ad ſuppletorium Iuramentum; in FORO tamen MAGDEBVRGICO aliud introductum, 70
ſcilicet, quod hoc in caſu, ubi defendens conſcientiam ſuam plene non probavit probanda, ad Iuramentum prius præſtandum condemnandus ſit. vid. Text. der Proceß-Ordn. *de anno 1686. cap. 29. §. 9. in verb.* Wenn auch einer / dem das Iurament deferiret / ſein Ge- 71
wißen mit Beweiſe zu vertreten ſich angemaßet / ſo ihme verſtattet / und denſelben zur Gnüge nicht vollführet / ſoll er den deferirten Eyd ohne Relation nochmahls zu ſchweren ſchuldig ſeyn. Cui diſpoſitio- 72
ni in FORO MAGDEBVRGICO merito in hærendum, cum hoc mo- 73
do lis citius terminetur, dum probans, Iuramentum ex prima delatione impoſitum & a deferente ipſo ſemel approbatum absque metu ulterioris contradictionis præſtare & finem litis impetrare poterit; ubi vero Iuramentum ſuppletorium probanti imponitur, ſuper ejus admis- 74
ſione, & an ſemiplene probatum fuerit, nec ne, plures altercationes, cum diſpendio temporis & ſumtuum, oriri poſſunt; in effectu vero 75
idem erit, an pro re nata ſuppletorium hoc in caſu, an vero principale Iuramentum delatum præſtet. Melius ergo ſibi conſulit in FORO 76
noſtro Magdeburgico juraturus, ſi petat, ut regreſſus ipſi ad Iura-

77 mentum delatum detur, hocq; præſtet. Optime vero agit, quando
ante ſuſceptam hanc probationem media & adminicula probationum
diligenter inquirat, atque in quantum per ea thema controverſum
78 probari poſſit, accuratiſſime diſcutiat: eoque in caſu. ubi plenas proba-
tiones non offendit, â ſuſcipiendâ hâc probatione penitus abſtrahat, &
79 Iuramentum delatum (ſalvâ tamen conſcientia) præſtet: quia citius
80 moleſtias & ſumtus litis evadit; non tamen opus erit, in caſu ſuſcipi-
endæ probationis pro defenſione Conſcientiæ, ut ſuſcipiens ſibi ex-
preſſe poteſtatem redeundi ad Iuramentum delatum, in ſpecie re-
81 ſervet: uti quidem in Iudicio quodam inferiori hujus Civitatis ur-
gebatur, in tantum, ut in quibusdam caſibus, ubi hæc reſervatio ex-
preſſe non fuerat adhibita, & probans plene non probaſſet, regres-
82 ſus ad Iuramentum delatum ipſi per ſententiam denegaretur. In iis e-
nim, quæ ipſo Iure competunt, reſervatione ſpeciali opus non ha-
83 bemus: præſertim in caſu, ubi ſecundum ipſum Ius conſtitutionis ta-
le medium adhibetur, cujus Electio alterum diſparatum non tollit:
84 ſiquidem renunciatio Iuris non præſumitur niſi in ſpecie facta pro-
betur *cap. ſuper hoc 5. de renunc. Conf.* Berlich. *p. 1. concl 33. n. 9.* Carpz. *p.*
85 *1. conſt. 12. def. 14. n. 5. & lib 3. Reſp. 50. n. 7.* Hoc vero pro Cautela ex
Textu allegato der Magdeburgl. Proceß-Ordnung in fine, verb:
ohne Relation &c. obſervandum, quod is, qui defenſionem conſci-
entiæ ſuscepit, in probatione vero ſuccubuit, poſtmodum ad Rela-
tionem Iuramenti pervenire non poſſit. Brunnem. *ad l. 30. n. 6. ff. de*
86 *Iurejur* Lauterb. *de relat. Iuram. th. 20.* quod ipſum quoque in foro
Saxonico obtinet teſte Carpz. *proc. tit. 11. art. 5. n. 45. & ſeqq. & p.*
87 *1. conſt. 14. def. 19.* Schwendendörffer *p. 2. cap. 2. n. 2. ſect. 1. §. 4.* Cautela
etiam erit, pro eo, qui probationem hanc ſuſcipere vult, ne acce-
88 ptet Iuramentum delatum. quamvis enim juxta ſuperius deducta de-
clarate poſſit animum Iudici, abſtineat tamen omni, modo, ne dicat,
89 ſe velle acceptare Iuramentum; ſiquidem acceptatione Iuramenti
delati ſemel facta, cum deferente & acceptante quaſi contrahitur:
90 in tantum ut nec deferens Iuramentum, poſt factam acceptationem
revocare, neque acceptans animum mutare, & Iuramentum refer-
re vel etiam Conſcientiam per probationem exonerare poſſit. Brun-
91 nem. *ad l. 30. n. 4. ff. de Iurejur*, poſt acceptationem enim factam valet

re-

regula, viam quam ſemel elegiſti ambula. Quo faciunt verba textus der 92
Sächß. Proceß-Ordn. *Tit 19. §. 1.* poſt acceptationem nicht verſtattet / ſondern weil er ihm einmahl den Weg des Eydes belieben laßen / zur Beweiſung weder directe noch indirecte mit Einſchiebung briefflicher Uhrkunden zugelaſſen werden / wie auch der / welchen der Eyd deferirt / wenn er denſelben einmahl acceptiret hat mit der Beweiſung ferner nicht zugelaſſen werden.

Hoc quoque pro Cautela tenendum, quod facta relatione Iuramenti delati, Relatus, ſeu cui Iuramentum relatum eſt, non admittatur ad defenſionem conſcientiæ per probationes, ſed Iuramentum relatum præciſe præſtare, aut cauſa cadere, ſumtusque litis omnes adverſario, cui Iuramentum detulit, reſtituere tenetur. *per l. 34. §. 7. ff. de jurej. & quæ ad eam notavit* Brunnem. *n. 19. l. 12. §. 1. Cod. de reb. Cred.* Lauterb. *dict. diſſ. theſ. 107.* ubi rationes affert, ad quem locum B. L. remittimus.

De Iuramento Credulitatis in caſu antecedente circa relatio- 93
nem Iuramenti docuimus ſub n. 312. de heredibus defuncti, quod in eo caſu, ubi defunctus ante impoſitionem Iuramenti moritur, & negotium ſoli conſcientiæ defuncti commiſſum fuit, heredes, ſi de credulitate propria jurare nolint, Conſcientiam probationibus defende- 94
re poſſint. Illi aſſerto ergo inhæremus, tam propter generalitatem textuum, quam ea, quæ habet Carpz. *p. 1. conſt. 24. def. 9. & in Proc. Tit. 11. art. 6. n. 66. ſeqq.* cui addatur Schwendendörffer *ad proc. Fichig.* 95
p. 2. cap. 2. m. 2. ſect. 1. §. 4. n. 646. caut. 7. nam cum heres, ſuccedat in o- 96
mne Ius defuncti, ejusque partes favorabiliores reddantur, ne ſuper facto alieno juret, utique non invidendum ipſis, ut abſtrahant a præſtatione Iuramenti, ubi aliis probationibus ſibi conſulere poſſunt. *arg. c. 2. X. de probat. & l. 3. C. de Iurejur.*

Ultimo circa defenſionem hanc conſcientiæ pro cautela tenen- 97
dum, quod ea non ſolum in Iuramento Iudiciali delato à parte adverſâ, ſed etiam in ipſis Iuramentis Legalibus â Lege vel Iudice delatis, quæ vulgo neceſſaria audiunt (de quibus ſubſequente cap. 3. aptior dicendi occaſio erit) locum inveniat, ita ut per eam, Iuramenti religione gravatus, realem præſtationem declinare poſſit. uti latius deducit Carpz. *p. 1. conſt. 14. def. 20.* Mev. *ad Ius Lubec. lib. 3. tit. 9. art. 3. n. 30.*

98 Brunnem. *ad l. 30. n. 3. ff. de Iurejur.* ad quos Autores remittimus, reliquas Cautelas, quæ circa fatalia defenſionis Conſcientiæ occurrunt,
99 futuræ Sect. IV. reſervantes. & Tantum etiam de Cautelis circa Iuramentum Iudiciale dixiſſe ſufficiat: pergimus jam ad caput Tertium; in quo de Iuramentis Legalibus agendum.

CAPUT III.

DE JURAMENTIS LEGALIBUS SEU NECESSARIIS.

1 EGimus hactenus de Juramento Voluntario & Judiciali, nunc juxta ſeriem traditam opus erit, ut convertamur ad JURAMEN-
2 TA NECESSARIA, quæ vel AB ipſa LEGE, vel A JUDICE alicui parti, in cauſis dubiis, vel pro fundanda intentione agen-
3 tis, vel deciſione cauſæ, vel etiam abſolutione Rei, imponuntur, quorum quædam pro re natâ naturam mixtam habere videntur, ut partim ad promiſſoria, partim etiam ad aſſertoria Juramenta non incommo-
4 de poſſint referri, & propterea neceſſaria dicuntur, quoniam neceſſario â Judice deferenda ſunt ad petitionem partis, & factâ impoſitione quoque neceſſario præſtanda ſunt Andreas Vallenſis *ad Jus Canoni-*
5 *cum lib. 2. tit. 24. n. 10.* de ſingulis ut in ſpecie agamus, inſtituti ratio, &
6 alia negotia forenſia & domeſtica non concedunt: ſufficiat ergo circa præcipuas quasdam ſpecies aliquam conſiderationem in ſubſequentibus poſitionibus inſtituiſſe, ex quibus de reliquis ſpeciebus quoque facilis dijudicatio fieri poterit.

SECTIO III.

CAP. III.

POSITIO I.

De JURAMENTO MANIFESTATIONIS.

1 INter neceſſaria hæc Juramenta, primo loco ſe offert JURAMEN-
2 TUM MANIFESTATIONIS, ſeu PATEFACTIONIS; quod heredi vel oc-

occupatori hereditatis, non minus quoque Tutoribus, Curatoribus, aliisque, qui administrationem bonorum in se susceperunt, in defectu solennis inventarii confecti, ipso JURE CIVILI ad petitionem partis adversæ â Judice imponitur, ut res hereditarias, vel etiam alias, occupatas, exhibitâ prævia accuratâ specificatione & descriptione Judici manifestent eamque mediante Juramento corroborent atque confirment, *per l. 5. & 16. ff. de pet. hered. l. 2. C. quando & quib. quarta pars. Bernhard Wurmser lib. I. obs. tit. 26. per tot.* quæ dispositio Juris Civilis etiam 3
in FORO SAXONICO recepta, uti probant Matth. Coler. *de Proc. Exec. p. 1. cap. 2. n. 23.* Wesenb. *p. 1. cons. 3 n. 47. seqq.* Carpz. *p. 3. const. 33. def. 6. n. 7. & def. 7. n. 5.* Hæc necessitas conficiendi Inventarii incumbit uni- 4
cuique ad restitutionem rei alicujus obligato *Id. Carpz. p. 2. const. 42. def. 8. n. 4.* Richter. *p. 1. dec. 58. n. 21.* Matth. Berlich. *p. 1. dec. 160. n. 11. & seqq.* Mev. *p. 6. dec. 59. & 411. & p. 2. dec. 96. n. 2.* Quodsi igitur confectio Jnven- 5
tarii omissa fuerit, ad instantiam ejus, cujus Administrationem Tutor vel alius administrator habuit, in Iudicio alternative pronunciatur, hunc in modum: **Daß Beklagter seines Einwendens ungeachtet / über des Klägers an sich genommenes Vermögen** (vel über die an sich genommene Erbstücken) **ein richtiges** Inventarium **vorzulegen / oder in Mangel desselben ein vollständiges Verzeichniß aller und jeder darzu gehörigen Stücke binnen 14. Tagen bey dem** Iudicio **zu übergeben / und solche Klägern zu Beobachtung seiner Gegen-Nothdurfft** communiciren **zu lassen / auch folgends dieselbe vermittelst Eydes zu bestärcken schuldig / worauff denn ferner in der Sache ergehet / was denen Rechten gemäß ist.** Hæc dispositio Iuris Civilis in specie 7
quoad Tutores, in FORO MAGDEBURGICO per expressum Textum ordinationis Provincialis de anno 1688. cap. 43. §. 11. recepta, in verbis: **Wenn Wäysen und minderjähriger Kinder Eltern nach** 8
GOttes des Allmächtigen Rath / ohne Testament oder andere Versehung absterben / so dann sollen die nähesten Bluts-Freunde / durch die ordentliche Obrigkeit / oder Notarios publicos **und Zeugen / wie sie es am beqvemsten zu seyn erachten / und nicht an ein und andern Orte gewisse Verordnung deshalben verhanden / welcher billig nachgegangen wird / alsbald und ohne Verzug die Verlassenschafft versiegeln / und nach Ablauff des Dreyßigsten mit Zuziehung der verord-**

neten Vormünder/darüber ein Inventarium auffrichten / darinnen alle ihre liegende und fahrende Haab und Güther mit allem Fleiß und in richtiger Ordnung/Inhalts folgender Form verzeichnen lassen / und von solchen Inventario denen Erben auch verordneten Vormün-
9 dern gleichlautende Abschrifft ausstellen; da aber albereits vor der Inventirung Vormünder / durch ein Testament oder sonst verordnet wären / sollen dieselbe das Inventarium durch einen Notarium in Gegenwart zweyer Zeugen / oder wie es jedes Ortes verordnet oder beständig hergebracht ist / auffrichten lassen / bey dessen Fertigung des Verstorbenen hinterlassene Wittwe und Kinder (so des Verstandes seyn) nicht weniger das Hauß-Gesinde beweglich zu ermahnen seyn / nichts zu verschweigen / sondern alles von solcher Verlassenschafft / es sey an Gewinn oder an Schulden / so ihnen wissend ist / getreulich / und wie sie es mit Eydes-Pflichten getrauen zu erhalten / zu offenbahren;
10 Da aber die Freunde oder Vormünder sich hierinnen saumselig erwiesen / hat der Magistrat die Inventirung Amtshalber anzuordnen.
11 & in §. subsequente 12. expresse hæc necessitas conficiendi Inventarii ad hunc casum quoq; extenditur, ubi pater in Testamento suo viduam Tutricem liberorum constituit, eiq; necessitatem conficiendi Inventarii remisit, in verb: Im fall auch ein Vater seiner Frau zur Vormünderin verordnet / und sie des Inventarii erlassen soll / sie nichts destoweniger / in beyseyn zweyer der nächsten Biuts-Freunde / oder anderer ehrlichen Leute / die Verlassenschafft auffzeichnen lassen / und solch Verzeichniß nebst denen gedachten Beyständen unterschreiben und besiegeln / dergleichen auch bey Absterben derer Brüder und Schwestern zu beobachten.
12 Quodsi vero mater vel alius Tutor confectionem legitimi inventarii omiserit in §. subsequente 15. clarus Textus ipsis imponit editionem specificationis juratæ, in verbis: Da aber die Vormünder kein solennes Inventarium auffgerichtet / sollen sie an statt dessen eine Specificationem ausantworten / und solche
13 vermittelst Cörperlichen Eydes beschweren. Poterit ergo heres Tutor Curator, vel alius Administrator, editionem Iuratæ specificatio-
14 nis evadere, si Inventarium solenne & judiciale confici curat. Qua Cautela adhibita multis molestiis & controversiis finita Tutela vel

ad-

administratione ipsi metuendis, obviam ibit. Siquidem pro solenni & 15
legali Inventario præsumtio est, quod decenter, rite ac legitime confectum sit, adeoque contrarium asserens defectum vel vitium indicare & probare tenetur. Carpz. *p. 3. const. 33. def. 10.* Berlich. *p. 2. dec. 160. n. 15.* Heserus *de rationibus reddendis loco 6. n. 203. conf.* Joh. Fuchs *in tract. de Inventario cap. 6. ubi n. 64. 65. seqq.* requisita legalis Inventarii enumerat; wie auch die Magdeb. Policey Ordnung cap. 43. §. 16. ubi Formula conficiendi Inventarii exhibetur.

Sequitur inde, quod non sufficiat, si forte pupillus major factus 16
vel alius quisquam sub finem administrationis contra Inventarium excipere velit, res aliquas in eo omissas esse, sed insimul hanc suam assertationem probare debet: quia pro Inventario tanquam instrumen- 17
to publico tamdiu stat præsumtio donec contrarium probetur per ea, quæ docuit Richter *dec. 59. n. 11.* At qua Cautela utetur heres vel 18
minor, si probationes ordinariæ ipsi non suppetunt, num super omissis in Inventario conscientiam Tutoris vel Administratoris onerare poterit, ut hic jurare tenatur? De Iure Saxonico vix audien- 19
dus erit deferens Iuramentum: cum hæc delatio Iuramenti contra 20
Instrumenta Iudicialia publica, quale etiam est Inventarium, in Iudiciis Saxonicis non concedatur, adeoque sententia Carpzovii in foro hoc Saxonico obtinebit, qui *p. 3. const. 33. def. 8.* cum Berlichio *decis. 160. n. 14.* negativam defendunt; ex ratione, quod in hoc negotio 21
non liceat utrumque petere, sc. legitimum & solenne Inventarium, & deinde etiam juratam specificationem, vel ut heres Inventarium suo Iuramento corroboret. Provocat simul Carpzov. ad observan- 22
tiam Fori Saxonici, quæ Inventarium inter probationes legitimas refert. & saltem in iis casibus vult admittere, ut heres Invantarium lu- 23
ramento corroborare teneatur, quando (1) Inventarium vel 24
vitio visibili laborat, ut pro probatione legitima haberi non possit, de quâ materia agit in def. 9. vel quando (2) confectionem Inventarii ob- 25
signatio vel nulla, vel non justo tempore facta præcessit; quam materiam in def. 10 tractat, vel ubi (3) aliqua suspicio fraudis heredem gravat, in def. 26
11. quam suspicionem tamen exinde oriri non putat, quando heres ex i- 27
gnorantia unam vel alteram rem Inventario inferere non curat: modo non fraudulenter & scienter rem occultaverit, in def. 12. At si verum fa- 28

teri

terilicet, putamus omnia ea, quæ âCarpzovio proferuntur, de Juramento purgatorio vel ſuppletorio quidem indubie procedere; interim ratamen non adimenda poteſtas heredi, ut conficienti Inventarium Juramentum Judiciale ſuper omisſis in Inventario deferre nequeat, quin potius de Jure Communi Civili contrariam affirmativam ex *lege fin.* §. *10. C. de Jure deliberandi* tanquam veriorem probari poſſe putamus, ita enim loquitur Imperator Juſtinianus: *Licentia danda Creditoribus ſeu Legatariis vel fideicommiſſariis, ſi majorem putaverint eſſe ſubſtantiam à defuncto relictam, quam heres in Inventario ſcripſit, quibus voluerint legitimis modis, quod ſuperfluum eſt, probare, vel per Sacramentum illius, ſi aliæ probationes defecerint.* Textum igitur expreſſum habemus, cum quo juxta brocardicum Iuris tuto navigamus; Et inſuper, cum certum ſit quod Iuramentum cedat in locum deficientis probationis, tanquam aliquod ſubſidium, & quod quisque cogatur de ſuâ conſcientia jurare. *perl. 6. §. 4. verſ. ſicuti ff. de His, qui ad Eccleſ. confug.* utique nec Inventarium exhibens ſuper omisſis in Inventario ſibi delatum Iuramentum evadere poterit: veritas enim undique exquirenda, ne heres damnum ſentiat. verba ſunt Imperatoris Iuſtiniani *in d. l. ult. §. 10. C. de Jure deliberandi*; Sentiunt cum nobis alii Dd. Saxonici celeberrimi *Petrus Heigius p. I. qu. 40. n 3.* Andr. Rauchbar. *p. 1. qu. 29. n. 5.* Item B. Brunnemann. *ad d. l. ult. §. 10. n. 40. & 41.* ubi ſimul in n. 46. optime deducit, quod contraria ſententia Dd. huic paragrapho claro non conveniat: quoniam tota illa lex de ſolenni Inventario omnino loquitur, & tamen diſponit, quod ad petitum heredis, vel legatarii, inventarium exhibens ſuper omiſſis jurare teneatur. Et ſane, ſi quis conſideret, quod aliquis nihilominus aliquas res ſupprimere poſſit, licet omnes ſolennitates circa confectionem inventarii adhibuerit: & quod agonizante debitore aut mortuo, antequam Notarius adveniat & obſignet, multa pretioſa interverti poſſint; cum hominum nequitia & avaritia maxima ſit: utique æquitas ſuadet, aliquod medium ſupereſſe debere, per quod illa detegatur & refrenetur, ne heres absque culpa ſuâ damnum incurrat. Deſideravit ſuo tempore piiſſimus Brunneman. *in loco alleg. ſub n 47.* deciſionem Principis; at in FORO MAGDEBURGICO noſtro ſpeciali deciſione non erit opus: tum quod in præfatione der Magdeburgiſchen Policey-Ordn. de anno 1688. Po-

ten-

tentisſimus Legislator expreſſis verbis juſſerit, quod in iis caſibus, qui in hac ipſa ordinatione provinciali expreſſe deciſi non leguntur, recurrendum ſit ad Ius Civile commune, atque ex hoc deciſio petenda 67
adeoque juxta ſæpius allegatum §. 10. l. ult. in Foro noſtro judicandum eſſe minus dubii habet, dum in ipſo Textu der Policey-Ordnung cap. 43. §. 11. hæc verba leguntur: daß bey Auffrichtung des Inventarii des Verſtorbenen hinterlaſſene Wittwe und Kinder / nicht weniger das Haus-Geſinde beweglich zu ermahnen ſeyn / nichts zu verſchweigen / ſondern alles / ſo ihnen von der Verlaſſenſchafft / es ſey zu Gewinn oder an Schulden wiſſend iſt / getreulich und NB. wie ſie es mit Eydes-Pflichten zu erhalten getrauen / zu offenbahren. Interim tamen non promiſcuam licentiam damus here- 68
di, ut poſſit pro lubitu poſſeſſorem vel occupatorem hereditatis, legale Inventarium exhibentem, Iuramenti impoſitione vexare: ſed ad minimum requirimus, ut heres vel alius, qui Iuramentum hoc 69
exigit, omiſſas res ſpecifice denominet, & quæ deſunt, veroſimiliter alleget, neque aliam probationem habeat. Secus enim, ubi nihil ſpe- 70
cifice allegatur, pro inventario ejusque fide non immerito ſtandum, neque adverſario concedendum, ut calumniandi animo Tutorem vel alium adminiſtratorem, qui alias integræ & perſpectæ fidei eſt, ad
jurandum provocet, conf. Mev. *p. 4. dec. 92.* malitiis hominum enim 71
nunquam indulgendum. & cum ipſa *lex ult. §. 16. C. de Jure deliber.* ſal- 72
tem in eum caſum concedat, ut exhibens Inventarium jurare teneatur, ſi aliæ probationes defecerint, certe ad Iuramentum non tam cito pede convolandum: ſed hac in parte multum arbitrio Iudicis tribu- 73
endum erit, qui pro re nata, & cum deprehendit, petitionem juramenti absque omni neceſſitate & ſaltem ad vexationem Adverſarii fieri, petitum vel plane rejicere, vel petentem, ut prius de calumnia vitanda juret per ſententiam condemnare poterit. Quamuis enim re- 74
gulariter is, qui Inventarii vel juratæ ſpecificationis editionem petit, de calumnia jurare non teneatur: ex ratione, quod juramentum hoc 75
ex ipſa neceſſitate legis deferatur, quamvis adverſarius hoc ipſum petat: in Iuramentis legalibus vero de calumnia petentem jurare opus 76
non habere, antea docuimus in *ſect. 3. c. 1. n. 151 ſeqq.* adeoque cum in cauſa 77
Tutelari & rationum reddendarum Actor Andreas Voigt a Tutore

J. G. K. editionem inventarii vel juratæ ſpecificationis peteret, Tutor vero Actorem, ut prius de calumnia juret, condemnari debere, peteret, pronunciavit, cauſa cognita, Iudicium Tutelare civitatis noſtræ, d. 4. Mart. 1701. rejiciendo hoc petitum, daß Herr Implorat ſeines Vorwendens ungeachtet / zu förderſt über ſeines Unmündigen hinterlaſſenes Vermögen ein richtig Inventarium oder in Mangelung deſſen eine eydliche Specification zu ediren / hiernechſt nach ſolchen die Rechnung von Jahren zu Jahren einzurichten / und ſelbige dem Ge-
78 gentheil zur defectirung communiciren zu laſſen pflichtig. Et quamvis Tutor Leuterationem interpoſuiſſet, in ſpecie, propter rejectam petitionem juramenti calumniæ, nihilominus tamen & hæc Leuteratio rejiciebatur ſub dato den 15. Mart. 1701. ratione hac addita: Weil der Kläger ein richtig Inventarium oder in deſſen Ermangelung eine eydliche Specification verlanget / in welchem Suchen ihm die Rechte zuſtatten kommen / als iſt ihm billig im Abſchiede deferiret / und er dieſerhalber noch zur Zeit mit dem Iuramento Speciali nicht zu bele-
79 gen geweſen. Hæc ipſa ſententia confirmata fuit à Regimine Regio Ducatus Magdeburgici, injuncta ſimul Appellanti pœna refuſionis Expenſarum retardati Proceſſus ſub publ. den 17. Sept. 1701.
80 Aliter tamen ſe res habebit, in eo caſu, ubi Inventarium legale exhibetur, & adverſarius ſuper hoc ipſo Inventario diſputat, nullum tamen defectum vel rem aliquam omiſſam ſpecifice nominare vel verosimiliter indicare poteſt; ita ut argumenta iniquitatis poſtulati ad-
81 eſſe videantur. & quod poſtulanti hoc Iuramentum a Iudice impoſitum fuerit, ut prius a calumnia ſe purget, teſtatur Mev. *p. 6. dec. 216. n. 6.* Quæ diſtinctio tanquam bona Cautela notanda erit, ad refrenandam Tutorum vel aliorum Adminiſtratorum malitiam, qui ſæpius ad retardandum proceſſum & vexandum Actorem exactione Iuramenti malitiæ abutuntur.

82 Dum vero in principio hujus poſitionis diximus, quod quilibet, qui adminiſtrationem Rei alienæ habet, vel hereditatem aut alia bona poſſidet, ad petitionem Domini, heredis, vel ejus, cujus intereſt, ad editionem Inventarii vel Iuratæ ſpecificatiopis obligetur, ſimul quoque includimus FRATRES & SORORES, qui bona paterna vel materna, quæ cum reliquis fratribus vel ſororibus communia habent, poſſi-

possident & administrant. *per l. ult. ff. §. 1. & §. Licentia Cod. de Jure deliber. l. 2. C. quando & quib. quarta pars.* ex quibus textibus generalibus bene in- 83
ferunt Dd. Matth. Wesenbec. *p. 1. cons. 3. n. 47. vers. etiamsi sit frater* Hartman. Pistor. *obs. 137. aliique quos allegat* Carpz. *lib. lib. 6. tit. 7. Respons. 65. n. 8. & seqq.* quod cum lex fratres & sorores nullibi excipiat, utique nec nostrum sit, exceptionem sine expressa lege fingere. quin 84
potius lege non distinguente nec nos distinguere debemus. *per l. non distinguemus 32. ff. de offic. præsid.* cui rationi & hæc accedit, quod fratres 85
& sorores, hereditatem occupantes, ad redditionem rationum sint obligatæ: nullæ vero legitimæ rationes perfici possunt, absque In- 86
ventario; quippe quod caput & fundamentum cujusvis administra- 87
tionis est. vid Bartol. *in l. 72. §. 2. ff. de condit. demonstr.* defectus vero 88
Inventarii alio modo suppleri non potest, quam per Iuramentum administrationis *d. l. ult. §. 10. C. de Jure deliber. ibique Bald. & Salicet.* in
IURE SAXONICO NOVISSIMO clara extat decisio Electoralis, quæ 89
in ordine 56. habetur in verb. **Als verordnen und wollen wir hirmit/ daß Brüder und Schwestern/ so wohl als andere/ die sich einer Erbschafft oder anderer Verwaltung anmassen/ und unterfangen/ zu Vorlegung eines beständigen** Inventarii, **oder in Mangel dessen zur Eydlichen** Specification **angehalten werden sollen.** quod ipsum quo- 90
que in FORO nostro MAGDEBURGICO obtinere debet, propter generalitatem Textus **in der Policey-Ordnung** cap. 44. §. 12. in verb. **Wer sich einer Erbschafft einmahl angemasset hat/ dem soll nicht frey** 91
stehen/ sich derselben hernach zu entsagen/ sondern gehalten seyn/ dieselbe/jedoch cum beneficio Inventarii vel juratæ specificationis, **zu vertreten/** atque ita sæpius in Iudiciis Fori nostri, tam inferioribus, 92
quam etiam in summo Iudicio hujus Ducatus, inter fratres & sorores aliosque consanguineos pronunciatum, eosque, qui hereditati se immiscuerunt, ad editionem Inventarii vel juratæ specificationis condemnatos fuisse memini. veluti in causa **Pelauische Geschwister/** con- 93
tra **ihre Schwester Annen Nehringin** in præfectura Calbensi sub publicato d. 3. Septembr. 1703. in verb. **daß Beklagtin über der Mutter verlassene und an sich genommener Mobilien ein richtiges** Inventarium, **oder in dessen Ermangelung eine** Specification **heraus zu geben/ und solche vermittelst Eydes zu bestärcken schuldig/** quæ 94

sententia non obstante Leuteratione confirmata fuit per senten-
95 tiam de publ. d. 21. May. 1704. sic etiam in Præfectura Wettinensi, in causa Tobias und Christian gebrüdere der Friederiche defensorio nomine Ihrer Eheweiber gebohrnen Jänicken / Klägere / contra ihren Schwager David Zacharias Jänicken de publ. d. 27. Augusti 1700. Daß Beklagter ein zurechtbeständig inventarium, oder in Mangel deßelben eidliche specificationes, über des Vaters Christian Jänickens / und deßen Sohnes Christian Wilheilm Jänickens seel. Verlassenschafften / wie nicht weniger / wegen dessen / was Magdalenen Schleevogtin Kinder nach deren Tode verlassen / und Beklagter derer Jänischen Erben Antheil an sich genommen und er sich an-
96 gemaßet / zuediren schuldig. a qua sententia, quamvis Reus ad Curiam provincialem supremam Ducatus Magdeburgici appellando provocaret, nihilominus tamen hæc confirmata fuit, sub publicato d. 13. Novembr. 1700. verb. Daß in erster Instance wohlgesprochen und
97 übel appelliret. & cum Appellans in hoc Iudicio quoque ad Leuterationem progressum fecisset, nihil tamen efficere potuit, sed per sententiam Leuterationis Dominorum ICtorum Erfurtensium sub publ. de 12. Iulii 1701. pronunciatum. Daß die eingewandte Leuterung derer Formalien halber beständig/Materialien aber anlangend/ bleibet es eingewendter Leuterung ungeachtet bey dem am 13. Nov. 1700. publicirten Bescheide billig / auch ist Leuterant. die expensas
98 retardati processus zu restituiren schuldig. Pro Cautela tamen circa hanc doctrinam notandum, quod sicut ea saltem procedit in eo casu, ubi unus, vel etiam plures ex coheredibus, se hereditati immiscuerunt, reliqui coheredes, vero ab hac immixtione abstinuerunt, quo casu hi abstinentes, ab immiscentibus specificationem Iuratam
99 postulare possunt: ita in contrario casu, ubi tam illi, qui Iuratam specificationem postulant, quam etiam ii, a quibus specificatio petitur, sese simul & conjunctim hereditati immiscuerunt, eamque pariter & uniformiter administrarunt juratam specificationem petere non possunt; quia tunc tamquam socii sunt inpari conditione & mutua compensatione censentur se liberasse a rationum redditione, consequenter etiam ab editione Inventarii vel juratæ specificationis, quæ fundamentum rationis redditionis sunt *per l. si ambo socii 10, in princ. ff.*

de

de Compenſat. & ea quæ docuit Maſcard. *de Probat. Vol. 3. concl. 1263. n.* 100
6. & ſeqq. atque ita in terminis ſe obtinuiſſe in cauſa **Wolff Lebzeltens Wittibe** contra D. **Landgraffen** / teſtatur Matth. Berlich. *p. 2. deciſ. 159.* 101
n. 9. ex quo fundamento quoq; coheres, qui cum coherede in communi domo hereditaria habitavit, ab hoc tempore inhabitationis rationem penſionis ſeu locarii prætendere non poteſt, ſed & hoc caſu obligatio ad præſtandum locarium & rationum redditionem de eo, mutua compenſatione inter ipſos coheredes cohabitantes tollitur, uti in Iu- 102
dicio derer **Königl. Preußl. Berg-Gerichte** / in cauſa ſororum **Schnurrin** / contra **Körbitzin** ante aliquot annos pronunciatum memini. Notanter vero diximus, ſi pariter ac uniformiter coheredes bona 103
hereditaria vel ſocietatis adminiſtraverint. Quod ſi enim unus plus, 104
alter vero minus ex hereditate perceperit, & impares ſint adminiſtrationes: tunc ex impari actu rationum remiſſio non præſumitur, 105
per ea quæ docuit Paul de Caſtro *p. 2. conſ. 126.* adeoque cum quili- 106
bet villicationis ſuæ rationem reddere teneatur, quatenus quisque ad ſe recepit & adminiſtravit, utique & ſuper acceptis in defectu Inventarii ſolennis jurare obligatus erit, per ea quæ conſuluit Angel. *conſ. 285. col. 6. verſ. & ſi inter dilectos* Berous *Vol. 1. conſ. 191. n. 34.* caſus ta- 107
lis vertebatur in Iudicio civitatis noſtræ, **der Königl. Preußiſchen Berg-Gerichte** / **in der Tendleriſchen Erbſchaffts-Sache** / ubi cohedes, **Maria Heinnin** / **und Chriſtoph Große** / **nechſt ſeiner Ehefrauen** ambæ hereditatem inter ſe extrajudicialiter diviſerant, & res hereditarias ad ſe receperant, poſtmodum vero cum Creditores defuncti ſe moverent, & una coheres, **die Heinin** / de inæqualitate diviſionis exciperet, & quod alter coheres, **Große** / longe plures res hereditarias ad ſe recepiſſet, probabiliter allegaret, cauſa cognita utrique coheredi editio juratæ ſpecificationis injuncta fuit, per ſententiam de publ. **den 23. Aprill. 1702.** in verb: **daß Beyde Theile ihre** ad Acta ultro citroque **eingereichte** ſpecificationes, **weil zumahln einige** Creditores **bey dieſer Erbſchafft intereſſiret / Eydlich zu beſtärcken verbunden.**

De Matre, an & hæc in defectu ſolennis & legalis inventarii ex- 108
hibitam a ſe in Iudicio ſpecificationem privatam, ſuper hereditate defuncti Mariti, Iuramento ſuo confirmare teneatur? acris inter Dd. quæſtio olim fuit.

109 Affirmativam propugnaverunt ex Iure Civili, Baldus *in l. cum oportet 6. §. ult. de bonis quæ liber. n. 3.* nec non Arius Pinellus *in leg. 1. part. 2. de bonis maternis n. 28. pag m. 147.* & Alex. *lib. 3. conſ. 110.* Mev. *ad Jus Lubec. 2. tit. 2. art. 21. n. 10. ſeqq. & art. 27. n. 59. in addit.* Carpzov. *lib. 6. Reſp. Elect. 69. n. 16. ſeqq.* Contra negativam ſequuntur Sigm. Finckelthaus.
110 *obſ. 76. n. 18. ſeqq.* & B. Brunnemann. *ad l. 16. ff. de Jurejurand. n. 8.* qui ta-
111 men *in conſ. 48. n. 30.* Pinelli & Carpzovii opinionem veriorem eſſe
112 ſcribit. Rationes quæ tam pro affirmativa, quam pro negativa proferuntur, congeſſit Finckelthaus *d. l.* Carpz. *d. Reſp. 69. n. 16. & ſeqq.* & novisſime D. Johan Philippi *ad deciſionem Elect. noviſſimam 21. obſerv. 4. per tot.*
113 ad quos Autores B. L. remittimus. Placet nobis ſententia Baldi, *qui in l. ſi quis preces 8. §. in illo C. de ſecund. nupt. n. 1.* & Signorolli Hondodæi, *qui in conſ. 76. col. ult.* monent, quod ſemper reſpiciendum ſit ad hoc, an mater hereditatem alieno nomine, liberorum ſcilicet ad-
114 miniſtret, puta, quod ipſa Tutelam liberorum ſuſcepit. Et in hoc caſu, cum neq; uſus fructus matri in bonis liberorum competat, neque ipſi talis poteſtas in liberos competat, qualis Patri, ſecundum diſpoſitio-
115 nem Iuris Civilis attribuitur, quamvis omnino liberi reverentiam natu-
116 ralem ipſi debeant: hæc ipſa vero reverentia naturalis non impediet, quo minus Mater Tutrix ad rationes geſtæ adminiſtrationis Tutelaris
117 liberis reddendas teneatur, utique intrepide aſſerendum, quod omnino mater liberorum Tutrix etiam ad confectionem Inventarii obligata ſit, & ſi hanc ipſam omiſit, bona liberorum conſignare, eamque
118 conſignationem, mediante Iuramento confirmare opus habeat: Siquidem quilibet Tutor ad reddendas rationes, adeoque etiam ad confectionem Inventarii vel editionem juratæ ſpecificationis tam commu-
120 ni Iure, quam provinciali adſtringitur. Quod multo magis procedit in matre ad ſecundas nuptias tranſiente, atque in hoc caſu viduas indiſtincte ad editionem ſpecificationis & præſtationem Iuramenti ſuper ejus confirmatione a Iudicio Tutelari Civitatis noſtræ condemnatas fuiſſe, innumera præjudicia teſtantur. veluti in cauſa der Baſtinelleriſchen Kinder Vormünder contra die Köppelin / Hoffmanns Kinder Vormunds contra Johnsdorffin / aliaque complurima, ut in hac parte durante mea Praxi nullius excepti caſus meminerim

121 In Jure Saxonico per *conſtitutionem Electoralem 33. p. 3. §.* damit aber. Affir-

Affirmativa ſententia approbata; quæ eo clarius reddita & renovata 122
per deciſionem Elect. noviſſimam 21. in verb. Die Mutter aber davon keines weges zu befreyen / dahin denn auch unſere Conſtitutio 33. p. 3. zielet und erfodert / daß die Frau ohne Unterſcheid ein Inventarium vorlegen oder in Mangel deßen vermittelſt eines Eydes / was ſich in der Erbſchafft befunden / anzeigen ſolle ꝛc. In Foro noſtro Mag- 123
DEBVRGICO cap. 43. §. 12. Der Magdeb. Policey Ordnung præcipitur, quod vidua in Teſtamento Mariti Tutrix liberorum facta, nihilominus in præſentia agnatorum defuncti vel aliorum Teſtium fide dignorum, ſuper hereditate defuncti conſignationem ipſa cum agnatis vel aliis Teſtibus ad hunc actum adhibitis conficere eamq; cum ipſis ſubſcribere & ſubſignare teneatur. & in §. 14. etiam in eo caſu, ubi maritus 124
mulierem Tutricem liberorum in Teſtamento conſtituit, & expreſſe prohibuit, neſuper ipſius hereditate Inventarium conficiatur, nihilominus præcipitur, daß die Wittbe u. Bluts Freunde verſiegeln / und hernach entweder vor ſich da die Kinder ingeſampt unmündige / oder da nur einige unmündig / in derer andern mündigen Gegenwart eine richtige deſignation auffrichten und dieſelbe bey der Obrigkeit verſchloſſen hinterlegen ſollen / biß die Unmündige zu ihren Mannbahren Jahren kommen. Cautelam ergo meliorem viduæ ſubminiſtrare non 125
poſſumus, quam hanc ipſam, quam generaliter cuivis adminiſtratori in principio hujus poſitionis dedimus; ſcilicet, ut in continenti vigilet, quo in ipſo Mortis articulo Viri, non ſolum omnia mobilia hæreditaria a defuncto derelicta, a Magiſtratu ejusque Deputatis obſignentur, & deinde autoritate publica in præſentia cognatorum & Deputatorum Senatus, vel per Notarium Judicii, vel per alium Notarium Cæſareum publicum, factâ recognitione & reſignatione Sigillorum antea impreſſorum, in Inventarium redigantur, hocque confectum Inventarium in duplo expediatur, cujus unum exemplar Vidua retinere, alterum vero ut ad Acta Judicialia, vel in Civitate noſtra in Judicio Tutelari, bey dem Vormundſchaffts-Ambte reponatur & cuſtodiatur, petere poterit: hâc Cautela adhibita omnes moleſtias circa adminiſtrationem Tutelarem & in fine Adminiſtrationis, 126
præſtationem Iuramenti tuto præcavebit: ubi e contrario in eo caſu, 127
ubi ſolum privatam deſignationem, quamvis in præſentia agnatorum

fe-

fecit, facillimo negotio offendere, adeoque multis contradictionibus, quod vel Justo tempore obsignatio & resignatio non facta, neque omnia in Inventario posita fuerint, sese exponet, â quibus tamen fides Iudicialis publica adhibita ipsam liberare facile posset.

128 Hæc tamen Cautela proderit viduæ, aliique Tutori, ut non opus habeant confectione Inventarii, quando ipse defunctus bona sua, proxime ante mortem suam, suapte manu specifice designavit, & sub
129 expresso dato reposuit. per text. express. der Policey Ordnung dict. cap. 43. §. 14. in fine verb. Es wäre denn / daß der Verstorbene vor seinem Absterben selbst eine specification seiner Verlaßenschafft gefertiget/ und solche nicht lange vor seinem Tode datiret / unter seiner ei-
130 genen Hand hinterlaßen/ solches fallß ist derselben nachzugehen/ und vorgedachte designation zumachen unnöthig. Quæ ipsa dispositio in Iure Civili communi quoque fundata est, uti ostendit Brunnemann *ad l. 7. ff. de administrat. Tutel.* conf. Mevius *p. 4. decis. 8.* qui simul de-
131 claration habet. & quamvis non negemus, confectionem Inventa-
132 rii publicam sua commoda hacere; interim tamen negare non possumus, quod aliquando durum sit honesto Viro, ut præcise compellatur ad publicationem sive manifestationem rerum familiarium, per quam vel paupertatis vilitatem detegere cogitur, vel invidiæ exponere divitias, uti dicitur *in l. 2. vers. quid enim Cod. quando & quib. quarta pars & in l. 7. C. de alim. pupillo præstandis.* & quæ ad easd. notavit Brunne-
133 mann. Quare & ipso Carpzovio teste *p. 3. const. 33. def. 18. n. 7.* ipsa Inventarii confectio defuncto & alii, de cujus bonis conficitur, probrosa videtur, ita ut ad ejus editionem, non nisi ex gravissima causa deveniendum & omnem prius lapidem pro conservanda existimatione defuncti movendum esse, adeoque consignationi Patris, cujus amor erga liberos, omnes effectus vincere, præsumitur, credendum esse, non immerito quis affirmabit.

134 De Patre naturali & legitimo adhuc quæritur, an & hic in casu deficientis Inventarii super bonis liberorum specificationem edere,
135 eamque juramento suo confirmare teneatur? Doctores pro & con-
136 tra disputant, quæ disputatio tamen in FORO SAXONICO sublata est per dictam decisionem Electoralem novissimam 21. Joh. Georgii II. in verb. So haben doch andere Rechts-Lehrer mit bessern Grunde erhär-

härtet / daß allein der Vater mit der Eydlichen Specification zu verschonen bey welcher letztern Meynung wir es allerdings bewenden lassen / mit gnädigsten Befehl / daß die Juristen Facultäten Schöppenstühle und andere Gerichte unserer Lande sich darnach achten nnd erkennen sollen. In foro igitur hoc Saxonico pater bona liberorum 137
administrans, ipso Iure excusatur, quominus rationes mediante Inventario solenni vel specificatione jurata reddere teneatur, sed libe- 138
ri contenti esse debent, si pater talem designationem ipsis exhibeat, in qua bona liberorum materna, vel aliunde provenientia tam mobilia, quam etiam immobilia, in quali & quanto specifice descripta leguntur. Atque in hunc modum etiam ante tempus editæ novæ de- 139
cisionis jamdum pronunciasse Facultatem Iuridicam Lipsiensem anno 1632. d. 20. Iulii an Gerichts-Vogt zu Naumburg testatur Sigism. Finckelthaus *obs. 76. n. 15.* Daß Bekl. nach Gelegenheit dieses falls / Klägerin / als seiner leiblichen Tochter ein solenne Inventarium der Mütterlichen Verlassenschafft vorzulegen / oder in dessen Ermangelung / solche vermittest Eydes zu specificiren nicht verbunden / sondern bey einen solchen Verzeichnis / darinnen diese Verlassenschafft vollständig an beweglichen und unbewegl. Gütern von ihm auffgeschrieben / billig zulassen / und nach demselben Klägerin ihres Muttertheils zubefriedigen und abzufinden V. R. W.

De IVRE CIVILI communi, cum Pater usumfructum habe- 140
at in bonis liberorum, in sacris *h. e.* in potestate ipsius patris constitutorum, maternis & aliunde, quam a Patre provenientibus, vsque ad vitam, sola proprietate liberis manente, secundum *l. 6. C. de Bonis quæ liberis* negativam defendi posse putamus, moti per textum, qui habetur *in l. 8. §. 4. C. de bonis quæ liber. ubi hæc verba leguntur: Paterna reverentia eum excusante, & a ratiociniis, & a cautionibus, & ab aliis omnibus, quæ ab usufructuariis extraneis exiguntur.* Bene enim procedere posse putamus ar- 141
gumentationem a ratiociniis ad inventarium, negative, ut is qui ad rationes administrationis reddendas, tanquam consequens, non est obligatus, nec ad exhibendum Inventarium tanquam antecedens teneatur: & 142
cum jurata specificatio indubie in locum inventarii cedat, ejusq; naturam jure surrogationis sapiat, secundum ea, quæ docuit Bald. *in l. 30. C. de Episc. & Cleric, n. 7. & in Auth. causa quæ C. eod. n. 8. v. & ideo isto casu non tenetur.*

143 utique largiamur oportet, nec ad Iuratam ſpecificationem edendam patrem obligatum eſſe.

144 Hanc opinionem negativam veriorem, atque IVRE CAMERALI Imperii Romani approbatam, ac ſecundum eam in cauſa Iohannis **Dreyers** contra **Schmiedin** anno 1548 judicatum fuiſſe teſtatur Mynſinger *cent. 2. obſ. 93. n. 2. & 3.* Cui conſentit *Speculator. lib. 2. p. 3. tit. de Inſtrum. edit. §. ult. ſub fin. in addit. ult. verſ. an pater tenetur. cui add.* Hering. *de fidejuſſorib. cap. 6. n. 7. 8.* & Carpz. *p. 2. conſt. 10. def. 9.*

145 In DUCATU noſtro MAGDEBURGICO Conſtitutionem vel deciſionem ſpecialem hoc in caſu non habemus, opinionem negativam vero, quod ſcilicet pater liberis, in poteſtate ejus adhuc conſtitutis, ad editionem Inventarii vel juratæ ſpecificationis non ſit obligatus, olim uſu obſervatam, & ſecundum deciſionem Iuris Saxo-
146 nici 21 pronunciatum fuiſſe, teſtatur præjudicium Dnn. Scabinorum Hallenſium, anno 1663. menſe Auguſto, in cauſa **George Montags zu Gerbſtädt**/ ad ejus conſultationem datum, hisce verbis. **Dieweil Kinder** ob reverentiam paternam **von dem Vater** dergleichen **eydliche** Specification **nicht begehren können**/ **ſo hat euer Weib an einer beglaubten** Specification **oder ausführlichen Verzeichniß aller von ihrer Mutter verlaſſenen Güter**/ **ohne Eyd ſich begnügen zu laßen.**

147 Pro Cautela vero tenendum, quod in eo caſu, ubi filius vel fi-
148 lia patriam poteſtatem exceſſerunt (id quuod ſecundum mores hodiernos, per contractas liberorum nuptias & inſtitutionem œconomiæ & habitationis ſeparatæ fieri ſolet, uti oſtendit Carpz. *p. 2. conſt. 10. def. 1.* & de communi conſuetudine Europæ teſtatur Heinricus Giſebertus *in Iuſtiniano Harmonico ad tit. Inſt. quib. mod. patria pot. ſolvit.*
149 *n. 235.*) Pater omnino ad editionem Inventarii vel juratæ ſpecifica-
150 tionis ſuper bonis filii maternis, aliisque adventitiis teneatur, quoniam tunc in filio filiaque tacite emancipata, ceſſat uſus fructus, &
151 Pater eſt nudus adminiſtrator. Inſuper in ſtatutis plerorumque locorum cavetur, ut mortua Uxore, pater, ad ſecunda vota præſertim tranſiens, bona defunctæ uxoris cum liberis prioris matrimonii di-
152 videre teneatur, quale ſtatutum habetur LUBECÆ uti teſtatur Mev. *ad Jus Lubec. lib. 2. art. 2. tit. 2. & 29. n. 8. ſeqq.* Item WISMARIÆ *art. 73.* add.

de

de ſtatuto LUNÆBURGENSI Hartwig a Daſſel *ad d. ſtatut. art. I. n. 26.* & Cruſius *ad Jus ſtatutarium* MINDENSE *lib. 2. tit. 2. deciſ. 2.* de MARCHIA BRANDENBURGENSI Schepliz *ad Conſuet. Brandenburg. ad §. 2. tit. 2. part. 3.* de AUSTRIA *Idem Daſſel, ad Ius Lunæburg. §. 5. n. 14.* de THURINGIA Modeſt. Piſtor. *p. 4. q. 164.* de BREMA. *Idem Piſtor. Vol. 2. conſ. in princ. de* HAMBURGO *ſtatut. Hamb. lib. 3. c. 3. art 3. tit. 4.* 153
inſuper in plerisque locis neque viduum neque viduam ad nuptiarum celebrationem & benedictionem ſacerdotalem ante factam hanc diviſionem admitti teſtatur experientia. de qua vid. Mev. *p. 2. dec. 336. per tot.* hæc diviſio vero ſine inventario vel ſpecificatione certa 154
commode fieri non poterit, adeoque ſi ſpecificatio privata a Patre exhibita in dubium vocetur, hanc ipſam Iuramento ipſius confirmandam eſſe docuit Bald. *in l. ſi ſuperſtite 5. C. de dolo malo n. 1. in verb. ſecundo nota, quod quando Pater. & in l. 18. n. 19. verſ. ſoluto C. familiæ erciſcundæ.* vide latius hæc tractantem Andr. Rauchbar. *p. 1. qnæſt. 30. n. 33. &* 155
ſeqq. & quamvis diſtinctionem inter liberos emancipatos & adhuc in 156
patria poteſtate conſtitutos agnoſcere noluerit Finckelth. *d. obſ. 76.* ex ratione, quod reverentia liberorum, propter quam pater ſecun- 157
dum textum *l. 8. §. 4. C. de bonis quæ liber.* ad rationes non tenetur, etiam in liberis emancipatis duret. Putamus tamen in *d. l.* non tam 158
de reverentia naturali, ſed potiſſimum de reverentia in ſenſu civili conſiderata, quæ certos effectus ex diſpoſitione Iuris Civilis profluentes habet, inter quos præcipuus, patria poteſtas eſt, ſermonem eſſe: quamvis igitur lubentiſſime concedamus, emancipatos quoque 159
liberos, ſecundum legem divinam & naturalem, Patri reverentiam, pietatem & obedientiam nihilominus debere, ea tamen naturalis pie- 160
tas & reventia non impedit liberos, quo minus Ius ſuum, mediis legitimis, in Iudicio, etiam contra patrem proſequi, & bona ipſorum propria repetere poſſint: præſertim a patre binubo ſeu ad ſecunda 161
vota tranſeunte. quamvis enim Iura multum pro patre præſumant 162
& confidant, quod ipſe utilitati & commodo liberorum optime proſpiciat *per l. cum furioſus 7. ibi: Quis enim talis affectus C. de Curat. furioſ. l. 67. §. 1. ff. de ritu nupt.* & affectionis parentum ratio omnem fraudis 163
ſuſpicionem amovere videatur. *per l. nonſolum 67. §. 1. ff. de Ritu Nupt. l. 2. C. qui & adverſ. quos. in integr. non poſſ.* Cum vero vix fieri poſſit, ut ubi 164

ubi ad præſtationem Iuramenti ſuper exhibita ſpecificatione patris res devenit, ſiniſtra ſuſpicio in patrem non devolvatur, quod non
165 omnia fideliter conſignaverit. Nihilominus tamen quotidiana experientia teſtatur, etiam parentis optimi animum & affectionem erga liberos prioris matrimonii vel maxime tunc obnoxium eſſe mutatio-
166 ni, quando ad ſecunda vota tranſitum facit, ubi communiter veritas proverbii effectum ſortitur: **Daß wo die Kinder erſt eine Stieffmut-**
167 **ter bekommen / der Stieffvater auch balde nachfolget.** Sicut igitur
168 omnis præſumtio veritati cedit: quia veritas prævalet præſumtioni
169 *per l. 57. ff. de Iure dot. & l. fin. in princ. ff. quodmet cauſa* & ipſæ quoque leges Civiles in caſu ſecundarum nuptiarum a Patre contractarum, vim præſumtionis pro patre militantis valde imminui con-
170 cedant, & ſecundæ nuptiæ patris animum alterare ſoleant. *per l. 4. ff. de*
171 *inoff. teſt.* & ea quæ docuit Mevius *ad Jus Lubec. p. 2. tit. 2 art. 21. n. 13.* Siquidem novercalibus perſuaſionibus & delinimentis fieri ſolet, ut Patres quandoque ſic infatuentur, quo malignum contra ſangvinem ſuum
172 ferant judicium. *per l. 10. verſ. quemadm. C. de ſecund. nupt.* Hæc ipſa ratio movit Legislatores ut patrem binubum non ſolum ad editionem Inventarii, ſed etiam ad rationes reddendas, quoad ipſas res & ſubſtantiam bonorum filii obligaverint, per ea, quæ docuit Pinell. *de bon.*
173 *matern. ad leg. 1. p. 2. n. 27. 28.* & obligantur Patris bona tacita Hypotheca liberis prioris matrimonii, pro iis quæ reſervare ipſis tenetur. Id. Fuchs. *d. l. n. 31.* Mev. *ad Jus Lubec. p. 2. tit. 2. art. 21. n. 13.* Paul. Chriſtinæus
174 *Vol. 1. deciſ. Belgic. 101. n. 5. ſeqq.* Gœdd. *Vol. 1. Conſ. Marp. 27. n. 175.* de fructibus durante patria poteſtate perceptis vero rationem reddere non tenetur, cum hi usque ad tempus factæ emancipationis pleno jure ad Patrem pertineant. *per l. 6. §. 2. C. de bon. quæ liber.* Pinell. *d. l.*
175 *n. 27.* nulla igitur cauſa ſufficiens aderit, quæ ſecundum Ius ſtrictum *ex l. 2. C. quando & quib. quarta pars. & textus generales* antea allegatos patrem binubum excuſet, ut in defectu Legalis Inventarii de bonis maternis liberorum ſpecificam deſignationem edere, eamque Iura-
176 mento ſuo confirmare non teneatur. E contrario indubitati Iuris eſt, quod jurata hæc deſignatio in locum non exiſtentis inventarii ſuccedat, ſine quo de viribus bonorum maternorum conſtare non poteſt;
177 & quod quilibet Tutor ad alterutrum edendum obligatus ſit. *per l. 7. ff.*

de

de administrat. Tut. Anton. Faber in Cod. l. 5. tit. 25. def. 1. n. 5. Montan. de Tutel. cap. 32. reg. 5. n. 18. Coler. *de Proc. Exec. p. 2. c. 3. n. 401.* Rauchbar. *p. 1. quæst. 29. n. 7. & quæst. 30. n. 33.* Georg. Beatus *in sententiis p. 2. de Testam. tit. 11. de Inventario. cap. 3. pag. m. 226. & 227.* Fuchs *de Inventario cap. 9. n. 30.*

Pro hac sententia præjudicia habui in Iudicio der Königl. Preuß. 178
Berg-Gerichte zu Halle in causa Patris Joh. George Vogts / contra
seine Tochter / Annen Reginen Vogtin / quæ ad divisionem mater-
norum bonorum excipiendo provocaverat, & editionem juratæ spe-
cificationis a patre petierat, pronunciatum itaque d. 20. Iulii 1689. 179
Daß Kläger über den gantzen Nachlaß seiner verstorbenen Frauen ein
Inventarium oder in deßen Ermangelung ein richtiges Verzeichnüs
zu ediren / und solches eydlich zubestärcken schuldig & in causa filiæ 180
Annen Magdalenen Bergerin / contra Patrem George Deschelba-
chen ad divisionem bonorum maternorum agentis, in eodem Iudicio
pronunciatum d. 22. Dec. 1704. Weil Klägerin mit der Specification
fol. 2. nicht zufrieden / so ist Bekl. über ihrer Mutter als seiner ver-
storbenen Frauen Verlaßenschafft / ein legalisches Inventarium oder in
deßen Ermangelung eine eydliche Specification heraus zugeben ver-
bundrn. Quæ sententia non obstante Leuteratione interposita con- 182
firmata fuit, per sententiam Leuterationis de publ. d. 15. Ianuarii 1705.
In illo tamen non refragabimur, quod Iudex vel maxime ex æquitate 183
eo allaborare debeat, liberos adhortando, ne nimis acerbi & tenaces
sint circa exactionem realis præstationis Iuramenti erga Parentes, sed
potius de Iure suo aliquid remittant, & promissioni parentum, sub fi-
de Iuramenti factæ credant, præsertim ubi in continenti unam vel
alteram rem probabiliter nominare & demonstrare non possunt, quæ
in specificatione exhibita omissa esset. Melius certe hoc casu sibi con- 184
sulent liberi, remittendo Patri Iuramentum, cujus frivola & nimis
rigorosa exactio reverentiam & pietatem naturalem patri debitam læ-
dere facillime poterit. Atque hâc ipsa Cautela adhibita laudabiliter 185
consuluit Præ-Nobilissimus Dn. Iudex utrique parti in utraque causa,
patresque cum filiabus in concordiam posuit.

Quæ de necessitate jurandi hactenus de Patre docuimus, mul- 186
to magis procedunt in eo Patre, qui bona liberorum dilapidare depre-
henditur, & cum per versis hominibus conversatur; per ea quæ docuit

Mynſinger *cent. 2. obſ. 93. n. 6.* Brunnem. *ad l. 16. ff. de Jurejur.* Finckelth.
187 *d. obſ. n. 16.* Berlich. *dec. 160. n. 32. Carpz. lib. 6. Reſp. 69. n. 13.* Non minus quoque in VITRICO & NOVERCA *Mev. ad Jus Lubec. lib. 2. tit. art. 28. in*
188 *addit. ad n. 18.* Brunneman. *ad d. l. 16. ff. de Iurejurand.* Cautelam igitur hanc adhibeat Vitricus, viduam ducens, ut ante nuptias, præſente Notario vel alia perſona judiciali autoritate ablegata, inventarium con-
ficiat, & ſecundum illud cum liberis prioris matrimonii hereditatem
189 anteceſſoris in matrimonio dividat: & tunc ultra hoc Inventarium liberis prioris matrimonii reſpondere vel jurare non habebit opus:
190 ſimilem quoque cautelam adhibeat Noverca viduo nubens, qui e priori matrimonio liberos habet. Sed nolumus circa hanc materi-
am prolixiores eſſe, quinam teneantur juratam ſpecificationem ede-
191 re, ſed pro Cautela inculcamus, quod omnis, qui ad editionem Inventarii obligatus eſt, ſedulo invigilet, ne hujus confectionem omittat, ſecus omiſſionis pœnam indubiam habebit, ut vel bona litigioſa ipſe deſignare, & rationes adminiſtrationis reddere, vel adverſarium ad Iuramentum in litem admittere teneatur: utrumque moleſtias ipſi conciliare poterit, adeoque tutius erit in principio vigilare, quam
192 vulnerata cauſa remedium quærere. An Maritus quoque Uxoris defunctæ heredibus ad editionem Inventarii vel juratæ ſpecificationis teneatur, non immerito disquiritur? Negativam defendit Mev. *ad*
193 *Jus Lubec. lib. 2. tit. 2. art. 12. in addit. ad n. 176.* ex ratione, quod omnia, quæ in mariti domo reperiuntur ejus eſſe præſumantur per tradita Heig. *p. 1. q. 30. n. 14.* Richter *de Succeſſ. ab inteſt. pag. m. 234.* Quæ præ-
194 ſumptio rejicit onus probandi in adverſarium petentem. Quamvis
195 vero Sententia Mevii ſecundum Jus Lubecenſe procedere poſſit, in Judiciis tamen noſtris, ubi maritus bona uxoris ab inteſtato defunctæ mobilia & dotem lucratur, de iis quidem Inventarium ex-
196 hibere & jurare non habebit opus: interim tamen cum defunctæ uxoris parentibus legitimam ſecundum diſpoſitionem der Magdebl. Policey-Ordnung cap. 44. §. 37. in eo caſu, ubi immobilia vel nulla adſunt, vel non ſufficiunt, ad capeſſendam tertiam hereditatis legitimæ portionis ex bonis mobilibus uxoris, dare vel ſupplere teneatur, utique ad conſtituendam hanc legitimam portionem parentum,
197 exhibitione Inventarii vel jurata ſpecificatione habebit opus. Quæ ne-

ces-

ceſſitas tamen in eo caſu ipſi non incumbit, ubi uxor ſaltem heredes collaterales relinquit, quibus legitima ex Iure noſtro Provinciali non debetur. Circa immobilia facilis erit ſpecificatio, cum in oculos incurrant, & 198
cum marito etiam ex his dimidia pars debeatur, alterius dimidiæ quantitatem ipſi heredes uxoris facillimo negotio invenient. Textus circa 199
ſucceſſionem mariti in cap. 44. §. 37. der Magdeb. Policey Ordnung hic eſt: Wenn das Weib ohne Kinder verſtirbet / ſo hat ſie auff den Ehemann verfället alle ihre mobilia, worunter auch die Mitgifft zuverſtehen / wenn er ſolche an fahrenden und nicht liegenden Gründen überkommen; Ingleichen die außenſtehenden Schulden und Erb-Gelder / wenn dieſe / zur Zeit der Frauen Abſterben betagt geweſen. Ferner die auff denen nachgelaßenen Aeckern erwachſene Früchte / wie auch die Einſaat auff dem Felde / ſo viel die Egde zur Zeit des Todesfalls beſtrichen / und den halben Theil aller immobilium, doch iſt er von denen mobilien der Verſtorbenen noch lebenden Eltern / nicht aber denen Geſchwiſtern / die legitimam, ſo in den dritten Theile der Verlaßenſchafft beſtehet / wenn ſie dieſelbe aus denen unbeweglichen Gütern nicht haben können / und wann / wie obgedacht keine Töchter verhanden / des Weibs Mutter oder andern nächſten Nifteln die Gerade auff Maße wie hernach gedacht werden ſoll / abfolgen zu laßen ſchuldig. Quod etiam in Civitate Hallenſi invaluit, per text. der 200
Regiments-Ordn. de ao. 1678. art 49. §. 3. Wenn das Weib verſtirbet / ſo lucriret der Mann derſelben Mobilien, und wird den Kindern mehr nicht / denn legitima davon abgeſtattet / wenn keine immobilia verhanden / und wenn die Frau keine Tochter hinterläßet / ſo ererbet der Mann noch dazu des Weibes Gerade / welche an wenigen Stücken des Weibes nächſte Niffel bekömt. Sic nec maritus in Civitate 201
Hallenſi defunctæ Uxoris proximæ cognatæ ad editionem inventarii vel juratam ſpecificationem ſuper rebus Uxoris Geradicis obligatur: cum ſecundum ſtatutum Civitatis, quod renovatum in der Neuen 202
Regiments Ordnung de ao. 1687. Maritus Geradica bona Uxoris, absque filiabus defunctæ, Pleno Iure lucretur, & ſaltem certas aliquas ſpecies uxoris cognatæ dare obligatus ſit, text der Regiments- 303
Ordnung art. 50. §. 3. ita ſonat: Stirbet die Frau vor dem Manne / und läßet unberathne Töchter / ſo ſoll der Mann denen Töchtern die

Ge-

Gerade zu Nutz kehren / so er bestens kan und mag / ist da aber keine Tochter / so soll der Mann der todten Frau nechsten Gespinnen geben / der todten Frau beste baare Kleider / und ein Bette das sie gelassen hatte / mit zweyen Küßen und ein paar Leilachen und eine Decke / was denn mehr Geräths und Ingethums ist / das soll der
204 Mann behalten. In illis locis vero ubi Maritus illata & utensilia uxoris pleno Iure non lucratur, sed ea cum defunctæ uxoris heredibus dividere opus habet, optima Cautela ad evitandas molestias Inventarii vel juratæ specificationis erit pro marito, quando per testamentum reciprocum uterque conjux conjugem superstitem heredem
205 instituit, relictis saltem certis legatis pro heredibus cognatis. Parentibus vero defunctæ hæc Cautela proficua erit, quando super dote, in numerata pecunia consistente, & reliquis utensilibus Kisten / Kasten Leinengeräthe und was sie sonsten der Tochter mitgeben / specificam consignationem conficiunt, eamque a sponso vel ante, vel statim post celebratas nuptias, subscribi, atque in ea de receptione a se facta, quietationem fieri curant, hancque consignationem ad se recipiunt atque custodiunt, tunc enim bona illata & utensilia fa-
206 cillimo negotio demonstrare & probare poterunt. Conferatur hic Fuchs *de Inventario cap. 3.* ubi prolixius agit de iis personis, quæ ad Inventarii confectionem obligati sunt. Cui adjungatur Mevius *p. 6. dec.*
207 *32. & 180.* ubi de Vidua, quæ Iure retentionis in bonis defuncti mariti utitur, ex professo agit, eique editionem Inventarii vel Iuratæ specificationis injungit.
208 Generum quoque in cujus ædibus socrus decesserat, ad conficiendum Inventarium vel exhibitionem juratæ specificationis condemnatnm fuisse, testatur, Richter. *dec. 58. n. 6.*
209 De servis & ancillis, quæ in familia defuncti tempore mortis fuerunt, disponitur in *leg. ult. §. 10. C. de Iure de liber.* Quod creditoribus & Legatariis licentia detur, per tormenta servorum hereditariorum, si aliæ probationes ipsis deficiunt, in substantiam hereditatis inquirere.
210 Quod repetitum in *Nov. 1. cap. 2.* Quamvis vero hodiernis moribus, abrogatâ inter
211 Christianos servitute antiqua durissima, examen per torturam contra famulos vel ancillas defuncti, mercede certa conductos, non obtineat: hoc ipsum tamen certum & indubium est, quod ad petitionem he-
212 redis vel alius cujus interest, res hereditarias mediante Juramento indica-

dicare, atque ſimul Iuramento ſe purgare teneantur: **Daß ſie weder ſelbſt noch durch andere etwas aus des verſtorbenen Hauſe gebracht/ oder an ſich genommen haben/** *per l. 6. §. 4. verſ. ſicubi diſpoſitæ C. de his qui. ad Eccleſ.* & ea quæ habet Berlich. *p. 1. concl. 81. n. 75, & ſeqq. & dec. 160. n. 1. ſeqq.* Weſenbec. *conſ. 253. n. 75.* cui addatur textus **der Magdeb. Policey Ordnung** antea allegatus ex cap. 43. §. 11. in verb. **nicht weniger das Hausgeſinde beweglich zu ermahnen ſeyn/ nichts zu verſchweigen/ ſondern alles/ ſo ihnen von der Verlaſſenſchafft/ es ſey zu Gewinn oder an Schulden wiſſend iſt/ getreulich/ und wie ſie es mit Eydes-Pflichten zu erhalten getrauen/ zu offenbahren.** 213

De herede ejus, qui hereditatem aliquam occupavit, acriter inter Dd. diſputatur, an ſuper hereditate ab ipſo defuncto occupata deſignationem vel ſpecificationem, poſt mortem ejus edere & ſuo Iuramento confirmare teneatur? Negativam ex profeſſo defendit Carpzov. *p. 3. conſt. 33. def. 14. & lib. 6. Tit. 7. Reſp. 66.* ex ratione, quod hetes juſtam ignorantiæ cauſam habeat, adeoq; actor hereditatem liquidare & probare teneatur. Cum Carpzovio ſentit Hartm. Piſtor. *obſ. 137.* & Modeſt Piſtor. *p. 3. quæſt. 126.* ut & Iacob. Schultes *in add. ad eund. n. 165. & multis ſeqq.* ubi in ſpecie excutit quæſtionem: An heredibus heredis deferri poſſit Iuramentum in eum finem, ut jurent ſaltem ſuper ipſorum ſcientia? quam negative decidit, eamque negativam multis rationibus propugnavit. Contra alii Dd. heredem de ſcientia ſua jurare debere contendunt, inter quos Brunnem. *ad l. ſcimus ult. C. de Iure deliberandi §. 10.* ubi receſſum a Modeſtino Piſtoris, Schulteſio & Carpzovio facit, *& n. 42. & 43.* deducit, quod hoc ipſum Iuramentum, quod ab herede heredis poſtulatur, ſaltem de Credulitate concipiendum ſit, adeoque ejusdem præſtatio recuſari, aliterque Creditoribus conſuli non poſſit. ubi pergit, quod neque indiſtincte ſtatim ſtatuendum ſit, quod heres primus propter hoc, quod ſuper hereditate occupata ipſe non juravit, nonſtatim in dolo conſtituatur, quod tamen Modeſtinus & Scultetus ſupponerent. Firmiter igitur concludit, quod heres heredis omnino de Credulitate jurare teneatur, atque hanc ſententiam Facultatem Iuridicam Francofurtenſem, in omnibus caſibus obvenientibus obſervaſſe & ita pronunciaſſe teſtatur. Porro Matth. 214 215 216 217 218 219 221 222 223 224

Berlichius *in dec. 160. n. 20.* in eo quidem cum Carpzovio & Modestino Pistoris sentit, quod heredes Possessoris Iuramento onerandi non
225 sint, excipit tamen certos casus, nempe ubi (1) editio Inventarii vel juratæ specificationis a primo occupatore jamdum petita, & ab ipso
226 in Iudicio lis contestata fuit. *per l. 4. & l. 5. C. de in litem jurand.* & (2) ubi possessor hereditatis Inventarium conficere potuerat, atque pro-
227 babiliter præsumi potest, illud in hereditate ejus reperiri: vel (3) quod ipse heres heredis audiverit a primo possessore, quales & quantas
228 res ex hereditate ad se receperit. In hisce casibus concedit, heredem possessoris de sua scientia, **so viel ihm wissend**/ con-
229 signationem facere, eamque Iuramento confirmare debere. Nos quidem pro modulo ingenii, bene respiciendum esse ad hæc tria,
230 putamus. nempe (1) an ipse defunctus in litis contestatione affirmative & positive confessus fuerit, quod Inventarium solenne con-
231 fecerit. & tunc quoniam præsumtio est contra heredem ejus, quod in confitentis possessoris hereditate hoc ipsum Inventarium repertum fuerit, ipse heres ad exactionem adversarii, cujus interest, vel Inventarium hoc exhibere aut jurare tenetur h. m. **Ich schwere zu GOtt dem Allmächtigen einen leiblichen Eyd/ daß ich in des verstorbenen** Titii **Nachlaße kein** Inventarium **über die** quæstionirte **Erbschafft gefunden habe.** Quod ipsum Iuramentum Scabini Lipsienses heredis he-
232 redi imposuisse testatur Hartm. Pistor. *Obs. 137. n. 8.* deinde (2.) dispiciendum erit, an Inventarium primi heredis repertum solenne & rite con-
234 fectum sit, an vero defectu aliquo laboret: priori casu, cum juxta superi-
235 us deducta, ipse conficiens jurare non teneatur, utique nec heredi necessitas hæc injungenda, quippe qui præsumitam ignorantam rei alienæ habet; nisi forte de Credulitate vel ignorantia super iis, quæ ab adversario, tamquam omissa specifice allegantur & vero similiter demonstrantur, jurare velit; posteriori casu vero cum heres credat ac putet, omnia bona, quæ defunctus reliquit, ipsius propria & non aliena esse, & ita Iure hereditario ad se pertinere: de propriis autem
236 nemo inventarium conficere teneatur; utique a Iuramento tamdiu excusatur, donec adversarius probet, quid, quantumve defunctus exhereditate acceperit, & deinde ad heredem ejus devenerit. Heeser.
237 *de rationib. loc. 6. n. 61. n. 98.* Denique (3) dispiciendum an ipse defunctus

in

in litis conteſtatione negaverit, ſe hereditatem mediante confecto Inventario adiiſſe. & tunc heres ipſius ad exhibitionem alicujus In- 238
ventarii a defuncto relicti cogi quidem non poterit, interim tamen in hoc & anteriori caſu ſecundo, heres, ad petitum ejus, cujus intereſt, cum in ignorantia ſe fundat, hanc ignorantiam ſuam, quod ſcilicet plane de hereditate nihil ſciat aut viderit, neque a defuncto ipſo, neque ab aliis hac de re quicquam audiverit, multo minus ſciens aliquid ad ſe receperit, mediante Iuramento probare atq; ſe purgare, vel, ubi aliquam notitiam ſe habere ipſe dicit, aut habere probabiliter præſumitur, item ubi aliqua bona hereditaria ad ſe perveniſſe confitetur, tunc hanc 239
ſuam ſcientiam & notitiam mediante Iuramento exponere, adeoque primum res receptas ſpecifice exprimere, & deinde de propria conſcientia, quantum ipſius perſonam concernit; quantum vero anteceſſorem ſuum, de credulitate jurare tenetur, hoc modo: **Daß ihm ſelbſt ein mehrers nicht bewuſt/ als was er bereits in der** ſpecification **angegeben/ hiernechſt auch gläube/ u. davor halte/ daß auch der Verſtorbene aus der** quæſtionirten **Erbſchafft weiter nichts an ſich genommen habe.** confer. ea, quæ ſupra circa Iuramenta heredum docuimus *Sect. 3. c.* 240
2. n. 74. & ſeqq. atque hanc ſententiam juxta doctrinam B. Brunnem. in Foro noſtro Magdeburgico receptam eſſe, praxis noſtrorum Iudicio- 241
rum tam inferiorum quam etiam Iudicii ſummi Regii per plurima præjudicia me docuit. In Foro vero Saxonico Carpzovii opinio hactenus prævaluit. De Tutoris herede quid ſentiendum ſit. v. Carpz. *dec. 74. n. 12.*

Pro Cautela vero tenendum, quod is, qui contra aliquem ad 242
editionem Inventarii vel juratæ ſpecificationis ſuper hereditate agit, ante omnia probare debeat, Reum conventum ſeſe immiſcuiſſe heredati eamque occupaſſe & poſſidere, & deinde, quod ipſe petens heres unicus & proximus ſit. Cum enim aditio hereditatis & quod quis 243
ſit heres verus & unicus in facto conſiſtat: facta autem nunquam præſu- 244
mantur: utique alleganti utrumque incumbet eorum probatio. *per l. 41. §. 2. ff. de captiv. & poſtlim. reverſ.* & quæ docuit Barboſa *lib. 6. cap. 3. Axiom. 27.* in Terminis vero *Carpzov. lib. 7. tit. 7. Reſp. 64. n. 5. 6. & ſeqq.* antequam vero hæc probatio perfecta fuerit, Reus ad editionem ſpe- 245
cificationis & præſtationem Iuramenti ſuper hac non eſt obligatus: ita pronunciatum **in denen Königl. Preußiſchen Berg-Gerichten/ in** 246
cauſa petitionis hereditatis avitæ **Jeremias und Lucas Linckens Kläge-**

re contra Christoph Strehlen und deßen Ehefrauen den 10 Febr. 1705.

247 Altera Cautela hæc erit, ut disp iciat is, a quo jurata speci-
ficatio petitur, num forte hereditas ipsa, super qua jurata specifica-
tio exigitur, per lapsum temporis lege definiti, jamdum præscripta
248 sit, hæcque præscriptio in continenti probari possit. Tunc enim,
sicut Reus Iudiciùm susc ipere non tenetur, sed ipso Iure Tutus est,
ita nec Inventarium edere vel jurare super specificatione tenetur, per
ea, quæ docuit Richter. *decis. 58. n. 31. & textum qui habetur in l. 14. §. in*
249 *illo Cod. de non numerat. pecun.* quæ ipsa Cautela etiam quoad ratioci-
250 nia procedet; siquidem de Iure Civili, & hæc actio personalis ad red-
dendas rationes & inventarium, ut reliquæ, spacio triginta annorum
251 (in foro Saxonico ut communiter effertur, binnen 30. Jahren/Jahr
252 und Tag oder nach 31. Jahren 6. Wochen und 3. Tagen. In Foro
Magdeburgico post 30 annos, vid. Polic. Ordnung cap. 52. §. 1.)
præscribitur & in totum extinguitur, *per l. 30. C. de præscript. 30. annor.*
ibique Brunnem. Munnoz ab Escobar. *de ratiociniis administrat. c. 5. n. 25.*
seqq. Richter. *ad l. un. C. de error. Calculi n. 63.*

253 Tertia Cautela hæc erit, pro herede ejus, qui occupavit hereditа-
tem, ut disquirat, annon in hereditate defuncti Inventarium reper-
tum fuerit, de quo ipse probare potest, quod adversarius petens In-
ventarium, hoc ipsum semel absque protestatione a defuncto acce-
254 ptavit & approbavit. Tunc enim, quia quod semel petenti placuit,
postea displicere non potest, ad ulteriorem exactionem Inventarii vel
juratæ specificationis alter non admittitur, per ea quæ docuit Richter
d. dec. 58. n. 33. Schneidew. *ad §. 21. Inst. de hered. qualit. & differentia.*

255 Quarta Cautela erit pro eo, qui in hereditatem dividendam bo-
na conferre tenetur: hic enim in eo casu, ubi coheres ad collatio-
nem agit, ad Inventarium vel juratam specificationem super bonis con-
256 ferendis edendam regulariter compelli non potest, sed ageus ad colla
tionem, tenetur ipse consignare bona, quarum collationem petit:
257 is vero, a quo Collatio petitur, Iuramento suo manifestare, quæ ac-
258 cepit, non obligatur: nisi prius probet adversarius, vel alias ex
confessione ipsius rei conventi, aut alio modo probabiliter appareat,
quod Reus omnino aliquid acceperit. per ea, quæ docuit Mev. *p. 1, dec. 85.*
259 hoc vero si appareat, quod Reus conventus omnino aliquid accepe-
rit ex hereditate, super quantitate & qualitate, præsertim in foro

nostro

noſtro Magdeburgico, Iuramentum exigi poſſe non dubitamus: cum 260
& ipſe Actor hoc ipſum factum immixtionis & receptionis Conſci-
entiæ Rei, ſtatim in principio litis committere poſſit, quamvis nul-
lam probationem vel præſumtionem proferre contra Reum poſſit
propter textum generalem der Proceß-Ordn. cap. 29. §. 1.

Ex quo textu hæc Cautela erui poſſet pro Actore in Foro no- 261
ſtro Magdeburgico, ut ſtatim in principio litis factum immixtionis
conſcientiæ, ſcientiæ & Notitiæ adverſarii committat h. m. Dafern
der Beklagte leugnen ſolte/ daß er ſich des Sempronii Erbſchafft
angemaſſet habe/ wird ihm ſolches hiermit in ſein Chriſtliches Ge-
wiſſen Wiſſenſchafft und Wohlbewuſt geſtellet.

Quinta Cautela hæc erit: quamvis Iuramentum hoc, tanquam 262
legale referri non poſſit. Carpz. *p. 3. conſt. 33. def. 15. & in Proc. tit. 12. art.*
8. n. 10. quoniam adminiſtratoris factum concernit: poterit tamen, 263
is, a quo editio juratæ ſpecificationis petitur, actualem præſtationem 264
Iuramenti declinare, quando vel per teſtes, vel per documenta con-
ſcientiam ſuam defendere vult, ad hanc enim defenſionem pro ex- 265
oneranda conſcientia omnino admittendus erit, *per l. quod ſi poſſeſſor*
7. ff. de Rei vind. l. 15. §. in hoc interdicto. ff. quod vi aut clam. Rauchbar. *p.*
2, 93. n. 19. Maſcard. *de probat. concl. 959. n. 1.*

Sexta Cautela erit hæc, quod quamvis Pater in Teſtamento ſuo 266
prolibuerit, ne inventarium conficiatur ſuper hereditate ipſius; hæc 267
ipſa tamen prohibitio obeſſe non poterit, quin filius vel filia, legiti-
mam ex hereditate paterna quærens, contra poſſeſſorem hereditatis
ad exhbitionem Inventarii vel juratæ ſpecificationis agere poſſit. Siqui-
dem exſure notiſſimum eſt, quod legitima debitum liberorum naturale 268
dicatur, ex eo, quod ſecundum ipſam naturam liberis debeatur: Ut 269
igitur conſtare poſſit de quantitate hujus legitimæ, omnino opus erit, 270
ut vel fiat inventarium ſolenne ſuper hereditate paterna, vel talis
conſignatio edatur, quam poſtmodum poſſeſſor hereditatis Iuramen-
to ſuo corroboret, neque prohibitio patris contraria hoc in caſu quic- 271
quam operari poterit, per ea quæ docuit Munnoz. *de Eſcobar de ra-*
tiocin. cap. 9. §2. quin & Mevius *ad Jus Lubec. lib. 1. t. 7. art. 13. n. 3. & p.* 272
4. deciſ. 8. Mazius *de Tutelis p. 1. tit. 1. n. 41. &* Carpzov. *p. 2. conſt. 11. def.*
4. n. 8. prohibitionem patris in tantum quidem attendunt, ut ſo-

ſolennem confectionem Inventarii ceſſare faciat, neutiquam tamen
273 privatam conſignationem rerum pupillarium. Quorum ſententia concordat diſpoſitioni, quæ in Foro noſtro Magdeburgico legitur de Matre liberorum Tutrice, in der Policey-Ordnung cap. 43. §. 14. quem §. antea in principio hujus poſitionis retulimus adeoque ab ul-
274 teriori repetitione abſtinemus. Illam ſaltem Cautelam (7) addentes; quod Tutor optime ſibi conſulat, quando ſpecificationem iſtam in præſentia omnium proximorum Cognatorum pupilli fieri curat, eoque allaborat, ut ab omnibus ſimul ſubſcribatur.

275 Circa illum caſum, quando ipſe defunctus conſignationem bonorum ſuorum ſuapte manu conſcriptam reliquit, hæc Cautela (8) notanda, quod quamvis ſecundum diſpoſitionem Iuris Civilis Teſtator in genere, & multo magis Pater hanc conſignationem facere, & heredibus ſuis præcipere poſſit, ut ſecundum hanc ipſam dividant,
276 quæ ipſa poteſtas etiam Patri inter liberos conceditur in Foro noſtro
277 Magdeburgico, ſecundum §. *11. cap. 43.* antea allegatum. hæc poteſtas tamen ſaltem ſe extendat ad heredes & liberos, qui factum defuncti præſtare tenentur. *Nov. 1. cap. 1.* & quibus Teſtator, tanquam Dominus rei ſuæ legem dicere poterit. *per l. 7, ff. de adminiſtr. & pericul. Tut. ibique* Brunnem. Cui prohibitioni quoque legatarii & fidei commiſſarii
278 nec non coheredes parere opus habent. uti notant Dionyſ. Godofred. *in not. ad leg. fin. §. 1. C. arbitr. Tut.* Sichard. *ad d. l. fin. §. 2. n. 15.* Hæſer.
279 *d. l. n. 132.* Secus vero erit in eo caſu, ubi Creditores pro ſuo intereſſe poſtulant, ut ſpecificatio hæc teſtatoris Iuramento heredum vel
280 liberorum confirmetur: Creditoribus enim, quibus defunctis obligatus eſt, Ius ſuum perſequentibus, hoc ipſum interverti non pot-
281 eſt, quamvis etiam Teſtator ſpecificationem relictam Iuramento ſuo corroboraverit. *per text. expreſſum in Nov. 48. cap. 1.* & ea quæ nervoſe docuit Illuſtr. Dn. Præſes in diſſert. ſpeciali de *Effatis morientium* cap. 2. n. 9. cui add. Berlich. *in ſæpius alleg. deciſ. 160. n. 6. & ſeqq. prt. 2.*

282 Sed qua Cautela utetur Tutor in eo caſu, quando Tutelam liberorum ex decreto & impoſitione Magiſtratus ſuſcipere tenetur, poſtea vero deprehendit, vel nulla, vel ſatis exigua in hereditate defuncti bona adeſſe, quæ vix ad ſumtus pro inventario conficiendo exſolven-
283 dos in precio ſufficerent? optime ſibi conſulet Tutor vel Curator pupil-

pilli aut minoris, adeundo Magiſtratum & petendo ut mittat Actuarium Iuratum advidendam hereditatē, & annotandas res hereditarias, quam exiguæ etiam ſint, poſt modum vero atteſtatum ex Protocollo petat, quid quantumve tempore ſuſceptæ adminiſtrationis acceperit: & tunc de pluribus reſpondere non tenebitur.

Hæc Cautela (10) adhuc notanda pro eo Tutore, qui in ſuſce- 284
ptam jamdum Tutelam alius Tutoris, mortuo hoc ſuccedit, ut novum conficiat Inventarium, ſuper iis bonis, quæ tempore ſuſceptæ adminiſtrationis propriæ adhuc ſuperſunt, & ad eum perveniunt. Quamvis enim quis putare poſſet, Tutorem ſucceſſorē non opus habere nova 285
confectione Inventarii, ſiquidem primus Tutor jamdum inventarium confecit, rectius tamem aget novus Tutor, novum inventarium con- 286
ficiendo: hoc modo enim ſibi proſpicit, ne de conſumtis & negle- 287
ctis ab anteceſſore reſpondere teneatur, ſed ſaltem de iis quæ tempore ſuſceptæ adminiſtrationis ad ſe recepit. Ubi tamen Tutor o- 288
mni modo invigilare opus habet, ut ab heredibus Tutoris antecedentis Inventarii primi exhibitionem exigat, illudque in præſentia cognatorum & deputati Iudicii a capite ad calcem examinet, defectus ut annotentur petat, ſibique deſuper atteſtatum fieri roget; ſecus enim 289
negligentiæ finita adminiſtratione argui, & ad intereſſe a pupillis conveniri poterit. vid. Carpz. *lib. 5. reſp. 74. n. 4.* Heeſer. *de ration. redd. loc. 6. n. 53. ſeqq.*

Ultima Cautela, quam circa hoc Iuramentum manifeſtationis 290
hereditatis, tam Iudex quam etiam præcipue pars jurans, ad tranquillandam conſcientiam obſervare poterit, hæc eſt: ut ſcilicet in Iuramenti formula addatur clauſula hæc: Quod velit jurans in eum caſum, ubi aliquæ res, quæ in hereditatem controverſam pertinent, ipſi in futurum innotuerint, eas fideliter adhuc indicare. Formu- 291
la igitur Iuramenti manifeſtationis hereditatis vel aliorum bonorum utilis hæc eſſe poterit: **Ich ſchwere zu GOtt dem Allmächtigen einen leiblichen Eyd/ daß ich in Titii Erbſchafft (Vermögen) warum ich itzo gerichtlich belanget werde/ ein mehrers ſo dazu gehörig/nicht gefunden habe/ als was von mir in der in Actis fol. N. befindlichen und von mir getreulich gefertigten/ bey denen hieſigen Gerichten übergebenen Specification enthalten iſt. Solte mir auch über kurtz**

oder

oder lang annoch etwas / es habe Nahmen wie es wolle/vorkommen oder beyfallen / welches in dieſe Erbſchafft gehörig / will ich ſolches ebenfals anzeigen und eigentlich benennen / ohne arge Liſt und Gefehrde. So wahr mir GOtt helffe und ſein heiliges Wort.

292 Cautelam vero omnem poſtmodum adhibeat jurans, ut præſtito Iuramento quoque ſatisfaciat, & mobilia aliasq; pertinentes res hereditarias, quæ ipſi poſtmodum innotuerunt, vel ipſi heredi, cujus intereſt, vel pro re nata Iudicio, ubi juravit, notificet, atque ut ſpecificationi priori addantur, petat, ſimulque easdem res hereditarias de novo re-
293 pertas extradat. Vix tamen meminerim ullius, durante mea praxi, exempli hoc in puncto, ſed communiter, ubi jurans ſemel moleſtiis ipſius proceſſus liberatus fuit, ſimul etiam memoria Iuramenti præſtiti excidit, ut de Iurato promiſſo amplius non cogitet, multo minus de adimpletione promiſſorum ſit ſollicitus. Cum vero indubi-
294 um ſit, jurantem, cui aliquæ novæ pertinentiæ exſupervenien-
te innotuerunt, hac in parte graviter in Deum & conſcientiam pec-
265 care: utique diligentiorem recordationem & impletionem Promiſſorum cuique Iuranti inculcamus, ne graviſſimam perjurii pœnam incurrat.

Tantum de Iuramento Manifeſtationis.

PART. III.

SECTIO III.

CAP. III.

POSITIO II.

De

IURAMENTO EDITIONIS ET EXHIBITIONIS.

1 AD Iuramentum Manifeſtationis ſeu Patefactionis quoque proxime accedit Iuramentum hoc, quod communiter IURAMENTUM EDITIONIS vel EXHIBITIONIS
2 appellatur, & deſcribi in genere poterit, quod ſit tale Iuramentum, quod ad poſtulationem partis, a Iudice imponitur ei, a quo editio vel

nis imponitur, ad eum effectum, ut mediante corporali Iuramento in Iudicio asseveret, se documentū hoc, quod desideratur vel rem petitam neq; habere, neque dolo malo desiisse habere. *per l. ult. in verb. sed si quis juret, se instrumentum, quod desideratur, non habere Cod. de fide instrum.* ex quo textu patet, Iuramentum hoc ipso IVRE CIVILI introductum & approbatum esse, & regulariter vim purgatorii Iuramenti habere, adeoque nemini illud injungendum esse, nisi suspicio vel præsumtiones contra ipsum adsint. Hisce vero vero similiter probatis præcisæ necessitatis est, & ab ipso cui impositum fuit, præstandum erit Rutger Ruland *de Commissar. & Commissionibus p. 2. lib. 5. cap. 21.* Mevius *p. 6. dec. 213.* Pacianus *de probat. lib. 1. cap. 62. n. 1. & seqq.* Hoc ipsum Iuramentum in FORO SAXONICO quoque introductum uti patet aus der Chur-Fürstl. Sächsischen Proceß-Ordnung Tit. 26. §. 1. in verb. Wann ein Part im Rechten anzeücht / daß bey seinem Gegentheil briefliche Uhrkunden verhanden / und begehret / die zu ediren und fürzubringen / ist durch üblichen Brauch der Gerichte dieser Landen eingeführet / daß der / von welchen die edition begehret wird / Eydlichen zu betheuren schuldig / daß er solche Documenta bey sich nicht habe / noch gefährlicher Weyse von abhänden kommen laßen & §. 4. Würde sich aber jemand dieser Edition und des darzu gehörigen Eydes verweigern / mag er durch eine ansehnliche Straffe / nach Gelegenheit der Sachen / und seines Vermögens hierzu angehalten / oder wenn es Beklagter wäre / daß die gefoderten Documenta pro editis & recognitis billig zu halten in Rechten erkandt / oder auch / da er Klägers-Stelle hat / mit seiner Klage ferner nicht gehöret werden. vid. Carpzov. *lib. 3. Resp. 77. n. 11. & in proc. tit. 14. art. 4. n. 1. & 2.* Berlich. *p. 1. concl. 45. n. 3.* Non minus vero in FORO MAGDEBVRGICO hujus Iuramenti usum esse patet, aus der Magdeb. Proceß-Ordnung de anno 1686. cap. 36. §. 1. in verb. Da jemand bescheinigen würde / daß bey seinem gegener briefliche Uhrkunden verhanden wären / darzu er vor seine Person gantz oder zum Theil erweißlich berechtiget ist / der Inhaber vermittelst Eydes / dieselben gerichtlich fürzulegen schuldig / und so er sich der exhibition, mittelst Eydes zuthun / verweigert / soll ihm solches / bey einer gewissen nahmhafften Straffe / nach Gelegenheit der Sache aufferleget werden. Quæ dispositio repetita in der er-

leuterten Proceß-Ordnung de anno 1696. d. cap. 36. §. 1. in verb Da jemand ſummariſcher Weiſe/ oder durch eines beglaubten Zeugen beſcheinigen/ oder in deſſen Verbleibung dem Gegentheil das Iuramentum litis deciſorium deferiren würde/ daß bey ihm briefliche Uhrkunden verhanden/ dazu er zum theil erweißlich berechtiget/ iſt der Inhaber dieſelbe gerichtlich für zu legen ſchuldig/ und da er ſich des Eydes verweigert/ ſoll er darzu vermittelſt einer gewiſſen Geldbuſſe/ auch dem Befinden nach bey Verluſt ſeines vermeinten Rechts
11 angehalten werden. In aliis Provinciis quoque Imperii hoc ipſum
12 Iuramentum uſu introductum eſt, veluti in POMERANIA, ut patet aus
13 der Pomeriſchen Gerichs-Ordn. de anno 1566. tit. 49. per tot. ſic etiam in BOHEMIA ſecundum Ordinationem Proceſſus Ferdinandi II. art.
14 23. & 28. Item in Electoratu & DVCATV LVNEBVRGICO, veluti probat ordinatio Cancellariæ Hanoverana de anno 1663. tit. 22. §. 6. non mi-
15 nus in DVCATV SAXOGOTHANO. Inhalts der Fürſtl. Sächſiſchen Go-
16 thiſchen Proceß-Ordnung part. 1. cap. 29. verſ. 31. in DVCATV MEGAPOLITANO per ordinationem Proceſſus Megapolitano-Guſtrovienſis
17 p. 2. tit. 27. in DVCATV ANHALTINO. uti oſtendit die erneuerte und verbeſſerte Proceß-Ordnung de anno 1666. tit. 9. §. 2. in verb. andere Eyde aber/ als wann eine ſpecification der Erbſchafft beſchworen werden ſoll/ oder editio documentorum jurata aufferleget wird ꝛc. denique in ſum-
18 mo Tribunali WISMARIENSI REGIO. per ord. Proc. p. 2. tit. 30. §. 1. &
19 4. & in DVCATV HALBERSTADIENSI ſecundum ordinationem Proceſſus de anno 1652. *p. 1. cap. 5.* ſub rubr. Beweiß durch briefliche Uhrkunden in verb: Es wäre denn/ daß er eydlich erhalten möchte/ daß er ſolche Inſtrumenta gefährlicher Weiſe nicht hinterhalten.
20 Quamvis vero regulariter nemo teneatur, adverſario ſuo arma ſubminiſtrare, & Inſtrumenta vel rationes edere *per l. 1. & ult. in fin. ibique*
21 Brunnem. *ff. de Edendo.* & valde inhumanum ſit, quando quis vult ſumere arma de domo adverſarii, *per l. qui accuſare 4. C. de edend. ibique*
22 Brunnem. *n. 2. & l. nimis grave 7. C. de Teſtib. ibique* Brunnem. *n. 3.* nihilominus tamen Legislatoribus placuit, ut quando aliquis intentionem ſuam per inſtrumenta probare vult, eadem vero in poteſtate ſua non habet, ſed penes tertium vel etiam adverſarium exſtare ſpecifice & probabiliter allegat, atque præſumtive demonſtrat, ipſi beneficio editio-

nis a Iudice consulatur: in tantum, ut detentor instrumentorum, hæc ipsa instrumenta edere h. e. proferre, & copiam ipsorum describendi facere teneatur. *perl. ult. C. de fide instr.* Fulv. Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 66. n. 10.* Secus per mandata pœnalia, eorumque executionem compellitur, vel in causa, cum ipso controversa documenta pro editis & recognitis habentur, in causa vero aliena de damno ex denegata editione petenti proveniente conveniri potest, *l. argentarius §. cum autem ff. de Edendo.* de quo remedio Iuris latius agunt *Dd. ad Tit. de Edendo vid.* Iohan Oldendorp. *in progymnasmatibus Actionum Class. 1. act. 8. per tot.* Cui accedit quoque interdictum prætoris de tabulis exhibendis, quo Prætor jubet tabulas testamenti apud se exhiberi iis, quorum interest, ab eo, apud quem tabulæ testamenti sunt, vel quorum dolo malo factum est, ut desinerent esse, ad hoc ut si Reus conventus & convictus easdem non exhibuerit, condemnetur in id, quod Actoris interest. *perl. 1. ff. ad exhib.* D. Struv. *in Synt. Jur. Civ. Exerc. 45. thes. 41. seqq.* quæ actio quoque ad eum casum extenditur, ubi quis de re mobili aliquem convenire vult, & timet, ne posidens vel detinens illam fraudem exerceat, tam in occultando; quam in transformando aut etiam transferendo & amovendo: vel etiam ne res vindicanda forte ex natura sua pereat. Poterit ergo Actor a Iudice petere, ut compellat possessorem ad exhibendam & in publico conspiciendam istam rem coram Iudice *perl. 2. ff. ad Exhib.* confer ea, quæ circa hanc actionem docuit Oldendorp. *Class. 3. Act. 1. per tot.* ubi Iustitiam introductæ hujus actionis in eo ponit, ne quis per fraudem rei conventi, vel per rerum accidentem qualitatem, Iure suo invitus & absque culpa sua privetur.

In utraque actione instituta Reus documentum vel rem aliam petitam edere & exhibere, vel prævia Iudicis sententia Iuramento se purgare tenetur, quod documentum, vel rem petitam non habeat, vel dolo malo non amoverit, aut alio modo fecerit, quo amissa fuerit *per l. ult. in verb. sed si quis juret, se Instrumentum, quod desideratur non habere C. de fide instrum.* Quare cum in Iudicio civitatis nostræ, derer Königl. Preußl. Berg-Gerichte Senior Familiæ Drachstedianæ tanquam Dominus censiticus, ad exsolutionem Laudemii contra possessores certarum Domorum censiticarum Andreas Höpffnern und Consorten ageret,

& ad literas investiturarum, auff die Lehn-Brieffe provocaret, earumque editionem, pro instituenda probatione, ipsi injuncta, a Reis conventis peteret, pronunciatum d. 24. Septembris 1703. daß Beklagte dem Kläger die in Händen habende Lehn-Brieffe und andere diese Sache concernirende documenta zu ediren / oder daß sie selbige nicht haben / noch gefährlicher Weise von abhänden kommen lassen / zu schweren verbunden / worauff denn in der Sache ferner ergehet was recht
36 ist. Et quamvis Rei aliquas scripturas edidissent, nihilominus tamen, cum Actor replicabat, plures adhuc exstare, & in ipsorum Reorum custodia esse, ipsis per sententiam d. 29. May 1704. publicatam injunctum fuit: Daß sie von denen ihnen abgeforderten Lehn-Brieffen und Quittungen / welche ihnen die Drachstedtische Familie ausgestellet haben soll / einiae mehrere / als welche fol. 32. seqq. zu befinden / nicht haben / noch gefährlicher Weise von abhänden kommen lassen zu schwe-
37 ren verbunden. Quod ipsum Iuramentum tamen, cum Rei conventi ad ejus præstationem sese obtulerant, atque in ipso Termino ad jurandum parati erant, facta interpositione Iudicis, ab Actore, qui ipse specifice nominare plures literas non poterat, remissum fuit.

38 Cum igitur tam Actor, quam Reus ad editionem Documentorum
39 vel jurandũ teneatur, & quidem Actor indistincte, sive publica, sint sive privata, quæ vel ad fundandam intentionem, vel ad defensionem, exceptionem vel duplicationem idonea censentur. *per l. 1. §. edenda ff. de Edend. l. 5. & l. 6. C. h. tit.* Carpz. *p. 1. const. 17. def. 16.* Hartm. Pistor. *obs. 218.* An-
40 ton. Faber. *in Cod. lib. 1. tit. 1. def. 6.* Reus vero regulariter saltem in cer-
41 tis casibus. *per l. 1. 4. & l. ult. Cod. de edend.* quoniam actor magis sibi debet præparare probationes, vt veniat satis instructus ad Judicium, quam
42 Reus, alias si defecerit in probatione, sibi imputabit damnum, quod absque sufficienti probatione litem temerarie susceperit, vti docuit
43 Bald. *in l. 2. n. 2. Cod. de Edend.* ideoque tam a parte Actoris, quam a parte Rei hoc in passu caute agendum, ne vel editionem documenti, vel exhibitionem Rei vindicandæ petens repulsam ferat, vel Reus, a quo editio, vel in hujus denegatione Iuramentum petitur, absque justa causa editionem & exhibitionem facere, aut Iuramentum subire
44 teneatur. pro utriusque meliori informatione aliquas Cautelas annotabimus, quarum observatio plurimam utilitatem unicuique conferet.

Prima igitur Cautela pro eo, qui editionem documenti, aut in- 45
hujus defectu juramentum ab aliquo petit, (& juxta ſtylum Curiæ implorans vel petens dicitur) hæc erit, ut ſpecifice in Iudicio nominare poſſit hoc ipſum documentum, cujus editionem quærit, ejusque præexiſtentiam in Judicio doceat, Zabarella *conſ. 199. n. 3. verſ. quod aliud.* ubi generaliter inculcat pro Regula, quod omnia Iura de neceſſi- 46
tate edendorum Documentorum loquentia, de eo caſu accipienda ſint, ubi ſuper exiſtentia documentorum non eſt controuerſia; quod- 47
Actricis Curator animadverteret, in hoc ipſo documento nihilominus certum quantum illatorum, à 900. Thlr. contineri, hoc ipſum documentum contra producentem poſtea reproducebat, in hunc finem, ut ex hoc ipſo documento ſummam derer 900. Thlr. expreſſam, reſiduum vero per alios teſtes & adminicula probaret. quamvis autem ipſe Reus producens poſtmodum facta reproductione contra do- 465
cumentum diſputare geſtiebat, nihil tamen efficere potuit, ſed per ſententiam Iudicis, de publicato d. 29. Januarii 1704. Actricis probatio pro ſemiplena accepta ipſique præſtatio Iuramenti ſuppletorii injuncta fuit. Contra quam ſententiam, quamvis Reus Leutera- 466

tionem interponeret, nihil tamen efficere potuit, ſed per ſententiam Dominorum JCtorum Jenenſium, de publ. den 20. Iunii 1704. prior ſententia confirmata, & Leuterans in reſtitutionem expenſarum re-
467 tardati Proceſſus condemnatus fuit. Rationem decidendi hanc in ſpecie ſubminiſtrabant Domini Jurisconſulti, quoniam ipſe Reus Atteſtato pro ſe uſus fuiſſet, ergo hoc ipſum atteſtatum quoad ſummam in eo contentam omnino contra ſe quoque admittere deberet, ut hæc ipſa ſumma ſatis ſuperque ex hoc producto documento probata videa-
468 tur. Et cum Reus ab hac ipſa ſententia Leuterationis ad illuſtre Regimen Regium Ducatus Magdeburgici appellando adhuc provocaret, eandem tamen adverſam fortunam habuit, dum priores ſententiæ, per ſententiam Appellationis, de publicato d. 24. Octobr. 1704. confirmatæ ipſique Appellanti refuſio expenſarum injuncta fuit.

469 Similem caſum habui in Præfectura Giebichenſteinenſi, ubi Actor **Chriſtoph Eſchke** contra vitricum **Chriſtoph Schumannen** emptorem prædii Actoris paterni, actionem vindicatoriam inſtituerat, & contractum emptionis inter Tutores & vitricum celebratam impugnabat, quod alienatio in ipſius Actoris ætate minorenni, absque Decreto Ma-
470 giſtratus debitisque ſolennibus facta fuiſſet, cum vero Actor proba-
471 tionem inſtitueret. uti in Foro Magdeburgico opus habet major factus, quando dicit, alienationem absque ſolennibus & Decreto Magiſtratus factam eſſe, per text. expreſſum **in der Policey-Ordnung** cap. 43. §. 29. in verb. **lieget ihm ob / beyzubringen / daß die** requiſita alienationis
472 **nicht beobachtet worden** / & ſecundum praxin fori Saxonici, neceſſitas probationis ipſi quoque incumbit, quando minor non ſolum actionem vindicatoriam inſtituit, ſed ſimul etiam in libello mentionem fa-
473 cit de alienatione ſine ſolenniratibus facta, à qua probatione tamen immunis eſt, quando ſola vindicatoria utitur, ac Reus de emptione
474 facta excipit. veluti probat Carpz. *p. 2. conſt. 11. def. 32.* In caſu a nobis propoſito Actor cum articulis probatoriis integrum documentum Iudiciale, ſuper contractu emptionis venditionis confectum, in copia inducebat, hancque copiam in termino productionis per originale confirmaturus, integrum documentum originale absque omni proteſta-
475 tione ad recognitionem producebat. Cum autem in hoc ipſo producto documento Iudex mentionem expreſſam de interpoſito à ſe decre-

to

to faceret, Reus in ipso termino productionis, cum productum documentum recognosceret, acceptavit productionem totius documenti absque protestatione factam, reservabat in specie, quod hoc ipso documento in reprobatione futura uti vellet; quod etiam fecit: repro- 476
ducto igitur hoc ipso documento Actorem convicit, quod per hanc suam productionem documenti omnia ejus contenta approbasset, adeoque & in specie hæc contenta, in quibus Iudex de interposito à se Decreto attestatus erat, & felicissimum exitum litis obtinuit; dum Do- 477
minus Præfectus durch einen Abschied/de publicato d. 4. Februar. 1704. Reum ab instituta Actione absolvit. in verb. daß Kläger dasjenige/ so 478
ihm zu erweisen obgelegen/und er sich angemasset/wie recht nicht erwiesen/ dahero Beklagter von der angestellten Klage zu absolviren und zu entbinden. à quo deciso quanquam Actor Appellationem ad Re- 479
gimen Provinciale Regium Ducatus Magdeburgici interposuerat, hoc ipsum tamen per sententiam Appellationis, de publ. d. 22. May 1705. confirmatum fuit.

Alium adhuc casum habui in Præfectura Wettinensi, ubi Actor, 480
Johann Bodenburg ad reunionem unius Mansi â prædio ipsius alienati, condictione ex lege Provinciali der Magdeb. Policey-Ordnung de anno 1688. cap. 29. §. 9. contra possessorem hujus Mansi Johann 481
Webern/agebat. Cum igitur in probatione susceptâ, rescriptum quoddam Declaratorium Regiminis Regii Provincialis, de anno 1686. quod dispositio der Policey Ordnung de reunione pertinentiarum etiam ad prædia libera, auff die Frey-Güther/ welche keine Dienste thun dürffen extendenda sit, articulis probatoriis in copia addidisset, hocque ipsum rescriptum declaratorium in ipso termino productionis absque protestatione ad recognitionem produxisset; Reus productus vero 482
animadverteret, in hoc ipso rescripto declaratorio simul expressa verba legi, quod dispositio ordinationis provincialis ad ea prædia, quæ primordialiter alicui toti integrali prædio non fuerunt incorporata, & quæ ante tempora belli germanici tricennalis jamdum alienata fuerunt, extendi non debeat; Recognovit documentum inte- 483
grum productum salvis tamen quibusvis Exceptionibus, & acceptavit deinde productionem totius instrumenti, & per hanc agnitionem totalem instrumenti producti, quoad omnia ejus contenta factam ap-

484 probationem, deinde in instituta reprobatione Reus pro fundanda Exceptione non fundatæ intentionis & non competentis Actionis, antea litis contestationi annexa, hoc ipsum Rescriptum declaratorium articulis reprobatoriis in copia addidit, & postmodum in Termino reproductionis reproduxit contra Actorem, qui quamvis de dissensu & productione sua antea facta multum disputaret, quod illa
485 hoc animo non facta esset, nihil tamen effecit. Reus enim absolutoriam sententiam ex Responso Dominorum JCtorum Erfurtensium publica-
486 tam d. 27. Novembr. 1704. accepit hujus tenoris, **daß Kläger dasjenige / was ihm zu beweisen aufferleget / und er sich angemasset / wie recht nicht erwiesen / dannenhero Beklagter von der angestelleten Kla-**
487 **ge zu entbinden / immassen er von derselben entbunden wird.** quæ ipsa sententia postmodum in instantia Appellationis à Regimine Regio Ducarus Magdeburgici confirmata fuit d. 27. Martii 1705. in verb. materialia **anlangende / ist in erster** Instance **wohl gesprochen und übel** appelliret / **und die Sache an vorigen Richter zu** remittiren.

488 Ex adductis præjudiciis ergo apparet, qua circumspecta Cautela circa productionem documentorum opus sit, ne per productionem producens approbasse omnia producta instrumenti videatur;
489 sicut & in contrarium manifesti juris est, quod ex identitate rationis, is, qui instrumentum productum semel impugnavit & reprobavit, eodem postea in capite forte ipsi proficuo, pro se uti non possit *per l. 8. §. 11.*
490 *ff. de inofficioso testamento. c. ex eo de R. Jur. in 6. c. cum olim X. de censib.* nam qui totam scripturam evertit, is etiam simul singulas ejus partes expugnat. *per l. in toto ff. de R. Jur.* Beust. *ad l. 31. de Jurej. n. 1038. & seqq.* Berlich.
491 *P. 1. dec. 38. n. 2.* prudenter igitur versatur is, qui juxta Cautelam traditam expresse animum in actu productionis ad acta declarat, & protestatio-
492 nem Actis inseri curat: tunc enim efficiet, ne in favorem Rei ob solam productionem Actoris approbatio omnium contentorum præsumatur & documentum productum fidem faciat pro ipso adversario. vid. Carpz. *in proc. tit. 14. art. 5. n. 26. & seqq. & in p. 1. Const. 17. def. 1.*
493 quoniam actus agentium non debent operari ultra ipsorum intentionem *per l. omnis 19 ff. si cert. pet.* Cothman. *vol. 2. cons. 83. n. 30. & vol. 3. Cons.*
494 *20. n. 28. item cons. 26. n. 11.* Nicolai *in proc. p. 1. cap. 50. n. 10.* notanter autem dixmius, quod ob solam productionem Actoris, documentum pro Reo

fidem

fidem non faciat; aliud igitur dicendum de eo casu, ubi Reus quo- 495
que hoc documentum in reprobatione pro se reproducit ejusque re-
cognitionem ab Actore petit; quod omnino facere poterit *per l. 30. in* 496
fin. ff. de oper. libert. l. nam absurdum 7. ff. de bon. libert. Finckelth. *observ. 3.*
n. 14. suademus ergo vel maximopere unicuique parti & pro Cau- 497
tela summe proficua inculcamus (7) ut in hoc casu, ubi documentum
aliquod diversa capitula continet, atque in uno vel alio capite contra-
rium aliquid intentioni producentis reperitur, probans, non integram
copiam documenti in probationem inducat, sed saltem extractum do-
cumenti, in quantum concernit thema controversum & pro Actore
facit; deinde in Termino productionis & recognitionis, ubi copia per 498
originalis productionẽ corroboranda, producens expressam protesta-
tionem adhibeat eamque Registraturæ productionis ab Actuario Iudi-
cii inseri curet, quod producat originale saltem in passibus utilibus &
in quantum extractæ copiæ per originale corroborantur; de reliquis so-
lenniſſime protestando. *conf.* Gail. *lib. 1. obs. 106. n. 10.* & Felinus *in c. 1. X.*
de probat. n. 29. Brunnem. *in proc. civ. cap. 19. n. 6.*

Hæc ipsa cautela septima in Foro Magdeburgico utilis etiam 499
est in eo casu, ubi editio documentorum vel jurata purgatio petitur, ea-
que alternative à Iudice injuncta fuit, quando documenta edenda vel
libri, vel alia prolixiora scripta sunt, in quibus simul arcana, quarum
manifestatio edenti damnosa esset; scilicet, ut ea capita utrique parti 500
communia vel petentis propria, ex hisce libris, à personis fide dignis à
Iudice ad hunc actum specialiter ablegatis, extrahantur; quibus extra- 501
ctis Iudicialibus eadem fides attribuenda quam ipsi originali. vid. Tex-
tus der Magdeb. Proceß-Ordnung de anno 1686. cap. 36. §. 2. in verb. 502
Jedoch da es Bücher / Brieffe / oder dergleichen weitläufftige Schriff-
ten wären / die durch etwas anders und geheimes in sich begreiffen /
sollen alsdenn die Articul und Stücken / so gemein seyn / von Gerichts-
Personen / welche dazu verordnet / aus denen originalien gezogen /
und alsdenn solchen extracten so viel glauben / als dem original selbst
gegeben werden.

Quod si vero pars, editionem petens, urgeat, ut integræ copiæ 503
ipsi communicentur, neque extractis contentus esse cupiat, hæc cau-
tela (8) in Foro nosto Magdeburgico ipsi petito proderit, ut à petente

504 Iuramentum malitiæ expoſcat; quod petens omnino præſtare tene-
tur antequam alteri editio integrarum copiarum à Iudice injungatur.
505 uti innuunt verba textus der Proceß-Ordnung de anno 1686. d. cap.
36. §. 3. in verb. **Würde Gegentheil mit denen Extracten auch nicht friedlich ſeyn / ſondern** integras copias **haben wollen / ſo ſoll er alsdann zuvor bey ſeinem leiblichen Eyde erhalten / daß er ſolches nicht aus böſer argliſtigen Meynung einige Gefährde dardurch zuſuchen / thue / ſondern daß es ſeine hohe Nothdurfft erfordere / darauff dann ihm ſolche**
506 **Copeyen auf ſeine Unkoſten ſollen gefolget werden.** Alium adhuc ca-
ſum proferunt Dd. ubi Reus Actori ad editionem tenetur; ſcilicet,
quando documento non tam pro fundanda, quam ſaltem pro adjuvan-
507 da ſua intentione, quam forte ſemiplene probaverat, uti vult de quo
caſu agit Ant. Faber *in Cod. lib. 2. tit. 1. def. 1. n. 5.* & Carpz. *in proc. tit. 14.*
508 *art. 4. n. 45. ſeqq.* qui hanc ipſam editionem Reis in Iudicio Appellatio-
num Dreſdenſi ſæpius per ſententias impoſitam fuiſſe teſtatur. Ratio-
509 nem forte dare quis poſſet hanc: quod Iudex in omnibus negociis te-
neatur veritatem explorare & juſtitiam ſectari, adeoque ſi aliter veri-
tas haberi non poteſt, quam ex hoc documento, utique ejus editio
injungenda, ne pars petens juſtitiam cauſæ allegans & quodammodo
510 probans, abſque culpa ſua jure ſuo privetur. poteſt enim accidere,
quod Actor documentum originale caſu aliquo perdiderit. Brunnem.
511 *in proc. civ. cap. 19. n. 29.* Non minus quoque edenda eſſe documenta,
vel jurandum, ab utraque parte, ſive Actor ſit ſive Reus in duplicibus &
mixtis Iudiciis puta Familiæ herciſcundæ communi dividundo, finium
Regundorum facile concedimus, cum hic deſiderantur documenta
communia, quæ tam ad agentem quam ad conventum pertinent. vid.
512 Hahn ad Weſenbec. *tit. de Edend. n. 12.* in hiſce Iudiciis enim Reus A-
ctoris vices ſuſtinet. Carpz. *d. conſt. 17. def. 26. & lib. 3. Reſp. 78. ut & in*
513 *proc. d. art. 4. n. 49.* Non minus hos caſus Dd. annumerant, ubi Actor
514 ex cauſis favorabilibus contra Conventum agit, veluti in cauſa matri-
monii Mynſing *ad cap. 1. X. de probat. n. 12.* Brunnem. *ad l. 3. ff. de Edend.*
515 *n. 2.* item in cauſa Dotis Mynſ. *d. l. n. 12.* Klock. *Vol. 3. conſ. 177.* Mev. *p. 5.*
516 *dec. 317. per tot.* In cauſa Alimentorum, præſertim futurorum Carpz.
517 *lib. 4. Reſp. 57. n. 5.* in cauſa legitimæ liberis vel parentibus debitæ, quam
rem valde favorabilem vocant Ruland, *de Commiſſar. p. 2. lib. 5. cap. 19. n. 11.*
& De-

& Decian. *Vol. 1. conſ. 35. n. 62.* non minus in Cauſis Eccleſiæ. *c. 1. X. de pro-* 518
bat. Mev. *p. 5. dec. 317. n. 4.* Pupillorum, Berlich. *d. concl. 45. n. 42.* Studio- 519
ſorum, Calvol. *in prax. Jud. §. Reus concl. 2. n. 22.* pauperum & miſerabili- 520
um perſonarum, Brunnem. *ad d. l. 3. n. 2.* Legatorum piorum: Hoſpita- 521
lium & libertatum, Cephal. *vol. 2. conſ. 165. n. 7.* Mev. *p. 5. dec. 318.* & Ber- 522
lich. *d. concl. n. 44.* In hiſce igitur & ſimilibus caſibus conventus ad e- 523
dendum, vel documentum edere, vel Iurare tenetur, ſive Actor ſive Reus ſit, adeoque cautius ſibi proſpiciet, officium faciendo & neceſſitati cedendo, quam per pertiniaciam pœnam incurrendo.

Circa perſonam petentis editionem antea probavimus, quod is 524
in defectu aliarum probationum vel præſumtiorum adverſario ſuper exiſtentia & poſſeſſione Documentorum, per modum actionis Iura- 525
mentum Iudiciale deferre poſſit: in hoc caſu igitur Petitus ſeu is, à quo editio documenti vel jurata purgatio petitur, ne injuſta delatione Iuramenti & petitione ab Adverſario vexetur, hac cautela (9) utiſpoterit, ut prius expoſcat ab Adverſario Iuramentum calumniæ ſpeciale, quod vulgo **der Eyd vor gefährde** dicitur. hoc ipſum Iura- 526
mentum petens editionem, atque Iuramentum Iudiciale deſuper deferens, ante omnia ſubire & præſtare opus habebit, antequam petitus juret & documentum edat, ſecundum diſpoſitionem Juris Ci- 527
vilis, quæ habetur in *l. 6. §. exigitur 2. & l. 9. §. 3. ff. de Edend* & quæ in 528
genere de neceſſitate præſtandi hujus Iuramenti calumniæ ſpecialis *ex* 529
l. 34. §. 4. ff. de Iurejurando in p. 2. ſect. 3. cap. 1. n. 31. & ſeqq. latius protulimus. cui convenit diſpoſitio Juris Saxonici **in der Proc. Ordn.** tit. 26. §. 2. in verb. **Jedoch auff des** deferenten **Eyd vor gefährde.** Item Praxis 530
Magdeburgica Iudiciorum: **Proc Ordn.** cap. 36. §. ult. in verb: **zu vor bey ſeinem leiblichen Eyde erhalten.** Ratio autem, quod hoc in 531
caſu etiam Jus Saxonicum Iuramentum calumniæ ſpeciale admittat, ea dari poterit: quod ipſum Iuramentum principale, ab adverſario 532
delatum, ex mero arbitrio deferentis proveniat, adeoque de injuria conqueri ipſe non poteſt, quando ipſe conſcientiam Adverſarii onerare ſatagit, ut ipſe prius, de calumnia vitanda juret. conferatur Brun- 533
neman in Proc. *civ. cap. 19. n. 24.* Berlich. *p. 1. concl. 45. n. 80.* Carpz. *p. 1. conſt. 17. def. 29. n. 7.* D. Born. *in diſp. 1. theſ. 54. lit. E.*

De eo vero jam quæritur: Annon petitus vel ad edendum con- 534
ven-

ventus (10) hanc cautelam adhibere, & Iudiciale juramentum hoc de-
535 latum referre poſſit? pro affirmativa proferri poteſt, quod in eo ca-
ſu, ubi Iuramentum judiciale delatum fuit ab Actore, & Actor æqua-
lem ſcientiam cum adverſario habere ſe dicit, vel habere præſumi-
tur, regulariter Relatio Iuramenti cum delatione conjuncta ſit, quo
caſu, etiamſi oneretur ſola conſcientia Adverſarii, relationi tamen lo-
536 cum eſſe, antea probavimus *in p. 2. ſect. 3. cap. 2. n. 25. 26. & 27.* At veri-
or eſt ſententia negantium, quam amplexus fuit D. Ziegler *ad Proc. Iur.*
537 *Sax. tit. 26. §. 2.* ex ratione, quod ſolus ille, cui defertur juramentum,
exactam & meliorem notitiam de documento edendo habeat, cum
538 hoc ipſum in ejus poſſeſſione reperiatur, alter vero deferens ſal-
539 tem alienam, & de auditu alieno; cum igitur in Iuramentis præſtan-
dis ſemper eligatur, qui propriam & meliorem ſcientiam facti proprii
540 habet, ut is potius juret: utique & in hoc caſu idem non immerito
ſtatuendum ſit *arg. l. 11. §. ult. & leg ſeq. ff. de act. rer. amot.* in Jure Saxo-
nico negativa hæc ſententia recepta per textum expreſſum, qui ha-
betur in der Proc. Ordn. dict. tit. §. 2. in verbis: und könte ihm den
541 gegentheil nicht referiren. Cui conformis eſt, die Fürſtl. Gothiſche
Proc. d. §. 32. und iſt ſolchen / dem gegentheil zu referiren nicht befugt.
542 quod multo magis procedet in Iuramento purgationis, quod ipſe Iu-
543 dex pro editione procuranda petito impoſuit; ſi quidem in Iuramen-
tis legalibus, quæ ab ipſo Iudice ex neceſſitate legis imponuntur, rela-
tionem locum neutiquam invenire antea firmavimus ex Andrea Rauch-
baro *p. 2. q. 3. n. 9.* Petro Heigio *p. 1. qu. 40. n. 7.* Brunnemanno *ad l. 34. §.*
6. n. 21. ff. de Iurejur.

Ulterius quæritur, annon petitus (11) hanc cautelam eligere pos-
544 ſit, ut conſcientiam ſuam probationibus defendat, ſive à parte ad-
verſa Iuramentum delatum, ſive à Iudice ex neceſſitate legis
545 impoſitum fuerit? pro affirmativa facere videntur ea, quæ de defen-
ſione Conſcientiarum in hoc ipſo opere *p. 2. ſect. 3. caſu 3. a n. 4. usque ad*
n. 11. ex Iure tam civili, quam Saxonico & Magdeburgico firmavimus,
546 quod ſcilicet in arbitrio ejus ſit, cui Iuramentum aliquod delatum fu-
it, an jurare, an vero conſcientiam probationibus defendere velit;
547 nec non, quæ de Iuramentis neceſſariis ab ipſa lege vel Iudice impo-
ſitis, quod & in his defenſio conſcientiæ admittatur, in eodem caſu

n. 97. per relationem ad plures Autores probatiſſimos docuimus, atque hanc ipſam affirmativam ſententiam defendere voluit noviſſime Schwendendörffer *in not. ad Proc. Fiebigii p. 1. cap. 2. membr. 3. §. 16. n. 344.* ex generalitate Textus qui habetur in der Chur-Sächß. Proceß-Ordnung tit. 19. §. Wann nun 2 verbis alſo auch &c. Sed verior eſt negativa de *Iure Saxonico* propter textum expreſſum qui legitur in tit. 26. §. 1. in verb. noch ſein Gewiſſen mit Beweiſe vertreten: ut non immerito miremur, quod Excellentiſſimus Dominus D. Schwendendorffer, contra clarum textum Iuris Saxonici aliud in Saxonia docere auſus fuerit. Confer circa hanc materiam concordantem Ord. Proc. Gothan. d. §. 32. verſ. oder ſein Gewiſſen mit Beweiſe zu vertreten nicht befugt. Carpz. *p. 1. conſt. 17. def. 29. n. 8. & in Proc. tit. 14. art. 4. n. 11. & 12.* Brunnem. *in Proc. Civ. cap. 19. n. 24.* Berlich. *d. concl. 45. n. 81.* ubi allegat Iaſonem *in l. manifeſtæ 38. ff. de Iurejurand. n 3.* verſ. *contrarium expreſſe tenet.* Et ratio, cur petitus non admittatur ad defenſionem conſcientiæ, videtur eſſe hæc, quod ipſe optimam ſcientiam atque conſcientiam de eo, quod ipſe poſſidet, habere præſumatur: nemo enim tam negligens & ignarus rerum ſuarum putatur, ut neſciat ea, quæ in ipſius ciſta comprehendantur, & in ejus facultatibus & patrimonio reperiuntur, per ea, quæ docuit Maſcard. *de probat. vol. 2. concl. 736.* imo talis poſſeſſor, cum debeat ſcire ea, quæ in ipſius poſſeſſione ſunt, utique & contra ipſum præſumitur, quod ſciat: quia paria ſunt, ſcire, & ſcire debere, per ea quæ probat Maranta *in praxi p. 3. n. 103.* & Roman. *conſ. 481. n. 8.* Card. Tuſch. *Tom. 7. pract. concl. 64. lit. S. n. 40.* alius vero extraneus tantam ſcientiam rerum ad ſe non pertinentium habere non videtur: cum juxta proverbium nemo facile concedat alteri facultatem inſpiciendi & viſitandi ciſtas ſuas; adeoque vel ipſa natura imponendi Iuramenti expoſcere videtur, ut magis juret is, qui optimam rei ſcientiam aut conſcientiam habet. Limitat tamen aſſertionem ſuam Berlich. *in n. ſubſeq. 83.* in eo caſu, ubi quis inſtrumentum quidem produxit, ex eodem autem, facta productione apparet, quod ſaltem ſit referens, & de alio inſtrumento antea confecto, mentionem faciat, tunc enim, ſi ad editionem agens & hujus relati editionem peteret, conventum probationibus conſcientiam ſuam defendere poſſe, quod documentum hoc relatum, apud ipſum nec exſtet, nec doloſe abeſſe deſierit. Subnixus fuit Berlichius ſenten-

tiæ ſupremi Appellationis Iudicii Dreſdenſis de publ. d. 16. Julii 1622. in cauſa Witzlebens contra Rantzauen / in verb: Es iſt aber ihm dem von Ratzauen / wegen des vorbehaltenen Eydes / ſein Gewißen mit
561 Beweiſe zu vertreten unbenommen. Quamvis vero pro re nata & circumſtantiis facti, quas Iudex vel inprimis conſiderare debet, non negemus, Iudicem ultra petitum, pro edendo documento nominato
562 progredi non debere: neutiquam tamen concedimus manus Iudicis ita ligatas eſſe, ut nequeat etiam in hoc caſu, ubi implorans deinde ipſi fidem facit, documentum relatum quoque ad ſe pertinere, & ipſius vel maxime intereſſe, ut & hoc exhibeatur a convento, in cujus cuſtodia & poſſeſſione hoc ipſum eſſe præſumtive probatum fuit, petitum,
563 ad editionem vel juratam purgationem condemnare: ne petens abſque culpa ſua probandi mediis deſtituatur, & jus ſuum amittere coga-
564 tur. Nam etiam hoc in caſu, ubi contra petitum præſumtio adeſt, quod etiam hoc documentum relatum apud ſe habeat, eadem ratio adeſt, quod ſcilicet ipſe optimam ſcientiam habeat, an documentum relatum ipſe poſſideat, quam alius extraneus non æque habere præſu-
565 mitur, adeoque multo tutius procedet Judex, quando conventum ipſum ad editionem documenti relati, vel juratam purgationem faciendam condemnat, neque defenſionem conſcientiæ per teſtes admittat,
566 Quodſi tamen ab herede editio documenti alicujus, quod in hereditate defuncti fuiſſe prætenditur, petatur, heres ad editionem conventus tam ipſam editionem documenti, quam præſtationem Iuramenti per
567 ſententiam ipſi injunctam, evadere poterit, quando hac Cautela (13) utitur, ut ſcilicet per exhibitonem legalis Inventarii ſuper hereditate defuncti confecti, Iudicio fidem faciat, quod hoc ipſum documentum
568 in hereditate defuncti repertum non fuerit: nam cum pro inventario legitime confecto, de jure præſumatur, utique per hoc ipſum Inventarium & ejus evidentiam heres ſe purgat a præſumtione contraria, quod ſcilicet documentum ex hereditate defuncti ad ipſum pervenerit.
569 ſiquidem Inventario, ut publico inſtrumento tamdiu ſtatur, donec contrarium ab adverſario probetur. per ea, quæ habet Matth. Berlich.
570 *dec. 160. n. 15.* atque ſecundum hanc Cautelam pronunciaverunt Domini Scabini Lipſienſes in cauſa Hanſen Gebhard Schwendendörffers Erben menſe Aprili 1676. in verb. Würde nun Beklagter ſeinem Erbie-

biethen nach / die über seiner Principalen Eltern Verlassenschafft auffgerichtete Inventaria in originali produciren / so seynd dieselbe mit Edition derer angegebenen Documentorum, oder den dießfals zu erkanten Eyde zu verschonen.

Et concordat Praxis Fori Magdeburgici, secundum textum der Magdeburgischen Proc. Ordn, de anno 1686. cap. 36. §. 2. in verb. Er konte und wolte denn ein richtiges Inventarium aller seiner brieffli- 571
chen Uhrkunden vorlegen / auff solchen Fall würde er billig mit der eydlichen specifiation verschonet. Qui textus paulo aliter legitur in ante- 572
riori ordinatione processus de anno 1652. cap. 37. ubi hæc verba habentur: Er konte und wolte denn ein richtig Inventarium, oder eine beständige specification aller seiner briefflichen Uhrkunden vorlegen / auff solchen Fall würde er billig mit dem Eyde verschonet. Quam lectio- 573
nem tanquam latiorem & aptiorem sensui & contentis paragraphi antecedentis, ubi in genere de Editione Documentorum mediante Iuramento perficienda, non vero in specie de exhibitione juratæ specificationis in defectu Inventarii agitur, merito retinemus: Convenit hac in 574
parte, quantum ad editionem Inventarii concernit, cum Ordinatione Processus Provinciali Magdeburgica, observantia Fori Megapolitano Gustrovienſis, quod innuit textus der Proceß Ordn. p. 2. tit. 27. §. 2. in verb. Wenn auch ein vollständiges Inventarium produciret.

Cautela (14) pro eo, a quo editio Documenti vel jurata purgatio 575
petitur, per quam, si non præstationem Iuramenti actualem penitus evitare, tamen vel ad minimum differre potest, ut & ipse & petens spatium deliberandi habeat, hæc esse poterit: ut petitus offerat se, quod ve- 576
lit omnia sua documenta in Judicio, vel coram deputatis certis exhibere, ad eum finem, ut vel Iudex, vel ejus deputati, non minus quoque editionem petens, videant & scrutentur, an hoc ipsum documentum inter exhibita reperiatur, de qua Cautela elegans habetur textus in der 577
Churf. Sächß. Proceß-Ordn. tit. 26. §. 3. in verb. Da aber gleich in oberzehleten Fällen die Edition vermittelß Eydes zu thun aufferleget würde / soll dennoch nicht geeilet / sondern / wenn einer alle die Brieffe / welche er bey sich hätte / fürzulegen erböthig wäre / er erstlich damit zu gelassen / seinem Gegentheil sich darinnen zu ersehen gestattet / und wenn derselbe hierauff an solcher Edition nicht vergnüget / sondern vor-

wendet / daß noch mehr Brieffe verhanden seyn müsten / alsdann erst angeregter Eyd der gesuchten Edition halber / würcklich geleistet wer-
578 de. Cui concordat Ordinatio Saxo Gothana *part. 1. cap. 10. §. 33.* in tex-
tu seq. soll mann doch zu solchen Iuramento nicht eilen / sondern wenn einer alle die Brieffe / welche er bey sich hätte / vorzulegen erböthig wäre / soll er erstlich damit zugelaßen / auch dem Gegentheil sich darinnen zu ersehen vergönnet / und wenn denn derselbe mit der edition nicht vergnüget seyn will / sondern vermeinet / daß über solche noch mehre Briefe musten dar und verhanden seyn / alsdann erst gedachter Eyd / der
579 Edition wegen würcklich præstiret / und abgeleget werden / confera-
tur Berlich *in sapius alleg. concl. 45. n. 84.* Eybenius *in addit. ad Perezium tit. de Edendo n. 12. lit. M.* Carpz. *in Iurisprud. Forensi p. 1. const. 17. def. 28. n. 6. & in Proc. tit. 14. art. 4. n. 75. & 76.*

580 Cautela (15) pro eo, contra quem editio vel juramentum pe-
titur, hæc esse poterit, ut diligenter inquirat, num adver-
581 sarius editionem vel Iuramentum petierit. neque enim Iuramen-
tum hoc ex officio decernitur, sed solum, si pars adversa hoc ipsum pe-
tat, vid. *l. si quis 6. §. 8. in verb. qui edit. postulabit ff. de Edendo. & l. ult. C. de fide instrum.* ibique Brunnem. *n. 4.* Ziegler *in introd. ad Proc. cap. 10. §. 8.*
582 *Ordin. Proc. Elect. Sax. tit. 26. in princ.* hæc ipsa vero petitio, (1) principali-
583 ter per modum actionis ordinariæ fieri poterit h. m. Es hat beklagter Titius mein gewesener Compagnion, einen auf 1000. Thlr. sprechenden und von Sempronio unterm dato Augspurg den 19. Januarii a. c. ausgestelleten Wechsel-Zettel bey sich / an welchen mir als Concreditori
584 die Helffte zustehet. Weil nun der auff die Leipziger Michaelis Messe gesetzte Zahlungs-Termin heran nahet / und ich solches Wechsel-Zet-
585 tels / indem die mit dem beklagten Titio vorhin gewesene Compagnie-Handlung / mit unser beyder Einwilligung auffgehoben / zu Einrichtung meines eigenen Credit Wesens benöthiget bin / und Beklagter finita societate mir solchen zu ediren schuldig / gleichwohl dieselbe in-
586 Güte nicht bewerckstelligen will / ungeachtet ich mich erbothen / ihm seinen Antheil der verschriebenen Summæ entweder baar zu bezahlen /
587 oder annehmlich zu versichern. Als bin ich zu Anstellung dieser Klage bewogen worden / und ergehet an meinen hochgeehrten Herrn mein fleißiges Bitten / es wolle derselbe großgönstig belieben / ermeldten

Ti-

Titio Gerichts wegen Aufflage zu thun/ daß er sothanen Wechsel-Zettel binnen 8. Tagen in Iudicio ediren/und mir denselben/gegen annehmliche Vergnügung seiner Helffte/die Er daran participiret/ ausstellen/ widrigen falls auff einen gewissen hierzu bestimmten Tag in Iudicio erscheinen/ und mit mir in der Sache Verhör/ und Vergleichs/ oder in dessen Entstehung rechtlicher Entscheidung gewarten solle; wie denn auff des Beklagten vorhergehende Antwort/ die ich hiermit von ihm fodere/ zu verabschieden bitte: daß Beklagter den geforderten Wechsel Zettel über 1000. Thlr. gegen Bezahlung oder Gerichtliche Depositon derer pro rata dimidia ihm zukommenden 500. Thlr. darzu ich mich hiermit offerire/ mir zu ediren/ oder daß er solche nicht habe/ noch gefährlicher Weise von abhänden kommen lassen/ zu schweren schuldig. Implorire hierüber/ nobile Iudicis officium, pro largissima juris & justitiæ administratione. Und wiewohl ich nicht hoffen will/ daß Beklagter/ wie er solchen Wechsel-Zettel bey sich in seiner Verwahrung habe/ leugnen werde/ so will ich doch zu meiner desto bessern Verwahrung/ und eher aus der Sache zu kommen/ auff den Verneinungs-Fall solches/ nach Zulassung derer Rechte/ in dessen Christliches Gewissen hiermit geschoben haben/ des Vertrauens zu denen Rechten/ er werde solches darüber zu eröffnen angehalten werden. 588 589 590 591

Poterit etiam (2) petitio editionis fieri, in Processu summario per nudam implorationem officii Iudicis; videlicet, quando quis generaliter tantum, ob æquitatis rationem, ne petens damnum ex denegata editione incurrat ad editionem obligatus est *per l. 4. §. 1. & l fin. C. de Edend.* Carpz. *lib. 3. Resp. 77. n. 12. & 13.* ubi *n. 15.* probat, quod in hoc casu, ubi Iudex deprehendit, petenti ex denegata editione damnum imminere, hanc ipsam ex officio injungere possit. Casus poterit esse talis: Titius hat einen Wechsel Zettel von Cajo in Händen/ welchen er aus Mangel nöthiger alimenten dem Sempronio gegen ein gewisses Darlehn zum Unterpfand eingesetzet und extradiret; Es geschicht aber/ daß Cajus seine Wechsel-Schuld bezahlen/ und dagegen seinen Wechsel-Zettul wieder zurück nehmen will; Titius weigert sich denselben zu extradiren/ weil vielleicht der Debitor das Geld/ auff eine gewisse Zeit/ so noch nicht verflossen/ erborget hat/ und er also dasselbe 592 593 594 595 596 597

598 ſelbe vor der Zeit nicht annehmen will / dagegen Cajus eine unvermeid-
liche Reiſe in frembde Lande vor ſich hat / und ſeinen Wechſel Zettel
599 zu bezahlen / und denſelben an ſich zu nehmen erböthig iſt. Poterit
certe hoc in caſu Iudex ex officio decernere, ut propter imminens
iter, Creditor Sempronius literas Cambii ipſi Iudici edat, recipiendo
ad interim ſummam debitam Sempronio in depoſitum Iudiciale, cum
aſſecuratione futuræ ſatisfactionis infallibilis, tam ratione ſummæ de-
bitæ, quam intereſſe, quod Sempronius prætendere poterat, ex ſo-
600 lutione ante deſtitutum tempus facta. Hoc ipſo remedio conſulitur
& ipſi peregrinanti Cajo, ne in itinere inſtituendo impediatur, & de-
inceps cauſa inter Sempronium & Titium ſuper ſolutione perficienda,
& præſtatione uſurarum commodius expediri poterit.

601 Non minus quoque (3) Editio documentorum vel jurata purga-
602 tio deſuper inſtituenda peti poteſt incidenter, in ipſo Proceſſu; ſcili-
cet ubi pars producens ad Articulos probatoriales exhibitos in Iudicio
directorium documentorum annectit, in eoque ponit. Articulus N.
wird probiret durch die obligation de dato Leipzig den 7. Junii 1704.
603 wovon Abſchrifft ſub Lit. A. beygefügt iſt / und wird die Edition
des Originalis von B. klagten / in deſſen Verwahrung daſſelbe befind-
lich / wie auch die recognition, oder daß er / wie er ſolches Original
nicht habe / noch gefährlicher Weiſe von abhänden kommen laſſen /
ſchweren müſſe / Krafft dieſes erfordert.

604 16. Cautela erit, ubi productus ex juſta Cauſa metuit, ne produ-
ctio originalis ipſi damnoſa ſit, puta, quod ad marginem originalis, vel
in alio loco quædam ſcripta reperiantur, quæ ipſius intentioni contra-
riantur, ut in Iudicio ſe declaret, quod velit Exemplar ſeu copiam ab
Adverſario productam loco originalis agnoſcere & recognoſcere;
605 quod omnino facere, & editionem originalis vel Iuramentum deſuper
præſtandum evitare poteſt, per ea quæ docuit Schwendendörffer *in*
606 *Proc. cap. 2. §. 16. n. 3. pag. m. 256.* Quæ Cautela etiam adhiberi pot-
eſt in eo caſu, ubi procurator in Iudicio agit nomine Ptincipalis, in
locis diſſitis habitantis, in cujus cuſtodia originale reperitur, ut copi-
607 am ab adverſario in Iudicio productam loco originalis agnoſcat; quod
practitatum multoties in Proceſſu memini; veluti in cauſa Dn. de
Marſchalch, contra den Rath und Pfännerſchafft zu Saltze den 16.

De-

Decembr. 1701. ubi Senatus transactionis Copiam Actis inductam
ab Actore, cujus originalis editio ipſis injuncta fuerat, in Termino pro-
ductionis, pro originali per Syndicum aſſumebat & recognoſcebat;
cum antea per ſententiam Curiæ Provincialis ipſi Editio originalis in- 608
juncta erat den 29. Octobr. 1701. his verbis: Und weil Syndicus das 609
ſuper editione documenti originalis de dato Magdeb. den 22. Septemb.
1679. ſo fol. 5. & 6. in Beweiß Actis copialiter beygeleget / geforderte Iu-
ramentum acceptiret / ſo ſeynd Bekl. durch einige Aelteſte aus ihrem 610
Mittel / ſo von der Sache die beſte Nachricht haben / daß nemlich ange-
regter original Vergleich bey ihnen nicht verhanden / ſie auch ſelbigen
gefährlicher Weiſe nicht von abhänden komen laſſen / Eydlich zu erhal-
ten ſchuldig. Et nuperrime hoc ipſo anno apud Curiam Provincialem 611
Ducatus Magdeburgici, in cauſa Nehringin Productin, contra die
Bedauiſche Geſchwiſtere Producenten, ubi copiam productorum 612
pactorum dotalium, loco originalis agnovi & recognovi, ſatis tamen
antea edoctus, quod copia hæc producta originali conformis ſit; de 613
qua conformitate ante omnia certiotem faciat ſe Advocatus, ne aſſu- 614
mendo Documentum diſconveniens in uno vel altero capite præjudi-
cium Clienti faciat, ipſeque per incautam agnitionem & recognitio-
nem documenti diſcordantis periculo ſe exponat.

Circa ipſum modum editionis perficiendæ communiter 17. hæc 615
Cautela de Iure Civili præcipitur, quod edens documenta in copia,
diem & conſulem, ſeu juxta ſtylum noſtrorum Iudiciorum, datum,
hoc eſt expreſſionem loci diei & anni, quando documentum hoc con-
fectum fuit, reticeat. per *l. 1. §. 2.* ibique Brunnem. *ff. de Edend.* vel ut 616
in *Nov. 47. cap. 1.* habetur, ſine Imperatoris nomine & Iurisdictione
Franzkius *ad tit. ff. de Edend. n. 13.* Berlich. *in ſæpius allegata concl. 45.* ubi
ad Pacianum *de probat. lib. 1. cap. 66. n. 61. & 62.* Mynſingerum *ad c. 1. X. de*
probat. n. 37. remittit, qui latius de hac materia agunt. Rationem, qua- 617
re editio documentorum ſine die & Conſule fieri debeat, in eo ponit
Ulpianus *in l. 1. §. 2. ff. de Edendo.* ne quid excogitetur è die & conſule,
& prælato die fiat, *h. e.* uti Dionyſ. Gothofred. in not. ad *h. l.* ſub *n. 15.*
explicat, anticipato die, ita ut datum immutetur, atque ſic documen-
tum falſificetur. Weſenbec. *ad tit. ff. de Edend. n. 13.* quam quidem aſſer- 618
tionem Iuris Civilis, ſecundum praxin hodiernam Iudiciorum noſtro-

rum

618 rum ante litis conteſtationem admittimus; ſecus vero erit, ubi lis
619 jamdum conteſtata & proceſſus ad probationem devenit, quoniam
ſicut in probatione perficienda integrum documentum producen-
620 dum, atque ſine die & anno confectionis fidem non meretur, utique
621 ſua ſponte ſequitur, etiam editionem hoc modo fieri debere. Facit
huc, quod juxta Receſſum Imperii de anno 1654. §. 34. in fine, Actori
incumbat, ut libello vidimatas Copias documentorum addat, per quæ
622 intentionem ſuam probare vult; in vidimatis copiis vero & dies & an-
nus & locus confecti Inſtrumenti requiritur, ut exprimatur, ne inſtru-
623 mentum tanquam ſuſpectum accuſetur. Cautela ergo hæc in Iudiciis
624 fori noſtri nihil proderit: ſed rectiſſime de ejus obſervantia dubitavit
625 Illuſtris D. Strykius *in uſu Pandect. modern. ad h. t. ff §. 13. add.* Neue Magdeburgiſche Proceß Ordnung cap. 18. §. 4. in verb: Wenn Kläger zur Beſcheinigung die Documenta und briefliche Uhrkunden / womit er den grund ſeiner Klage zu beſtärcken vermeinet / der Imploration und Klage NB. in beglaubter Copey beygeleget / ſollen ſolche dem Beklag-
626 ten communiciret werden. Et facit huc præjudicium antea in n. 609.
in cauſa des Raths und Pfännerſchafft zu Saltze relatum, in quo dies
627 annus & locus edendi documenti expreſſi ſunt. Hinc in Iudiciis no-
ſtris hodiernis indiſtincte documenta adſcripto anno & die edi opor-
tere docuit Brunnem. *ad l. 1. §. 2 ff. de Edend.* Et D. Struvius *in addit. ad tractatum Antonii Matthæi de Iudiciis cap. 6. theſ. 38.*

628 Circa hanc diſpoſitionem ordinationis Provincialis tamen hoc no-
629 tandum, quod quamvis Actor in proceſſu ordinario (in executivo e-
nim ſecus eſt) documenta cum ipſo libello exhibeat, eorum tamen ra-
tio non habeatur, ſed Reo litis conteſtatio injungatur, documenta ve-
ro ad tempus probationis reſervantur, ubi Actor eadem in Proceſſu
630 cum Articulis probatoriis reproducere tenetur. per ea quæ docuit
Mev. p. 6. dec. 195. & textum der Magdeburg. Proceß-Ordn. cap. 34.
§. 6. in verb. Wann auch gleich die Uhrkunden außer dem Executiriſchen Proceſſu alſo bald neben der Klage / oder wieder dieſelbe / ad impediendum litis ingreſſum produciret worden / ſoll doch vor der litis conteſtation, und der bey dem intra Terminum probatorium antretenden Beweißthum / erfolgten würcklichen Reproduction darüber nicht
163 erkannt werden. Cautelam ergo hoc in caſu Actor adhibeat, ut poſt

litem

litem contestatam & injunctam probationem eadem documenta', non obstante hoc, quod jam dum antea cum libello ab Actore, vel in positionibus, bey dem rechtlichen Einbringen / a parte una producta & exhibita sint, atque jamdum in Actis reperiantur, intra terminum probatorium, cum articulis probatoriis, in copiis de novo inducat & communicationem eorum Reo fieri petat; In termi- 664
no probatorio vero originalia realiter in judicio exhibeat, atque ad recognitionem, ab adversa parte perficiendam, & in specie ab ipso petendam, reproducat; secus enim si fecerit, probatione sua cadit. Quod itidem à Reo, qui ad Exceptionem peremptoriam, 665
litis ingressum impedientem, fundandam, documentum aliquod in judicio produxit, præcise observandum, quando hæc Exceptio non attenta, sed post litem contestatam, zur rechtlichen Ausführung reservata fuit; Certe Reus non attento hoc, quod jamdum copia documenti actis inserta, & ab ipso producta fuit, omnibus modis 666
studere debet, ut hoc ipsum documentum intra terminum reprobatorium, cum articulis reprobatoriis & directorio, in copia exhibeat, ejusque communicationem petat atque insinuet, reproductumque actorem ad ejus recognitionem citari faciat. Deinde in 667
ipso termino Reproductionis & recognitionis originale realiter producat, ejusque recognitionem, vel pro re natâ Juratam diffessionem documenti privati petat; Quamvis etiam Actor jam antea 668
hoc ipso documento in probatione suâ usus fuerit. Nam cum pri- 669
ma productio, tanquam supervacanea, nullius effectus sit, & fieri soleat, ut Actor saltem in certo puncto instrumento usus, quoad reliqua capitula vero protestatus fuerit, quod eadem per productionem factam agnoscere nolit; omnino alia nova reproductione documenti opus erit: quæ si omissa fuerit, Actor probatio, 670
nem suam certissime perdet, per ea quæ latius docuit Berlich. *p. 1. concl. 35. n. 75. & 76. & concl. 42. n. 1. & 2.* Wesenbec. *ad tit. ff. de probat. n. 9. lit. U.* Lauterbach *de Differ. Jur. Civilis & Saxon. diff. 15.* at-

671 que ita pronunciavit illustre Regimen Ducatus Magdeburgici, in causa injuriarum D. Johann Andreas Unzers Actoris, contra Johann Reinharden Reum anno 1686. ubi Actoris probatio propter omissam inductionem documenti, antea cum libello exhibiti, intra termi-
num probatorium, pro deserta pronunciabatur. & in causa Genero-
672 sissimi Dn. de Marschal Equitis Tevtonici, contra den Rath und Pfännerschafft zu Saltze / ubi Syndicus documentum transactionis antea ab Actore productum, intra terminum reprobatorium, neque realiter reproduxerat, facta accusatione contumaciæ pronunciatum in Curia provinciali Magdeb. d. 31. Nov. 1702. daß die Beklagte an den ihnen vorbehaltenen Gegenbeweiße / dessen sie sich fol. der beweiß Acten 51. anmassen wollen / versäumet.

673 Superius in hoc capite *sub num. 544. seqq.* docuimus, quod in FORO SAXONICO edere jussus ad defensionem Conscientiæ per probationes non admittatur, nisi in casu, ubi de documento relato quæstio incidit, quod ad editionem conventus
674 apud se habere dicitur. Nunc ergo non immerito quæritur, quid sentiendum sit in FORO MAGDEBURGICO, an non conventus ad editionem documenti, juramentum editionis declinare possit,
675 quando conscientiam probationibus defendere conatur? pro affirmativa facere potest, quod Constitutio Saxonica, quæ habetur in textu der Churf. Sächs. Proceß-Ordnung *tit.* 9. §. wenn nun / in quo negativa fundatur, in foro nostro Magdeburgico nullum effectum
676 habere possit, cum per mandatum D. Electoris Friderici Wilhelmi, die 3. Januar. 1686. quod legitur impressum ante ordinationem politicam Ducatus Magdeburgici, Jura Saxonica quamvis non in totum abrogara, tamen saltem ad limitatum effectum reducta fuerint. Daß sie im Hertzogthum Magdeburg weiter nicht / als so ferne sie der Magdeburgischen Kirchen / Proceß / Policey und andern Ordnungen
677 conform. seyn / observiret werden sollen. Cum vero regulariter jurare jussus, conscientiam suam probationibus defendere possit, sive a parte adversa Juramentum delatum, sive ex necessitate à Judice

im-

impoſitum fuerit, uti antea *in p. 2. ſect. 3. cap. 2. Caſ. 3. n. 4. ſeqq.* ut & *n. 97.* ex jure Civili firmavimus, atque etiam is, a quo editio juratæ ſpecificationis petitur, actualem præſtationem Juramenti evitare, & conſcientiam probationibus, vel per teſtes vel per documenta defendete poſſit, uti ſuperius in *cap. 3. poſit. 1. n. 263. & 264.* diximus, & in praxi experti ſumus; in cauſa Andreas Vogts/ qui contra Tutorem ad editionem Inventarii vel juratæ ſpecificationis ſuper bonis defuncti curandi J. G. K. agebat, quæ editio ipſi Tutori per aliquas ſententias Judicii tutelaris & Regiminis Hallenſis antea *in cap. 3. poſit. 1. n. 77. & 78.* adductas injuncta fuerat; nihilominus tamen Tutor J. G. K. ad defenſionem conſcientiæ admiſſus fuit; non obſtante, quod pars adverſa de autoritate Judicatorum excideret, in quibus ſaltem editio Inventarii, vel ſpecificationis juramento corroborandæ, ipſi Tutori injuncta eſſet; ad quam probationem Tutor non ſolum admiſſus per reſolutionem der Königl. Regierung de dato den 13 Jun. 1705. ſed & poſtea, cum pars adverſa contradiceret & partes ad reciprocas poſitiones admiſſæ, poſt concluſionem in cauſa pronunciavit illuſtre Regimen ſubpublicato den 25. Sept. 1705. daß Beklagter geſtalten Sachen nach/ zu der geſuchten Gewiſſens-Vertretung zuzulaſſen; quæ ſententia etiam in rem judicatam tranſiit.

678 679 680 681

Nulla igitur ratio prægnans in Foro noſtro Magdeburgico, in quo jus Civile ſequimur in caſibus non deciſis, adeſſe videtur, quæ prohibeat, cur edere vel jurare juſſus ſuper documento aliquo, ad conſcientiæ defenſionem non æque admittendus ſit. Ipſe certe temperare mihi non potui, quin ſuper hâc ipſa quæſtione Reſponſum informatorium Illuſtris Regiminis Ducatus noſtri Magdebur. gici expeterem, quod etiam gratioſe mihi datum fuit, d. 23. Octobr. 1705, his verbis: Bey der Königl. Preußiſchen Regierung des Hertzogthumbs Magdeburgk iſt verleſen worden/ was Dr. Gerbet berichtet zu ſeyn verlangte. Ob nun zwar in denen Chur-Sächſiſchen Rechten ausdrücklich verordnet/ daß kein Beweiß wider das Juramentum editionis documentorum angenommen werden ſolle; alldieweil aber dieſes eine mera Conſtitu-

682 683 684

ſtitutio Saxonica iſt / welche Sanctiones und Gewohnheiten in genere durch das Edictum promulgatorium in Ducatu Magdeburgico abgeſchaffet / hingegen offt erwehntes Iuramentum editionis in effectu und ſeiner Eigenſchafft nach nichts anders / als ein juramentum purgatorium iſt / wor wider die Gewiſſens Vertretung mit Beweiſe / ſecundum omnes Dd. Saxonicos, und nach den Sachſen Rechten ſelbſt ſtatt hat: wie denn nicht wohl zu begreiffen / wenn die Saxonici Dd. die rationem decidendi circa probationem contra Iuramentum Editionis in abbreviatione proceſſus und daß die Iuramenta ad litium finem accelerandum angeſehen wären / ſuchen oder gründen / warumb bey dem Iuramento purgatorio und ſpecificationis hæreditaris, nicht eben dieſe Ration gelten müſte / wider welche gleichwohl ex confeſſione omnium, contraria probatio zuläſſig iſt / daher denn auch die Dd. Saxonici nicht miteinander eins ſind / ſondern theils die Sächſiſche diſpoſition ſelbſt / wenn nehmlich der Iudex nicht ad delationem partis, ſondern ex officio mercenario das Iuramentum Editionis erkennet / oder wenn einer ein documentum relatum ediren und beſchweren ſoll / in welchen Fällen einige der Sächſiſchen Rechts-
685 Lehrer die Gewiſſens Vertretung zulaſſen. Wie denn ſchließlich illo caſu, da ein hæres mit dem Inventario ſich wider das Iuramentum ſchützet / die Vorlegung eines legalen Inventarii re ipſa anders nicht / alß vor einen Beweiß zu halten iſt; Alß vermeinen die Königl. Präſident und Räthe ebenfalls / daß derjenige / welcher ediren oder ſchweren ſoll / aliquovis modo .. und nicht allein per inventarium den Beweiß führen / und ſein Gewiſſen wider das Iuramentum Editionis documentorum vertreten könne.

686 Circa textum Ordinationis proceſſus Ducatus Magdeburgici, de anno 1686. *cap. 36. §. 2.* quem antea ſub n. 571. in hac poſitione allegavimus, in verbis: Er könte und wolte denn ein richtiges Inventarium aller ſeiner Briefflichen Uhrkunden vorlegen / auff ſolchen Fall würde er billig
687 mit der Eydlichen ſpecification verſchonet ꝛc. illa adhuc occurrit quæſtio: an in hoc §. Cautela generalis contineatur, quam edere vel jurare juſſus adhibere poſſit, ad hunc effectum, ut in omni caſu, quo editio documentorum ab ipſo petitur, a præſtatione Iuramenti editionis ſe liberare poſſit, ſi ſcilicet legale Inventarium exhibeat? Ad reſo-

Ad reſolutionem hujus quæſtionis pertinent ea, quæ antea de Iu- 688
ramento manifeſtationis *in cap. 3. poſit. 1. ſect. 3. de* Tutore & Cura-
tore vel alio adminiſtratore *ſub n. 13.* docuimus, quod ſcilicet tales
perſonæ per exhibitionem ſolennis Inventarii ſuper bonis pupilli,
vel aliis ipſorum adminiſtrationi concreditis, confecti, à Juramen-
to ſe liberare poſſint; ex ratione, quod pro Inventario legitimo tam- 689
diu præſumatur, donec contrarium probetur, & per hanc legalis 690
inventarii exhibitionem, etiam hæres conventus, ad editionem
certi documenti, quod defunctum habuiſſe allegatur, ſe libera-
re poterit, quando in ipſo producto Inventario judiciali autoritate
legitime confecto, de hoc documento nulla mentio fit;
quoniam Inventarium hoc pro herede præſumtionem facit, quod 691
documentum hoc ad ipſum non pervenerit, adeoque ad editionem
ejusdem compelli non poſsit. Quod multo magis procedit in he- 692
rede heredis, confer ea, quæ *in poſ. 1. cap. 3. n. 214. ſeqq.* attulimus. In 693
hiſce igitur Caſibus propoſitis Cautela hæc omnino proficua erit
ad editionem convento Tutori, Curatori & heredi, ut per exhibi-
tionem legalis Inventarii à Juramento editionis ſe liberare poſsint,
imo hæc ipſa Cautela proderit cuivis Adminiſtratori, cui mediante 694
Inventario adminiſtratio bonorum concredita fuit: ut & in man- 695
dato omnium bonorum, negociorum geſtione, ſocietate & com-
munione bonorum: præſuppoſitis tamen terminis habilibus, ſi 696
ſcilicet tam ſuper bonis, quam etiam ſuper documentis Adminiſtra-
toris, mandatarii, negociorum geſtoris vel ſocii adminiſtrationi &
fidei concreditis, in principio ineundæ adminiſtrationis legale In-
ventarium confectum fuerit. Nam ſi ex hoc ipſo inventario non 697
appareat, quod de hoc documento nominatim mentio facta fuerit,
præſumtio pro convento adminiſtratore exoritur, quod hoc do-
cumentum apud ipſum non exſtet, adeoque exhibere hoc, vel ju-
rare non cogitur, donec defectum aliquem inventarii exhibiti A-
ctor liquido probaverit; quo caſu tamen Reus conventus, non 698

tam Juramentum editionis, quam purgationis, quod scilicet plura documenta apud ipsum non reperiantur, præstare opus ha-
699 bebit. Lubet hic opponere Responsum declarativum Illustris Regiminis Regii Ducatus Magdeburgici, ad supplicationem & interrogationem meam gratiose emissum d. 13. Octobr. 1705. quod
700 ita sonat: Bey der Königl. Preußischen Regierung des Hertzogthumb Magdeburgk ist verlesen worden was Dr. George Gerbet für eine Erklärung über den 1. und 2. §. cap. 36. der Magdeburgischen Proceß Ordnung gesucher / und welcher gestalt Er berichtet zu seyn verlanget: Ob omni casu einer durch Vorlegung eines Inventarii sich von dem Iuramento Editionis documen-
701 torum befreyen könne? Wiewohl nun sich Umbstände finden können / deßwegen eine universalis decisio nicht so gleich zu ertheilen; So halten doch die zur Königlichen Preußischen Regierung des Hertzogthumbs Magdeburg verordnete Præsident und Räthe davor / daß regulariter omni casu, præsuppositis terminis habilibus, wenn ein richtiges inventarium vorgeleget wird / der jurare jussus, mit der Eydlichen Purgation zu verschonen / wie denn solche Disposition nicht allein auff die Erben / an welche die documenta edenda præsumtive gekommen / zu restringiren / sondern auch bey geführten Vormundschafften / in mandato omnium bonorum, negotiorum gestione, societate, communione bonorum, und generaliter in allen andern administrations-Begebenheiten / dergleichen casus sich ereignen oder existiren können / über diß auch einem jeden / von dem die Edition sub fide Juramenti gefodert wird / nicht verwehret ist / sonderlich wenn Er alle seine documenta in eines Tertii Verwahrung / oder in loco publico deponirer hätte / sich zur Inventur zu erklären / und wo ja mit Bestande / nach Gelegenheit der Umbstände an solchen inventario etwas zu desideriren wäre / derselbe doch nicht das Iuramentum Editionis in forma consveta, sondern nur / daß Er keine documenta mehr habe / oder untergeschlagen zu schweren schuldig.

702 Ex hoc ipso Responsio patescit, multum hâc in parte Judicis prudentis cognitioni & dijudicationi relinquendum esse, ut hic tam ad personam Rei conventi ejusque fidem respiciat, quam etiam circumstantias negocii obvenientis probe consideret, non minus etiam in legalitatem Inventarii inquirat, & pro qualitate circumstantiarum sententiam ferat.

Cir-

Circa tempus denique perficiendæ editionis hæc quo- 703
que cautela obſervanda eſt, ut injuncta editio vel exhibitio juſto
tempore fiat: ubi reſpiciendum ad ſententiam Judicis, in quâ 704
editio documenti injuncta fuit, num ſcilicet in hâc ipsâ certus
terminus præfixus ſit, nec ne; in priori caſu terminus hic 705
omnino obſervandus, & intra hunc ipſum terminum editio perfi-
cienda, niſi conventus ſuo juramento ſe liberare velit, ſecus edere
juſſus pœnam incurrit, de quâ antea in hâc poſitione *n. 114. & ſeqq.*
præliminariter egimus, ſcilicet quod in contumaciam Rei docu-
menta pro editis & recognitis per ſententiam reputentur, Actor
vero causâ cadat. Ubi vero terminus à Judice in ſententia nomi- 706
natim poſitus non reperitur (quem tamen ſtatuere ad abbrevian-
das lites tenetur) præſertim ad petitionem partis, tunc ſi Reus edi- 707
tionem documenti alicujus, ad hoc ut deliberare, atque ex hoc
ipſo documento certiorem ſe facere poſſit, cedere, an vero con-
tendere malit: tunc editio hujus documenti ſtatim in principio
litis, & ante litem conteſtatam fieri debet. Ubi vero pars adverſa, 708
durante lite, poſt litem jamdum conteſtatam, & ubi proceſſus ad
probationem venit, pro fundanda probatione ſuâ, documentum a-
liquod expoſcit, tunc intra terminum probatorium, qui de Jure Sa- 709
xonico eſt ſex ſeptimanarum & trium dierum, in Ducatu Magdebur- 710
gico vero quatuor ſeptimanarum editio fieri debet, quo probaturus
copiam documenti cum Articulis probatoriis inducere poſsit, quæ
poſtmodum in Termino productionis per exhibitionem & realem
productionem originalium confirmanda. Cum vero adverſarius, à 711
quo editio perficienda erit, moram facere & editionem differre poſ-
ſit, usque dum terminus probatorius labatur, ubi probaturus facile
circa probationis inſtitutionem damnum incurrere poſſet, hanc
cautelam ipſi commendamus, ut non ſolum Judicem pro decer- 712
nendâ editione documenti imploret, ſed inſimul etiam termini
probatorii in lege vel ſtatuto præſcripti, ptorogationem petat, us-

que

que dum editio documenti facta fuerit, ubi hac formula uti poterit,
713 pro re nata mutatis mutandis:

P. P. HochgeEhrter Herr/

Derselbe errinnert sich ex Actis, daß in Sachen/ meiner Kläger/ contra Sempronium Beklagten am 3. dieses mir ein Beweiß zuerkant worden. Nun ich dem zu Behuff/ dieses Beweises Einen Kauffbrieff/ welcher sub dato Halle/ den 6. Febr. 1705. zwischen meinem seel. Vater Cajo, und dem Beklagten Sempronio, über das itzo quæstionirte Hauß geschlossen/ nöthig habe, welchen ich bey dem Beweiße induciren muß/ solcher Kauffbrieff aber pro documento communi inter venditorem ejusque heredem & emtorem zu halten/ also Beklagter/ welcher denselben bekäntlich bey sich hat/ (si scilicet ex Actis appareat possessionis confessio, secus enim ea probanda, aut juramentum desuper referendum) solchen Kauff Brieff in Judicio zu ediren schuldig ist. Als ergehet an meinen HochgeEhrten Herrn mein fleißiges Bitten/ es wolle derselbe großgünstig belieben Bekl. Sempronio Gerichts wegen auffzulegen/ daß Er binnen 8 Tagen solchen Kauff-Brieff in judicio ediren/ und beglaubte Abschrifft/ jedoch auff meine Kosten/ ad Acta bringen laßen solle. Da benebst zu declariren/ daß die zu meinem Beweise gesetzte Frist/ nicht eher als von dem Tage an/ da solche edition ad Acta würcklich bewerckstelliget worden/ und ich die Abschrifft dieses documenti aus dem Judicio erhalten habe/ ihren Anfang nehmen möge. Versichere mich rechtlicher deferirung/ und verbleibe dagegen/ &c.

714 Cui petitioni justæ Judex omnino deferre tenetur; & tunc probaturus, omne damnum evitare poterit. dummodo post elapsum terminum editioni præfixum denuo instet, & apud Iudicem de adhibita diligentia protestetur, simulque arctius mandatum con-
715 tra adversarium petat. qua Cautela etiam ipse Reus, cui repro-
716 batio injuncta fuit, uti poterit, mutatis tamen mutandis in formula actoris. Cum vero sæpius accidere soleat, ut partes in judicio litigantes non a se invicem, sed a tertio aliquo, cum quo tamen in lite non versantur, editionem alicujus documenti petant, uti
717 jam antea in hâc positione *n. 119. & seqq.* monuimus, caveat petens editionem, ne in accusatione contumaciæ, petitum eo diri-

gat

gat, ut documentum pro edito & recognito habeatur, ſiquidem per hanc ineptam petitionem nihil in Proceſſu efficiet, cum tertius ad editionem conventus, cum cauſa principali non concurrat, adeoque nec lucrum nec damnum de proceſſu principali habere poſſit. Cautius vero aget, ſi per proceſſum mandatorum ad editionem conventum per Judicem eo adigat, ut ſententiæ vel præcepto Judicis pareat, uti jam antea in *n. 123.* oſtendimus. Poterit enim tunc Judex, facta contumaciæ accuſatione, pœnam indicere, eamque tamdiu exaggerare, donec paritio facta fuerit. Hanc cautelam commendat Rutger Ruland *de Commiſſar. p. 2. lib. 5, cap. 26.* eamque ſuo tempore jamdum adhibitam fuiſſe in cauſa Melchior Werners/ contra Hanſen Schwendendörfferiſche Erben teſtatur Carpz. *conſt. 17. Def. 31.* ubi in fine tale præjudicium habetur: daß Bekl Schwendendörfferiſche Erben nochmahls/ und zwar bey Vermeidung 100 Gfl. Straffe den libellirten Wechſelbrieff zu Klägers Nothdurfft entweder vorzulegen / oder daß ſie denſelben bey ſich nicht gehabt/ noch gefährlicher Weiſe von Abhänden kommen laßen zu ſchweren ſchuldig. 718

Poſſemus hic etiam de tempore oblationis ad Iuramentum editionis aliquid addere, ſed cum in Sectione 4. de fatalibus Iuramenti exprofeſſo agere inſtituti noſtri ratio ſit, hanc materiam reſervamus. 721

Coronidis loco adjicimus adhuc, quod ſicut privatus contra privatum, pro ſuo intereſſe, editionem Documenti ad ſe pertinentis, petere poteſt; ita multo magis Majeſtas in Imperio aliusque Princeps Jura territorii & Jus collectandi habens, ſubditis ſuis imperare poterit, ut ipſi ad conſtituendas collectas, contractus acquiſitionis immobilium, quæ ab ipſis poſſidentur, edant, aut bona ſua mediante Iuramento in qualitate & quantitate profiteantur, ad hunc finem, ut certum proportionabile quantum cuique pro bonis ipſius aſſignari poſſit, ſecundum quod collectas ſolvat, ne unus forte ſubditus præ alio prægravetur, & certa Cataſtra ſeu libri Æſtimii in provincia conficiantur. Ad hanc editionem vel juratam 722

profesſionem quemlibet ſubditum obligatum eſſe, nemo negabit,
723 qui Jus ſummæ Majeſtatis in bona ſubditorum conſiderat. Priorem modum practicatum fuiſſe in Electoratu Saxoniæ annus præterlapſus docuit, ubi, ad eruendum quantum der Vermögenſteuer/ quilibet ſubditus, ſeine in Händen habende Kauff- Erb- und Tauſch Contractus über ſeine immobilia, apud Præfectos, vel Magiſtratus loci cujus-
724 vis, producere opus habuit. poſterior vero jurata profeſſio non multis abhinc annis à glorioſiſſimo Friderico Wilhelmo Magno Elector Brandenburgico, piiſſimæ memoriæ, in Ducatu Magdeburgico per Commiſſarios inſtituta reviſione, a ſubditis cujusvis loci exacta fuit, ad hunc finem ut novum Cataſtrum ſuper bonis immobilibus
725 ſubditorum conficeretur; ex quo veluti per microcoſcopium totius Ducatus immobilia, eorumque qualitas & quantitas cognoſci & dijudicari poſſet, an aliquis ſubditorum in Collectis prægravaretur:
726 In hoc opere immenſi laboris, quod plerisque in principio deſperatum videbatur, inſignem atque nunquam ſatis laudandam operam exhibuit ſidus Nobilitatis Magdeburgicæ fulgentiſſimum atque incomporabile, Vir Generoſiſſimus Dominus Carolus de Dieskau Hereditarius in Dieskau, Lochau & Pruckdorff, Potentiſſimi Regis Boruſſiæ a Conſiliis ſtatus intimus, Regiminis & Provinciæ Ducatus Magdeburgici &c. per artificium ingenioſum tabularum Re-
727 viſoriarum, tam concinne & compendioſe contractarum, ut totius Ducatus bona immobilia, eorumque poſſeſſores in toto Circulo Salano, veluti in perſpicillo offendere & videre liceat, ad ſummam utilitatem omnium Magiſtratuum & Judiciorum, coram quibus forte ſuper quantitate vel qualitate immobilium, nec non ſuper ſolvendis collectis controverſiæ oriuntur. Per quam reviſionem, cum per
728 multi antea in quanto collectarum prægravati ſubditi ſublevationem onerum acceperint, æternas gratias indefeſſo labori Viri incomparabilis ſe debere, omnes fideles ſubditi Ducatus Magdeburgici

mecum

mecum ingenue confitentur; repetentes elogium, Cæciliæ olim, plus reclamante voce, artificioſe in Mauſoleo poſitum:

Semper honos Nomenque tuum laudesque manebunt

Sufficiant hæc de Iuramento Editionis.

CAP. III. POSIT. III.

DE CAUTELIS CIRCA JURAMENTUM IN LITEM

ABſolutis Juramentis Manifeſtationis Exhibitionis & Editionis, progredimur nunc ad aliam ſpeciem Juramenti neceſſarii, quod JURAMENTUM IN LITEM dicitur. Sæpius enim fieri ſolet, ut Tutores, Curatores, negotiorum geſtores, aliique, qui bona aliena adminiſtraverunt, aut etiam vi, dolo, vel clanculum eadem occupaverunt, aut rem ad ſe non pertinentem ſcientes injuſte retineant, & tamen vero domino eandem reſtituere, rationes ſecundum Inventarium reddere, vel rei ipſotum culpa peremtæ pretium ſolvere, damnaque reſtituere, renuant: ad horum igitur contumaciam compeſcendam Jus Civile introduxit hoc Juramentum. uti patet ex *l. 4. in princ. verſ. Curatores in verb. autoritas Juris ff. de in litem jurando. Add. Illuſtris D. Stryk in uſu Pandectarum Moderno ad tit. ff. de in litem jurando* §. 1 Adeoque hoc ipſum Juramentum partim ex æquitate introductum fuit, quæ non patitur rem ſuam alicui invito per violentiam juſto etiam pretio aufferri *per l. 70. ff. de Verb. ſign.* cum potius ex æquitate ei ſatisfaciendum ſit, qui invitus re ſua carere compellitur. *l. 9. ff. rer. mot.* partim ex neceſſitate, cum ſæpius Rei ablatæ vel injuſte retentæ & occultatæ æſtimatio aliunde probari non poſſit. Adeoque læſo permittitur rem ſuam pluris æſtimare, ut alterius dolus, culpa vel contumacia ſimul puniatur *l. 5. §. 4. l. 8. & l. ult. ff. de in lit. jurando.* Nolumus vero

vero circa hoc ipſum Juramentum explicandum longiores eſſe, cum integri Commentarii ad Titulum Digeſtorum & Codicis, de in litem jurando, pluriimique eruditisſimi tractatus, veluti *Dd. Johan. Baptiſtæ Ploti, Hugonis Donelli, Phanucii de Phanuciis, Zachariæ Prüſchenckii, Johannis Ottonis Taboris, Wolffgangi Adami Lauterbachii*, aliorumque extent. Sed ſaltem certas Cautelas quasdam
9 10 utiles circa hoc Juramentum obſervandas, indicabimus. Definitionem hujus Juramenti ex B. Struvio ejusque *Synt. Iur. Civ. Exerc. 17. theſ. 58.* hanc ſubminiſtramus, quod ſit tale Juramentum, quo propter intervenientem dolum & culpam adverſarii, rem ad ſe non pertinentem non reſtituentis, aut non exhibentis Judice deferente, Actor rem ſuam mediante Juramento æſtimat, tanti ſibi haberi.
11 Hujus Juramenti tres ſpecies conſtituit. Henricus Pirrhing in *Comment. ad Ius Can. lib. 2. Decret. tit. 14. ſect. 1. §. 2. n. 19. & ſeqq. pag. 433.* (1) VERITATIS (2) AFFECTIONIS & (3) quod præſtatur SUPER INTER-
12 ESSE SINGULARI, quod ipſum Juramentum intereſſe ſingularis extra rem appellat Beuſtius *ad rubr. ff. de Jure jurand. n. 141.* & Joh. Schneidewin in *Comment. ad §. 11. n. 33. ſeqq. & ad §. 31. n. 22. Inſt. de Action.* pu-
13 tamus tamen ſufficere communem diviſionem, ſecundum quam Juramentum hoc vel VERITATIS vel AFFECTIONIS eſt, ad quod ipſum affectionis Iuramentum, etiam tertium quod ſuper intereſſe ſingulari
14 præſtatur, referri poterit: Deſcribitur vero *Juramentum in litem veritatis*, quod ſit tale Juramentum, quo res in Judicium deducta, quæ ex culpa vel negligentia adverſarii interiit, aut deterior facta eſt, ab Actore, jubente Iudice, æſtimatur, quanti ipſius revera intereſt rem ſibi non reſtitui. *Iuramentum Affectionis* vero, quod
15 ſit tale Iuramentum, per quod Actor jubente Iudice non ſolum rei, quæ propter dolum & contumaciam adverſarii ipſi abeſt, verum precium, ſed etiam damnum quo afficitur, propter hoc quod
16 invitus hac re carere cogatur, æſtimat, vid. Plot. *in tract. de in lit. jurand. cap. 2.* quamvis vero B. Carpzovius *p. 1. conſt. 23. def. 19. &*

p. 3.

p.3.dec.265.n.10. item in Proc. tit.12. art.4. n.7. cum quo facit laudatissimus Struvius *in loco supra allegato thes.59.* circa finem, docuerint, quod hodiernis moribus differentia inter Iuramentum Veritatis & Affectionis in judicando non multum attendatur sed saltem in Iudicis arbitrio resideat, num Iuramentum Veritatis, num vero Affectionis imponere velit Actori: cum pace tamen tantorum virorum, ab ipsorum opinione recedimus. Siquidem distinctio ipsa nonsolum fundamentum suum habet *in l. 8. ff. de in lit. Jur.* ubi ICtus Marcellus distincte loquitur in verb. *quanti res est, an quanti Juratum* &c. ubi priora verba *quanti res est* de Iuramento Veritatis, sequentia vero, *quanti Juratum est*, de Iuramento Affectionis accipimus. Ita ut per prius vera rei æstimatio probetur, per aliud vero illa ex arbitrio Actoris constituatur, ad puniendum dolum & contumaciam Rei, & in solatium Actoris, qui re sua invitus carere cogitur. Cum igitnr hæ ipsæ æstimationes inter se multum differant, & Iuramentum veritatis saltem propter culpam vel negligentiam, Affectionis vero propter solum dolum vel ob contumaciam Reo convento imponatur, adeoque ipsa Iuramenta ex diversis causis proveniant, utique sua sponte fluit, diversa Iuramenta inter se esse, adeoque arbitrio Iudicis absoluto neutiquam relinqui, an hoc vel illud imponere Actori velit, siquidem diversorum diversum est Judicium *per l. 83. §. sacram ff. de Verb. oblig.* Stephan. Gratianus *in decis. March. dec. 32. n. 8. & dec. 42. n. 10.* accedit, quod res in litem deductæ varii generis sint. Quædam enim ita sunt comparatæ, ut in eam specialis affectio cadere possit; iniquus ergo esset Iudex, quando Actorem ad Iuramentum veritatis ablegare vellet, cum per hoc saltem veram æstimationem impetraret, cum tamen re sua invitus carere cogeretur, Reus vero, qui forre etiam affectionem ad rem petitam habet, ex dolo & contumacia sua commodum sentiret. Quod utrumque æquitas non permittit. quædam vero res ita sunt comparatæ, ut in easdem affectio aliqua

ſpecialis cadere non poſſet, ſuper quibus certe Juramentum affectionis male deferret Judex: cum quodlibet Juramentum præſupponat exiſtentiam rei; ſuper qua præſtandum eſt. Sentimus igitur cum illuſtri D. Strykio, *in Vſu moderno ad h. t.* §. 2. ubi egregie oſtendit ex omnium Practicorum Doctorum opinione utrumque Iuramentum veritatis & affectionis etiam hodie in judiciis noſtris
28 inviridi obſervantia eſſe. Reclamat quoque Carpzovio praxis Iu-
29 diciorum communis, de qua teſtatur Lauterbach *ad tit. ff. de in lit. Jurando* §. 1. *n. u.* in FORO MAGDEBURGICO res minus dubii habet, poſteaquam clarus textus adeſt, in quo Iuramentum in litem Veritatis & Affectionis expreſſe contradiſtinguntur, in Ordinatione proceſſus de Anno 1686. *cap.* 39 § 5. in verb. dem Iurameu-
30 to in litem tam affectionis quam veritatis &c. in illo tamen neutiquam repugnamus, quod Iudex omnino arbitrari teneatur ante impoſitionem utriusque Iuramenti, quodnam imponendum ſit;
31 non quidem ex abſoluto arbitrio, ſed reſtricto ad ſtatum cauſæ præſentis, habito ſcilcet reſpectu, an dolus & contumacia, contra Reum conventum, probata fuerint, an vero ſaltem aliqua culpa
32 aut negligentia ipſi imputanda: ita quidem, ut priori caſu Iuramentum affectionis, poſteriori vero Iuramentum veritatis præſtandum Actori injungat. Ex hoc arbitrio Iudicis reſtricto vero neutiquam inferendum ad totam negationem differentiæ inter Iuramentum veritatis & Affectionis, & quod diviſio hæc, quam tamen ipſe Carpzovius ſundamentum in re habere & ab interpretibus receptam
33 eſſe in *d. def.* 19. *n.* 7. fatetur, in praxi non ſit attendenda. Siquidem Arbitrium Iudicis a Iure regulari debet, uti ipſe B. Carpzovius do-
34 cuit *pract. crim. p.* 3. *quæſt.* 120. *n.* 4. atque in hoc ſano ſenſu, arbitrium Judicis legibus regulatum, etiam circa impoſitionem Iuramenti veritatis & affectionis verſari poteſt, ſcilicet ut non excludatur Regula Juris, quæ in Iuramento affectionis ad dolum & contumaciam,
35 in juramento Veritatis vero ad culpam, levem vel negligentiam reſpi-

ſpicere jubet;&ſic Judex ſecundum leges &æquitatem & ex qualitate facti,& perſonarum arbitrari & Juramentum hoc deferre debet, uti bene monet Plot. §. *47. n.17.* In hoc ſenſu ſano quoque accipiendus textus der Magdeburg. Proceß-Ordnung *cap.39.§.5.* in verb. dem Iuramento in litem, tam affectionis, quam veritatis, ſo gleichfalls von dem Arbitrio Iudicis dependiret &c. Cui conformis eſt *Ordinatio Cancell.Brunſv.Lunebnrg.Hannov. de Anno 1663. tit.24. §.6. verſ.* und zwar nach der Sachen Beſchaffenheit das Juramentum æſtimationis ſive veritatis, oder auch affectionis. Inſuper tamen non negamus, quod *in tit. ff. de in litem Jurando* proprie & præcipue agatur de Iuramento Affectionis, quod propterea etiam ordinarium & καθ' ἐξοχὴν jusjurandum in litem dicitur; Iuramentum veritatis vero extraordinarium appellatur ſeu irregulare; quoniam ob ſolam culpam levem vel negligentiam defertur, ubi regulariter Iudex ipſe æſtimationem facere debet, quæ per teſtes tanquam probationem ordinariam, non per Iuramentum facienda eſt, juxta *l.4.§.4.ff. de in lit. Jurando* & quæ ad eam notat Godofredus *n. 27. & 28.* confer D.Petrum Mullerum, moderatorem ſtudiorum meorum Ienenſium in notis ad Syntagma Struvii *Exerc.17. theſ.59. lit. B.*

Cautelæ igitur, circa IURAMENTUM *in litem* AFFECTIONIS tam Iudici, quam etiam partibus proficuæ eſſe poterunt, ſequentes. PRIMA concernit ipſam Actionem, quæ an in Iudicium deducta fuit, & per quam res aliqua petitur. Non enim in quavis cauſa vel actione Iuramentum in litem Affectionis locum invenit. Regulariter enim ſecundum communem Dd. opinionem in bonæ fidei Iudiciis ex arbitrariis actionibus ſaltem admitti debet. quod probant ex verbis *l.5. princ. ff. de in lit. Iurando.* ubi ICtus Marcianus ita loquitur: *in actionibus in rem & in ad exhibendum, & in bonæ fidei Judiciis in litem juratur.* Siquidem in bonæ fidei judiciis libera poteſtas Iudici permiſſa eſt, ex æquo & bono æſtimandi, quid alter litigan-

tigantium alteri præstare teneatur. & hæc judicia seu actiones bonæ
49 fidei pleræque enumerantur in §. *28. & 29. Inst. de actiouibus*, sub quibus tamen etiam alias, similem naturam habentes actiones, implicite comprehendendas esse, probat. D. Struv. *Synt. Jur. Civ. Exerc. 46. thes. 71.* ubi simul easdem recenset. Locum habet igitur
50 Iuramentum in litem in actione DEPOSITI per *l. 1.* §, *26. & l. 5.*
51 *depositi.* In VENDITIONE si scil. venditor potestatem restituendi habet, nec restituit per *l. 1. ff. de Actione empt.* vel dolo malo fecit, ut possessionem rei venditæ amiserit, vel etiam ea perierit. Ipse certe in litem jurare potest emptor, quanti æstimaverit rem venditam per *l. 1. 2. & 8. ff. de in lit. Jurando.* Sic & in Iudicio *familiæ erciscundæ. Vid. Friaeric. Pruckman. Vol. 1. conf. 2. n. 370. Plot. d. tr.* §. 15. *n. 1.* &
52 LEGATARIO defertur contra heredem vid. Menoch. *tom. 5. conf. 46. n. 10.* & in summa in omnibus illis actionibus bonæ fidei, in quibus de restituenda aut exhibenda re nostra agitnr, in litem juratur *per l. 2. pr. ff. eod.* In arbitrariis quoque actionibus, quando Reus secundum
53 arbitrium Iudicis Actori rem non restituit, vel exhibet aut solvit quoniam Iudex ex bono & æquo, secundum cuiusque rei naturam de qua actum est, æstimationem facere potest, qualis satisfactio Actori præstanda sit, hoc Iuramentum affectionis locum invenit, veluti in ACTIONIBUS in REM *l. 3. princ. ff. de in lit. jur.* REI VINDI-
54 CATIONE per *l. 68. ff. de R. V.* quod etiam ad utilem rei vindicationem Vasallo ob feudum competente extendit Ioach. Mynsinger *lib.*
55 *4. obs. 61. n. 7.* nec non in ACTIONE PVBLICIANA & RESCISSO-
56 RIA, item CONFESSORIA & NEGATORIA, non minus in PETITIONE HEREDITATIS ut & INTERDICTIS adipiscendæ & retinendæ possessionis, per ea quæ habet D. Struv. S. I. C. *Exerc. 17.*
57 *thes. 63.* ubi leges & autoritates allegat. Item in ACTIONE HYPOTHECARIA *l. 17. §. 3. ff. de Hypothec.* ACTIONE AD EXHI-
58 BENDVM *l. 5. ff. h. l. & l. 3. §. 2. ff. ad exhib. ibique* Sichard. *n. 2. Cod. ad exhib.* Ploto *in tract. de in lit. jurand.* §. *23.* 11. *1.* Sic & in causa adexhiben-

hibendum documentum contra detrectantem editionem in litem juratur. *l. 10. ff. & l. 1. 2. & 4. C. h. t.* Beatus D. Johann Chriſtophorus Herold, in cinere, ob innumera beneficia mihi exhibita, Parentis loco mihi venerandus, *in Conſilio 84.* ex iis, quæ ante aliquot annos obitus ſui edidit. Quod etiam procedit contra alium conventum ad rem aliquam exhibendam, ut vindicetur. *Iacob. Menoch. tom. 9. conſ. 834. n. 14.* ut & in actione in factum, veluti ex Bartolo, *in l. in actionibus n. 9. ff. de in lit. jurand.* probat Frideric. Pruckman. *Vol. 1. conſ. 2. n. 370.* Porro contra adminiſtratorem vel Tutorem, ubi liber rationum male confectus reperitur, vel Tutor inventarium edere detrectat. Menoch. *tom. 10. conſ. 913. n. 10.* Matth. de afflict. *dec. 360. n. 1. & 2.* Quod etiam contra heredem vel alium poſſeſſorem hereditatis inventarium vel juratam ſpecificationem detrectantem edere, competit Matth. Weſenbec. *p. 7. conſ. 350. n. 76.* Richter *p. 1. dec. 58. n. 40. ſeqq.* item contra negotiorum geſtorem & computatorem non probantem. Idem Weſenb. *p. 7. conſ. 331. n. 284.* non minus in condictione furtiva, Chriſtoph. Beſold. *conſ. Tubing. 205. n. 5.* Sic & contra furem, prædonem, latronem, ſpoliatorem, propter damna, expenſas & rerum ablatarum æſtimationem, nec non fructus ex rebus ſpoliatis, perceptos & percipiendos ſpoliatum & læſum admittendum eſſe probat Plotus *d. tr.* §. *46. n. 2. & 3.* ſtatur etiam juramento damnum paſſi probata violentia, ſuper damnorum quantitate & æſtimatione, & ſi vis vera non intervenerit, aut clam & injuſte occupata ſit poſſeſſio. Weſenbec. *p. 7. conſ. 332. n. 35. ſeqq.* imo etiam in eo caſu hoc Juramentum admittitur, ubi ex partium conventione compromiſſum, vel pactum initum fuit, quod pars velit ſtare Juramento partis læſæ, ſuper damno emergente, lucro ceſſante, expenſis, meliorationibus, precio rei, intereſſe, aliisque ſimilibus, Idem Plot. §. *47. n. 1.* ubi ſimul *n. 16.* probat, quod Judex teneatnr hoc Juramentum ex conventione deferre & approbare, ſecus appellationi locum eſſe. Nolumus hic in recen-

59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70

sendis actionibus arbitrariis tam in rem, quam in personam prolixiores esse, sed B. L. remittimus ad B. D. Mulleri Commentarium *ad Synt. Struvianum, ubi ad exerc. 17. th. 63.* hanc materiam fusissime tractavit, & pro more suo plurima laborisime congesit.

Quantum ad ACTIONES STRICTI JURIS attinet, in qui-
71 bus Iudicis potestas conventioni partium ejusque verbis adstricta est, ut eadem in judicando Judex excedere, & vel in plus, vel in minus, aut aliud quam verbis expressum est a Contrahentibus, & ab Actore petitur, reum conventum condemnare nequeat *per l. 99. & l. 126. ff. de Verb. obligationib.* quales actiones in contractibus, qui
72 ab altera parte solum obligant, profluunt; veluti in condictionibus certi, ex mutuo, stipulatu, ex testamento, & similibus: inter Dd. controvertitur, num in hisce Iuramento in Litem affectionis locus esse possit? Communis Dd. opinio est, quod in his actionibus Iuramentum Veritatis in Litem actori imponendum sit, adeoque Iuramento in litem Affectionis locus non detur. uti docuit Petrus de
73 Bella pertica *in l. argentarius §. cum autem in 4. ff. de edendo. Bart. ad l. si quando C. unde vi. num.* 1. Jason *ad d. l. num. 34.* Rationem reddit Math. Wesenbec. *in Commentar. ad ff. h. tit.* quoniam stricta & angusta est Judicis potestas in his Judiciis & a formula judicandi sibi præscripta recedere non potest. Cum vero in hac formula non inveniatur expressum arbitrium seu potestas deferendi hoc juramentum, utique neque Judex eandem arrogare sibi posset,
74 præsertim ubi res petita adhuc extat. Contra B. Carpzovius *part. 1. const. 23. def. 19.* affirmativam amplexus est, ubi in genere docuit, quod in omnibus actionibus hodie in litem jurari possit, sive
75 sint bonæ fidei in rem vel personam conceptæ, ubi res restituenda petitur, sive stricti Juris, arbitrariæ & non arbitrariæ, dummodo adsit causa magna, justa & sufficiens. allegat Andr. Rauchbarum *p. 1. qu. 9. n. 32.* qui se fundat in *leg. 5. §. ult. & leg. 6. ff. de in lit.*
76 *jurand. & leg. 61. ff. de Rei Vindicat.* At quando quis textus allegatos evolvit

volvit, repetire poterit, quod *in leg. 5. §. 4.* non tradatur regula generalis, ſed ſaltem ſpecialis caſus adducatur in verbis: *plane interdum & in actione ſtricti judicii in litem jurandum eſt, veluti ſi promiſſor ſtichi moram fecerit, & ſtichus deceſſerit, quia judex ſine delatione juramenti æſtimare non poteſt rem, quæ non extat.* Ex caſu ſpeciali vero non licet inferre ad genus: neque a particulari ad univerſale. In lege ſubſequente *6.* vero negativa ſententia expreſſe legitur poſita, ſcilicet, quod ubi ex teſtamento vel ex ſtipulatu agitur, in litem jurari non ſoleat. Lex quoque allegata *61. ff. de Rei Vindicat.* thema probandum non exhaurit, dum clarus textus demonſtrat, quod ibi agatur de caſu, ubi dolo adverſarii factum fuit, quo minus res petita reſtitui non poſſit, puta, quod interiit, atque tunc ſaltem Juramento in litem affectionis locum, & adverſarium condemnandum eſſe, in quantum Actor juraverit, dicitur; quin & verba finalia legis clare indicant, quod in ea agarur ſaltem de his interdictis & actionibus in rem & perſonam, ubi ex arbitratu Judicis quid reſtituitur, de quibus actionibus arbitrariis, ante docuimus quod in his omnino locus Juramento Affectionis ſit. At nemo aſſerere ſecundum jura & naturam actionis ſtricti Juris poterit, quod quævis actio ſtricti Juris ſimul ſtatim etiam ſit arbitraria. Beatus quoque D. Brunnemannus in Comment- *ad l. §. 4. ff. h. t. n. 9.* docuit, quod Juramentum in litem inſtricti Iuris Judiciis locum non inveniat, niſi poſt moram res extincta fuerit, ubi tamen Juramentum in litem non affectionis ſed veritatis admittit. Atque de hoc ipſo Juramento Veritatis Carpzovium accipiendum autumat, quoniam Rauchbarus in loco ab ipſo allegato, de Jutamento Veritatis ageret. Cum quo etiam conſentit Donell. *lib. 26. cap. 10. lit. F.* & Jeremias Setſerus *in Tract. de Iuramentis lib. 5. cap. 5. n. 55.* ubi expreſſe docuit quod in legibus, quæ pro imponendo Iuramento in litem in ſtricti Juris Iudiciis proferuntur, agatur de Iuramento in Litem Veritatis, ubi juratur quanti res eſt, ſcilicet quando Actore

77 78 79 80 81 82 83 84

veram rei in Iudicium deductæ, & ab adversario deperditæ æstimationem, ex delatione & taxatione Iudicis mediante Iuramento profitetur. Nos mediam viam incedentes sub limitatione rem
85 controversam expediri posse putamus, habito scilicet respectu (1) ad personam, ad restitutionem rei alicujus conventi, an scilicet ob dolum & contumaciam ipsius res in judicium deducta interierit
86 ut restitui non possit. Et (2) an propter accidens extrinsecum specialis aliqua affectio in rem petitam cadat, vel damnum aliquod ob restitutionem debito modo, loco & tempore, secundum sententiam Iudicis perficiendam, a reo vero morose denegatam Actori ac-
87 ciderit. Hisce requisitis concurrentibus non dubitandum, quin etiam in stricti Iuris Iudiciis Iuramento in litem affectionis locus esse possit, ita ut non solum ad veram æstimationem rei petitæ respiciatur, verum etiam ob affectionem extrinsecam Rei, Actori
88 permittatur in plus jurare. Quoniam ratione hujus interesse extrinseci Iudicis arbitrium accedere debet, ut Actori, ob dolum & contumaciam adversarii læso, satisfiat, ita ut Iudex præter naturam Actionis, adhuc ex æquo & bono æstimet, qualis satisfactio applicanda sit Actori: ad similitudinem actionum bonæ fidei, ita ut ra-
89 tione hujus interesse extrinseci etiam actio stricti Iuris arbitraria reddatur. Veluti bene ostendit Schneidevvin *in Comment. ad tit. Inst. de Action.* §. 31. *num.* 19. & sentit nobiscum quoque Dn. Strykius, *qui in usu Pandectarum moderno ad h. t.* §. 6. ita loquitur: *sed si ponamus terminos habiles, ubi etiam in contractu stricti Juris res interiit, in quam cadere possit singularis affectio, non video, quare Juramento affectionis locus esse non possit.* Et talis casus singularis affectionis habe-
90 tur in *l.* 5. §. 4. ubi promissor Stichi moram fecit in eo exhibendo, & Stichus decessit, cum in hunc quoq; Stichum singularis affectio cade-
91 re potuerit, adeoq; locum Iuramento affectionis ICtus dare voluit. Nullam igitur rationem prohibere, quare affectioni Actoris non æque indulgendum sit in stricti Iuris Iudiciis, quando res affectioni

obno-

obnoxia ob dolum & contumaciam alterius non exhibetur, quam in bonæ fidei contractu; egregie docuit laudatissimus Strykius in loco allegato, ubi simul assertionem suam exemplo adducto de libris hereditariis illustrat, atque in fine §. addit. quod quia secundum 92
Ius Canonicum omnes contractus bonæ fidei sunt, etiam in omnibus actionibns ex contractu provenientibus Iuramentum in litem tam veritatis quam affectionis locum habere possit.

Circa Actiones ex DELICTO PROVENIENTES notandum, 93
quod & in iis Iuramentum in litem locum inveniat, si saltem civiliter & pecuniarie agatur, & ad pœnam pecuniariam fisco applican- 94
dam *per l. si quando C. unde Vi & cum fin. de his quæ vi metusve causa* ut & in bonæ fidei Iudiciis contrariis, si non de damno pecuniario, sed de fide rupta agatur, vid. Andr. Rauchbar. *d. quæst. 9. n. 32.* in fine, ubi Plotum pluresque Autores allegat. Ipsum vero Rauchbarum 95
de Iuramento in litem veritatis loqui antea ex B. Brunnemanno indigitavimus.

Ex hactenus prolatis SECUNDA CAUTELA circa Iuramen- 96
tum Affectionis sequitur, scilicet quod ad impositionem ejusdem præcise requiratur, ut dolus & contumacia probetur contra Reum ad exhibendam vel tradendam rem a Iudice condemnatum. ita enim de dolo ICtus Paulus loquitur *in l. 2. §. fin. ff. de in lit. jurand.* 97
cum vero dolus & contumacia, non restituentis vel non exhibentis, quanti in litem juraverit Actor æstimatur. Et in l. qui restituere 68. ff. de Rei Vindicat. Ulpianus dicit: *si dolo fecit Reus, quo minus possit rem restituere, quantum adversarius in litem sine ulla Taxatione in infinitum juraverit, damnandus est.* De CONTUMACIA vero Ulpianus hæc verba habet: *quia crescere condemnatio potest ex contumacia non restituentis per Ius jurandum in litem, non enim res pluris fit per hoc, sed ex contumacia æstimatur ultra rei precium in l, 1. ff. de in lit. jurand.* & Marcellus in *l. tutor 8. ff. eod.* quod & rei contumacia coerceri, & 98
arbitrio domini res æstimari debeat, potestate in litem jurandi ipsi

concessa. Dolus vero & coutumacia non indigent probatione, ubi
99 ad traditionem vel exhibitionem Reus conventus & ad hanc ipsam perficiendam per Iudicem condemnatus, non obtemperat Iudicato vel Iussui Iudicis, cum tamen possit, vel etiam per dolum rem petitam amoverit, vel fecerit, quo interietit. Ita docuit Iason *in l. in actionibus ff. de in lit. Iurand. n. 10.* cum eo Dionysius Gothofred. *in not. ad Ioh. Schneidewini Comment. Inst. §. addit. de Act. §. 31. lit. m.*
100 An vero ob latam culpam vel dolum præsumtum etiam hoc Iura-
101 mentum affectionis imponi poterit? Negativa videtur fundata *in l. 5. §. 3. ff. de in lit. jurand.* ubi Marcianus ita loquitur: *in his omnibus Actionibus solum in litem juratur, non etiam ob culpam, hæc enim Judex æstimat.*
102 Et hanc negativam tenent Bartolus *ad d. l. n. 1.* Jason *n. 25.* Decius *n. 17.* Ploto *in Tract. de in litem jurand. §. 48. n. 13* ubi hanc communem opinionem esse testatur, & cum eo Seraphin
103 de Seraphinis *de privileg. Iuram. privileg. 31. n. 58.* Natta *cons. 545. n. 4.* Cui accedit, quod nec ob dolum præsumtum quidem in litem juretur. Uti docuerunt Bartolus *in l. tutor qui repertorium n. 21. ff. de Administrat. Tut. Dec. in l. 5. ff. de in lit. jurand. n. 18. Seraphin. privileg. 31. n. 27.* Aym. Cravetta *cons. 287. n. 5.* rationem negationis quæ-
104 runt Dd. in vocabulo *solum*, quo ICtus *in l. 5. §. 3.* utitur, quod ipsum tamquam taxativum ad instar reliquorum taxativorum alios
105 casus excludere videtur. atque hanc ipsam opinionem primum amplexus est Ieremias Setser de *Iuramentis lib. 5. cap. 1. n. 17.* ubi in genere docuit, quod nunquam deferatur Iuramentum in litem Actori per Iudicem, nisi ratione doli rei contumacis, adeo ut lata culpa non sufficiat, ubi allegat hunc ipsum textum *l. 5. §. 3. ff. de in litem jurando & autoritatem glossæ in verb. non etiam ob culpam.* Cum quo consentit Frid. Pruckman. *p. 1. cons. 2. n. 423. in verb. concedimus namque*
106 *nonnisi ob dolum in litem jurari posse.* Contrariatur tamen sibi ipsi idem Setser. *lib. 5. cap. 6. n. 11.* ubi affirmativam tanquam veriorem defendit, quod scilicet etiam ob latam culpam, adeoque etiam ob

dolum

dolum præſumtum in litem jurari poſſit . Ex ratione quod lata cul- 107
pa non ſolum dolo æquiparetur, per *l.* 1. §. hæc actio *ff. ſi menſ. falſ.* 108
mod. dixerit. ſed etiam doli ſpecies ſit, quod ipſum probatur ex *leg.*
quod Nerva 32. *in verb. fraude non caret ff. depoſiti* & quæ ad eam no- 109
tavit Accurſius, qui dicit; latam culpam Iuris interpretatione do-
lum præſumtum eſſe. Reſpondet ſimul Setſerus ad *leg.* 5. §. 3. *ff. h. t.* 110
quod vocabulum SOLUM, quamvis ſit taxativa, tamen ſaltem
excludat id quod minus, non vero quod æquale eſt. Et certe 111
ea Natura eſt vocabulorum taxativorum, ut non excludantur caſus
ſimiles per alias leges expreſſi, neque etiam æquipollentes & in
quibus eadem eſt ratio. Veluti docuit Bachov. ad Treutler *lib.* 1.
diſp. 25. *theſ.* 7. *lit. F.* Caſtrenſis *vol.* 2. *conſ.* 157. *col.* 1. *verſ. ſed etiam*
attenta forma. Ipſe vero Setſerus ſimiles calus ex legibus adduxit; 112
veluti de AGRIMENSORE, de quo licet *in l.* 1. §. *hæc Actio ff. ſi falſ.*
mod. dicatur, quod duntaxat de dolo teneatur, hæc taxativa tamen
non impediat, quo minus agrimenſor, etiam latam culpam præ-
ſtet, quod ipſum tamen patet ex alleg. textibus verſ. Lata culpa. item 113
de DEPOSITARIO, *exl. contractus de R. I. & l.* 32. *ff. depoſiti*, *&*
de PRECARIO *ex l. quæſitum* §. *eum quoque ff. de precar.* & tandem
n. 13. declarat legem 5. *ff. de in lit. Iur.* quod per vocabulum SOLUM 114
tantum excludatur culpa levis & leviſſima, quæ minus quid eſſent
quam dolus, non vero lata culpa, quæ dolo æqualis eſſet. Et hu-
ic opinioni affirmativæ etiam adhæret Hondedæus *vol.* 1. *conſ.* 19. *n.* 36 115
Seraphin. de Seraphinis *priv.* 31. *n.* 20. *& ſeqq.* qui docent, quod eti- 116
am obdolum præſumtum Iuramentum hoc deferendum ſit, puta ſi
Reus rem deſierit doloſe, ut eam amplius non poſſideat, vel eti-
am, ubi ex ipſius culpa lata factum fuit, quo minus facultatem reſti-
tuendi habeat *perl.* 69 *ff. de Rei vindic. & l.* 16. §. 3. *ff. de pignorat.* cum
allegatis Autoribus faciunt quoque Ilico Ummius *ad Proc. diſp.* 20. 117
n. 12. Merckelbach ap. Klock *vol.* 3. *Conſ.* 168. *n.* 32. *ſeqq.* Carpz. *lib.* 6.
Reſp. 68. *& in jurisprud. p.* 1. *conſt.* 23. *def.* 18. *n.* 5. imputet enim ſibi 118
juſſus

119 juſſus reſtituere, quod juſſui Judicis non paruerit adeoque contemtus Judicis pœnam luat. Cum igitur ſub appellatione doli etiam culpa lata contineatnr, veluti apparet *ex l. 2. C. de in lit. Iur. in verb nec dolus nec lata culpa, junct. l. 1. ff. quandò ex fact. tut.* affirmativam opinionem approbamus. conf. Fulgoſus *in d. l. 5. §. 3. ff. de in lit. jurand.* Zaſius *in lib. 1. ſingul. reſponſ. n. 23.* Franciſcus Duarenus *in d. l. 5. n. 33. & 34.* quos allegat Chriſtoph Beſold. *in vol. Conſil. Tubingenſium conſ 15. n. 118.* ubi dicit hanc affirmativam valde coloratam eſſe,
120 licet ipſe putet, non eſſe recedendum a communi. add. ord. cancell. Brunſvic. Lunæb. Hannoveran. de *anno 1663. tit. 24. §. 6. &* Ordinat.
121 Cancell. Megapolit. Guſtrav. *p. 1. tit. 32. §. 1.* Aliter diſſentientes Doctores conciliare voluit D. Struvius in S.I.C. *Exerc. 17. theſ. 65,* ubi diſtinguit, an ratione peculiaris contractus quid præſtandum ſit, aut extra contractum. Poſteriori caſu dicit ob latam culpam non eſſe locum Juramento in litem, in priori vero hoc admittit: ſed hanc limitationem aliis prudentioribus dijudicandam relinquimus.

Tertia Cautela circa JURAMENTUM AFFECTIONIS hæc e-
122 rit, ut tam Judex quam pars reſpiciat, an res petita, ſuper cujus æſtimatione in litem jurandum eſt, ita ſit comparata, ut in eam vel ex ipſa natura Rei, vel propter accidens ſuperveniens extra ipſam, affectio aliqua cadere poſſit, ita ut ob denegatam traditionem vel ex-
123 hibitionem ejus Actor damnum paſſus fuerit. Prioris exemplum ſubminiſtrat Dn. Strykius, Patronus atque Promotor nunquam
124 ſatis honorandus, in Uſu moderno Pandectarum *ad. tit. ff. de in lit. jurando §. 6.* Titio prætendenti certos libros rariores ex Bibliotheca patris mei, ego per errorem trado, poſtea cum hoc indebite factum eſſe apparet, ego condictionem indebiti intendere volo, quod ipſum olfaciens Titius, libros illos doloſe occultat vel alienat, atque ita per contumaciam denegat reſtitutionem: ipſe Judex imponit ipſi Titio reſtitutionem librorum, cujus ſententiæ tamen Reus non paret. Certe Judex non ſaltem precium commune librorum

in

in æstimando non solum sequi, sed etiam simul affectionem, quam propter raritatem librorum, & quod ipsi ex Bibliotheca Patris mei provenerint, considerare tenetur, mihiqne indulgere, plus per 125
Juramentum æstimare eos. Siquidem, juxta proverbium, quod rarum est, carum est, & major affectio in iis rebus, quæ a parentibus præsertim defunctis obtinemus, communiter esse solet, quam in iis, quas ab aliis accipimus. Posterioris exemplum habetur in 126
l. nummis 3. ff. de in lit. jurand. Deposui apud te mille aureos, quos mihi non restituis, etiam jubente Judice. *E*go debeo Sempronio inille aureos, quorum solutionem sub certa pœna certa die perficiendam promisi. At quia tu aureos depositos mihi non solvisti, incidi in pœnam; hocipsum damnum, quod passus sum ex denegata restitutione depositorum aureorum, dicitur interesse extrinsecum, extra naturam rei depositæ. Atque ad hoc interesse probandum patet mihi aditus ad Juramentum in litem affectionis, ob tuum dolum & contumaciam in restituendis aureis, ut jurare possim, quanti mea interfit, quod aurei ista die mihi non sint ex depo- 127
sito restituti. Ubi cunque vero in res non cadit affectio, non erit locus Iuramento affectionis. Casus ponitur in *d. l. 3. ff. de in lit. ju-* 127
rando, in nummis, ubi deciditur, quod quia hi habent uniformem & certam æstimationem, super his non sit locus Juramento affectionis. Putamus tamen secundum hodiernum cursum monetæ, 128
quod etiam hoc in casu ponendi sint termini habiles, scilicet quod nummi depositi currentes seu communiter usuales sint. Secus 129
vero res se habet, ubi nummi rariores depositi fuerunt, veluti thaleri rariores, quorum unus pro raritate sæpius duobus vel plurimis thaleris comparatur. Circa hos rariores nummos igitur etiam juramento affectionis locus erit. Uti egregie docuit Dn. Strykius ad tit sæpius allegatum, §. 2. Circa hanc tertiam Cautelam igitur multum tribuendum esse Judicis prudentis arbitrio, monet Jacob Menoch. *de Arbitr. Jud. Quæst. lib. 2. cent. 3. Cas. 207.*

n. 1. 2. & 12. Jure ac ratione regulato, quo diligenter dijudicat, Judex atque considerat, quænam qualisve sit res ista, ad quam
131 Actor se affectionem habere dicit. Et enumerat Idem Menoch. *d. l. n. 15.* usque ad finem quatuordecim casus in quibus tam in stricti Juris, quam bonæ fidei Judiciis, secundum leges Civiles in litem juratur, quos evolvere licet.

Quarta Cautela, quæ vel præcipuum usum circa Juramen-
132 tum veritatis locum habet, erit hæc: ut respiciat Judex, an non rei petitæ vera æstimatio per testes vel instrumenta emtionis, permutationis & similia haberi possit. Siquidem hæc me-
133 dia probandi æstimationem ordinaria excludunt remedium extraordinarium, ipsum videlicet Juramentum in litem. Hinc communi-
134 ter exigunt Dd. ut non solum dolus, sed etiam simul adsit probandi vel impossibilitas vel difficultas, antequam ad Juramentum in litem devenire Judex possit. Jason in *l. 5. ff. n. 7. & 10.* Item Barto-
135 lus *ad d. l.* & Decius *n. 31.* quæ communis opinio est. vid Besold.
136 *Cons. Tubing. 15. n. 126.* & consideratur dolus sive ab initio obligationis contractæ adfuerit, quando reus rem de præsenti possidet, & tamen restituere non vult. *l. 25. §. 10. verb. adversus possidentem ff. de hered. petit. l. 18. pr. ff. de dolo malo.* Dolus etiam est non solvere
137 id, quod quis posset & deberet *l. 44. ff.* mandat. & generaliter in dolo versari dicitur, qui non facit & restituit, quod facere & resti-
138 tuere tenetur Paris. *vol. 2. cons. 75. n. 29. Cravetta cons. 75. n. 6.* sive ex postfacto supervenerit, veluti si Reus dolo desiit possidere, vel ex culpa ipsius factum fuit, quo minus facultatem habeat restituendi. *l. 69. ff. de Rei Vind. lib. §. 3. ff. de pignor. Klock. vol. 3. Cons. 168. n. 32. seqq.* Carpz. *l. 6. Resp. 68. & p. 1. const. 23. def. 18. n. 5.* Probationis
139 autem difficultas tunc adesse videtur, ubi res petita ad oculum demonstrari non potest, vel quia non amplius exstat in rerum natura, sed plane interitum passa est ex dolo vel culpa adversarii, uti Iason *in rubr. H. ff. de in lit. jur. & n. 5.* Bart. *in l. quod. Nerva 22.*

post

Gloss. Besold. Cons. Tubing. 15. n. 123. vel quia dolose occultatur vel 140
amota fuit, ut apparere non possit, licet adhuc in rerum natu- 142
ra exstet. Veluti in *casu legis cum res 47. §. 2. & penult. ff. de legat.* 143
1. & in l. si quando C. unde vi. Modest Pistor. *Vol. 1. cons. 27. n. 3. &*
Vol. 2. cons. 8. n. 3. hæc probandi difficultas ubi adest, aliquando
etiam sufficit levis culpa vel sola mora in restituendo, ut Juramen- 144
tum in litem veritatis locum inveniat, contra eum, qui jussus re-
stituere rem, non restituit, & ea postmodum periit. Hoc enim
casu quoque probatur verus valor rei peremtæ per Juramentum in
litem veritatis ab Actore, secundum communem æstimationem. 145
l. qui restituere ff. de Rei vindic. vid. Setser *lib. 5. cap. 5. n. 25.* Et sane hu- 147
jus juramenti veritatis maximus est usus in Practica: Quando enim
Judici vel cuipiam alii rei deperditæ qualitates, usus & effectus
cogniti esse non possunt, Rei vero Dominus vel Creditor, quo pre-
cio rem suam æstimet, optime sciat, ideo Juramentum præsen-
tissimum medium est expediendarum litium, quo mediante vera
æstimatio elicitur. Klock. *Vol. 3. cons. 155. n. 213.* in hoc casu enim 148
in locum rerum amplius non existentium succedit æstimatio. *per l.*
8. pr. vers. si non obtulit, &c. ff. de Legat. 1. Zasius *in l. idem erit n. 28.*
ff. de V. O. ubi generaliter docuit, quod si debitor jussus restituere 149
moram nectat, & res interea pereat, tunc contra eum in litem de
veritate juretur, ad veram rei peremptæ æstimationem; & interesse, 150
neque opus esse, quod actor suum interesse per testes probet, vel et-
iam veram æstimationem Rei deperditæ. imputet enim adversarius 151
sibi, quod contemserit Judicem, qui contemtus sine dolo & con-
tumacia fieri non solet. *add. Gloss. & Dd. in l. qui restituere ff. de Rei*
vindic. & Godofred. in not. Joh. Schneidevv. *ad §. 31. Inst. de Act. n. 23.*
duos casus, in quibus Juramentum hoc veritatis in litem locum 152
habet, allegat, cui addatur Menoch. *lib. 2. cent. 3. cas. 208. n. &*
seqq. ubi simul exceptiones & limitationes adduxit, quem Autorem
B. L. evolvere poterit. confer Caspar Klock. *in relat. Cameral. vot.*

30. & conſ. 135. n. 201. & Conſ. 155. n. 212. ſeqq. Gail. lib. 2. obſ. 4. n. 8. & 9. Ioh. Kœppen dec. 37. n. 14. Setſer de Juram. lib. 5. cap. 6. n. 2. Cer-
153 tum igitur eſt contra Tutorem pupilli, & Curatorem minoris ju-
ramento in litem locum eſſe, ubi hic in initio ſuſceptæ tutelæ in-
ventarium vel plane nullum, vel mutilum & maneum confecit.
154 *per l. Tutor, qui repertorium ff. de Adminiſtrat. & peric. tut.* Siquidem
Tutor vel Curator in dolo verſari videtur, propter hoc de ſolum,
quod inventarium non confecit, adeoque tenetur pupillo ad id,
155 quod inter eſt. *l. ſi tutor 8. ff. de adminiſtrat. Tut.* vid. Hieronymus
Schurff. *conſ. 4. cent. 2.* ubi hanc materiam prolixe tractat. Notabilem
caſum recenſet Dn. Strykius *in uſu Pand. moderno ad tit. ff. de
in lit. jurando* §. 8. de nobili Tutore filiæ nobilis, cujus ſucceſſor fu-
turus erat, quæ cum Inventarium ſuper patrimonio Patris de-
functi expoſceret, cujus confectionem Tutor vel ſtudio, quoni-
am pupilla ſemper ægrotabat, & ſpem de certiſſima morte ipſi fece-
rat, omiſerat, Tutor vero non plusquam 5000 thalerosin here-
ditate paterna fuiſſe diceret, ipſa filia major facta a cognatis proba-
bilem informationem de Patrimonio paterno ſciſcitabat, eamque
impetrabat, quod pater defunctus vel ad minimum hereditatem
30000 thalerorum reliquiſſet, poſtmodum ipſa ad Iuramentum
in litem ſe obtulit & hereditatem paternam 20000 thaleris jurato
æſtimavit, in quam ſummam ipſe Tutor condemnatus fuit. Ex
156 hoc ipſo præjudicio hæc cautela obiter notanda, quod liberi, quo-
rum parentes in infantia mortui ſunt, a cognatis & aliis fide dignis
perſonis, quæ cum Parentibus familiariter & ſæpius converſati fu-
erunt, ut notitiam rei familiaris atque facultatum defunctorum
habere præſumantur, informationem petere poſſint, quantas ipſi
credant facultates defunctorum fuiſſe, hisque exploratis, ad tran-
quillandam couſcientiam minorem ſummam petant, atque ad
Iuramentum in litem præſtandum ſeſe offerant vid. Carpzov. *p. 3.
dec. 265. n. 18.* de Coherede, qui hereditatem defuncti occupavit

quod

quod obligatus ſit ad editionem inventarii vel Iuratæ ſpecificationis, non minus quoque ad reddendas Rationes de fructibus ex hereditate perceptis antea in *ſect. 3. cap. 3. poſ. 1.* docuimus, quod ſi igitur Coheres hanc editionem detrectet, alter Coheres Actor ad Juramentum in litem admittitur. Ita pronunciatum in denen Königl. Preußl. Bergk-Gerichten zu Halle/ in cauſa Marien Heinin Klägerin contra Chriſtoph Groſſen den 2. 7br. 1702. in verb. daß Bekl. Chriſtoff Groſſe eine eigentliche und richtigere Specification, alles desjenigen/ was Er aus der Tendleriſchen Verlaſſenſchafft in natura bekommen/ und ſich angemaſſet/ ohne anhang derer paſſiv Schulden/ binnen 14 Tagen ad Acta zu geben/ und darauff vermittelſt Cörperlichen Eyde zu bekräfftigen/ oder zu gewarten ſchuldig/ daß Klägerin wider Ihn in litem zu ſchweren zu gelaſſen werde. Ex hoc præjudicio obiter notanda hæc Cautela, quod in ſpecificatione jurata non ſimul ſint exprimenda debita paſſiva, præſertim ea, quæ jurans ex hereditate prætendit. Differt ergo in hoc puncto ſpecificatio jurata ab inventario, quod nomina paſſiva ſe paranda, nec per Juramentum poſſeſſoris probanda veniant, ex ratione, ne Coheres vel alius poſſeſſor forte ex colluſione cum Creditore, Coheredem vel verum heredem absque culpa ſua debitorem conſtituat, vel ubi ipſe Creditor eſſe prætendit, ſe ipſum teſtem in propria cauſa conſtituat. Utroque ergo caſu nomina paſſiva a Creditoribus exigenda & per inſtrumenta obligationum vèl aliis legitimis modis probanda ſunt. Arque ex eadem ratione etiam viduæ, ad ſecunda vota tranſientes, cum ſuper defuncti conjugis hereditate in defectu legalis Inventarii, Iuratam ſpecificationem liberis prioris Matrimonii ediderant, inque hac ipſa ſpecificatione, ſimul ſe tantam dotem viro defuncto intuliſſe, poſuerant, a judicio tutelari civitatis noſtræ non admiſſas fuiſſe, per plurima præjudicia expertus ſum, injuncta viduæ probatione ſeparata illatorum contra liberos prioris matrimonii perficienda. Veluti in Cauſa Köppelin contra derer Baſtinelliſchen Kinder Vormündere. it. anno præterlapſo in cauſa Hoffmanniſcher Witben contra Ihres Mannes Tobias Hoffmans Kinder Vormunden aliisque complurimis caſibus, quos evolvere & recenſere nec pagina nec inſtituti ratio permittit.

147 158. 159 160 161 162 163

Alius casus obtigit mihi in causa hereditaria communi & red-
164 dendarum rationum de Reditibus salinariis in Judicio salinatorio
Derer Königl. Preußischen Thal-Gerichte zu Halle / zwischen denen Den-
nerischen Gebrüderen / qui post obitum patris in communione do-
165 mus Salinariæ, des Saltz-Koths zur Rose manserant. Frater natu
major A. D. a Fratre Coherede Frid. D. conveniebatur, quod du-
rante Actoris minorennitate domum salinariam das Erb Koth zur Rose
usurpasset, proventusque salinarios ad plures annos solus perce-
166 pisset; vel ut Idiomate salinatorum utar, Er hatte das Koth zur Ro-
se nach des Vaters Tode alle Jahr besetzet / und darauff gepfannwercket /
Ihme aber dem Kläger / weder von der gewöhnlichen Koth Pension / noch
von dem Jährlich gefallenen Pfänner Gewinn seinen Antheil gegeben: da-
hero denn Actor sein Petitum dahin gerichtet / daß der Bruder conde-
167 mniret werden möchte / Ihme dem Kläger so wohl seinen Antheil von der
Pension des Koths zur Rose / als auch von den Jährlichen Pfänner Ge-
winn / vermittelst richtiger Rechnung zu vergnügen.

Pro meliori intellectu hujus casus notandi Termini obveni-
168 entes technici, nempe (1) **Koth** PENSION & (2) **der Pfänner**
169 **Gewinn.** Ille Terminus ex usu indicat precium conductionis seu
pensionem certam, pro qua domus sali coquendo aptata, salina
170 tori, dem Pfänner (i. e. ei, qui solus conduxit, hanc domum, ea-
171 que solus utitur) vel dem Spänner (h. e. ei, qui aliquem socium,
qui vocatur ein Mit-Spänner / sibi assumpsit) utenda fruenda per
172 annuum tempus conceditur. Hic vero lucrum seu eas accessiones
denotat, quas salinator, deducto precio locationis tam pro condu-
cta domo salinaria solvenditem pro aqua Vor die Sohle / welche Er von
andern Eigenthümern in Versiedung nimmet / und davon eine gewisse
173 Pension / welche die **Ausläufftе** genant und alle Jahr von dem Ambts-
SIS HANOVERANA *tit. 22. §. 5. verb.* In welchen Fall jedoch dem producenten freystehet/ ob er an statt der eydlichen diffession per recognitionem testium die Uhrkunden behaupten wolle. Et hanc Cautelam commendant plerique Doctores Berlich. *p. 1. concl. 44.* 75
n. 48. Carpz. *p. 1. const. 17. def. 14. & in proc. tit. 14. art. 3. n. 66. & seqq.* B Brunneman *in proc. Civ. cap. 19. n. 36. & ad l. 15. ff. de reb. autorit. Judic. posid. n. 13.* Dn. Stryk *in introd. ad Praxin cap. 19. §. 10.* 76
qui simul ibidem firmat, quod hæc potestas producenti competat, etiamsi in sententia saltem de recognitione vel jurata diffessione perficienda mentio fiat, imo quamvis jamdum terminus ad jurandum præfixus, reusque ad Juramentum diffessionis præstandum paratus sit. Cum quo sentiunt etiam Ber- 77
lich. *l. concl. 44. n. 40.* & Gosvvin ab Esbach *ad Carpz. p. 1. const. 17. def. 14. n. 3.* Quamvis vero D. Schvvendendœrffer *od Prot. Fie-* 78
bigii p. 1. cap. 2. membr. 3. §. pag. m. 739. & novissime D. Christian. Gottfr. Morlinus *in Dissert. inaugurali de Modis declinandi recognitionem & diffessionem instrumentorum, sub præsidio Exc. D. Bergeri &c. Witteberga anno 1701. habita cap. 2. §. 14.* putet, hanc Cautelam non posse applicari in Processu summario executivo, sed diffessioni juratæ documentum productum committendum esse, ne processus summario executivus fiat ordinarius: hujus tamen as- 79
sertionem, in praxi secundum naturam processus executivi omnino receptam, ut etiam in foro conscientiæ probemus, obstat no- 80
bis religio Iurisjurandi, quæ vult, ut omne perjurium quovis

mo-

81 modo evitetur, adeoque si paratus sit ipse actor per testes proba-
re, Reum certo pejuraturum, ipse omnino audiendus, & ad pro-
bationem admittendus, ne anima pejerantis in gehennam de-
trudatur, & tam Judex quam actor peccatum gravissimum incur-
rant, dum per perjurium scienter ab adversario ex actum ad ge-
82 hennam ædificant. Ipse quoque Actor, in cujus favorem pro-
cessus executivus vel maxime introductus est, lubentius conce-
det, ut a regulis processus executivi aliquo modo recedatur,
quam ut ipse damnum amissionis causæ, ex præstito perjurio ad-
83 versarii, incurrat. De Praxi Judiciorum Saxonicorum & Judicii
Appellationum Dresdensis vero, per aliquot præjudicia firmavit
D. Rivinus *in Enunc. ad Proc. tit. 25. Enunc. 31.* quod in Processu exe-
cutivo Actor diffessionem documenti juratam, ad quam Reus
sese obtulit, per testium depositionem & comparationem lite-
84 rarum declinare non possit. Quæ præjudicia omnia tamen sup-
ponunt eum casum, ubi exceptio perjurii non est liquida ex A-
85 ctis: Et tunc illiquida Exceptio in Processu executivo merito
86 non attendisur. Secus tamen se res habet, ubi indubitata Iudi-
ci fides facta fuit, qnod productus pejeraturus sit: nam tunc
87 ex Consilio Dominorum Scabinorum Lipsiensium hæc Cautela ad-
hibita fuit, ut Reus saltem absolvetetur a processu executivo in-
stituto, relicta tamen Actori facultate agendi in Processu ordinario:
88 quæ Cautela bona notari meretur. Verba sententiæ in causa
Wentzels contra Knopffen refert idem D. Rivin. circa finem dictæ E-
nunc daß Bekl. gestalten Sachen nach zur eydlichen Diffession des
Wechsel-Brieffes nicht zuzulassen / jedoch hat Klägers suchen NB. an-
gebrachter massen nicht statt / und ist jedes Theil die auffgewandten Un-
kosten zu erstatten schuldig.

89 Circa hanc probationem autem sequentes Cautelæ obser-
vandæ erunt. (1) ut producens in Iudicio declaret, vel viva vo-
ce vel etiam in scriptis, quod velit recognitionem per testes perfi-

cere

Er wolle erweiſen daß das Document ein richtig original ſey / ſimulq; petat, ut ad hanc admittatur. Cui petitioni ſi Iudex vel per publicatam ſententiam, durch einen Abſchied / vel etiam per nudum Reſcriptum aut decretum, durch eine Gerichtliche Verordnung oder Decret, deferat, producens (2) terminum probatorium præciſe obſervet, ut intra hunc probationem inſtituat: hic terminus ipſi vel in ſententia aut decreto præſcribitur, Vel ubi in his nulla expreſſio Termini facta fuit, terminus probatorius communis obſervatur; qui in Saxonia eſt ſex ſeptimanarum & trium dierum Eine Sächſiſche Friſt/ut probant verba textus der Churf. Sächſ. Proceß Ordn. *tit. 25. §. 4.* in Sächſiſcher Friſt zu übergeben. Qui terminus etiam in aliis DUCATIBUS SAXONICIS obſervatur. vid Ord. Saxon. Gothan. *p. cap. 10. §. 1.* Ordo Saxo Jenenſis provinc. *cap. 26. §. 1.* Ord. Provinc. Luſatiæ ſuperioris *p. 1. tit. 14. in princ.* ut & in Principatu HALBERSTADIENSI vid. Halberſtädtiſche Tantzeley Ordn. de anno 1652. cap. 4. tit. betreffende das Iuramentum Iudiciale §. da nun das gefoderte Iuramentum verb. innerhalb 6 Wochen und 3 Tagen &c. ſeine Beweiß Articul eingeben/und darmit/wie von dem Beweiß ins gemein geſetzet verfahren. Non minus in Principatu ANHALTINO *Ord. Proc. tit. 10. §. 1.* in DUCATU vero MAGDEBURGICO ad quatuor ſeptimanas coarctatus legitur in der Proc. Ordn. de anno 1686. *cap. 35. §. 2.* in DUCATU MEGAPOLITANO GUSTROVIENSI vero, ſaltem quatuordecim dies indulgentur, in *Ord. proc. p. 2. tit. 27. §. 1.* Ubi vero Producens terminum hunc probatorium, qui peremptorius eſt, negligit: ptoductus diffeſſione jurata documentorum non erit gravandus, ſed accuſata producentis contumacia, probatio pro declinanda jurata diffeſſione ſuſcepta, pro deſerta per ſententiam Iudicis judicatur, reusque refuſis ipſi expenſis abſolvitur. Non enim cogitur quis jurare, ubi non cogitur amplius judicium ſuſcipere. *p. l. 33. §. ult. ff. de jurejur. l. 28.*

§. 2. *de Jud. l. 14. §. 3. C. de non numer. pecun.* Carpz. *p. 1. conſtit.* 17.

102 *d. 1.* (3) Producens tenetur formare certos articulos probatoriales, iisque addere copiam documenti a Teſtibus recognoſcendi, inſuper in fine articulorum ſubjicere directorium, in quo teſtes nominantur, & ſuper quibus articulis quisque interrogandus ſit, exprimere; hos articulos cum directorio & copia documenti intra terminum probatorium præciſe & ſub pœna deſertæ probationis in judicio exhibere, cum petito annexo, velit Judex copiam articulorum & documenti adverſario communicare, eumque ad videndum teſtes jurare & danda Interrogatoria, ſi his uti velit, ad certum terminum citare, inſuper quoque teſtibus eundem Terminum notificare, ut ipſi in hoc termino ſeſe ſiſtant, & prævio Juramento ad articulos reſpondeant, & recognitionem exhibiti

103 originalis documenti perficiant, vid. Textus der Churf Sächſ Proceß Ordnung *tit. 25. §. 4. verb.* Doch ſoll in ſolchen Fall der producent Articul ſambt Nahmen derer Zeugen und Recognoſcenten auch Abſchrifften von denen Briefflichen Uhrkunden / in Sächſiſcher Friſt zu übergeben ſchuldig nnd dem andern Theile interrogatoria darwider einzugeben nachgelaſſen ſeyn / &c. cum qua diſpoſitione quoque concordat ORD. SAxO GOTHANA §. *29.* Es ſoll aber in dieſen Fall der

104 producent gewiſſe articulos ſamt Nahmen derer Zeugen / und dem recognoſcenten auch Copeyen derer Briefflichen Uhrkunden zu überreichnen ſchuldig ſeyn. Hodie in DUCATU MAGDEBURGICO ita di-

105 ſpoſitum legimus in der Proceß Ordnung *de anno 1686. cap. 35.* §. 2. auff welchen Fall er Articul / ſo nicht auff die merita & contenta derer Uhrkunden / ſondern allein auff Hand und Siegel gerichtet / ſambt de-

106 nen Nahmen der Zeugen innerhalb Monaths Friſt übergeben ſoll. Ex hoc ipſo textu eruitur hæc QUARTA CAUTELA pro producente, ut articulos legitime concipiat. Quamvis autem in proba-

107 tione vulgari probans obligatus ſit, ut tenorem documenti probatorii, verbotenus fere in articulos probatorios inducat, & ex

iis-

iisdem verbis & contentis documenti, quæ ad thema probandum faciunt, articulos formet & concipiat v. gr. ubi emtor actione emti agit, ad traditionem fundi, & in probatione contractum emtionis inducit, qui forte ita sonat: Zuwissen / daß zwischen / Cajo Verkäuffern an einem / und Sejo, Käuffern am andern Theile / dato nachfolgender unwiderrufflicher Erb-Kauff geschlossen worden. Nehmlich es verkaufft Cajus sein Forwerg Tusculanum zu Diemitz / an Sejum, umb und vor 1000 Thl. Erb und eigenthümlich ꝛc. Welche Kauff-Summe Sejus folgender gestalt zu bezahlen verspricht: 500 Thl. erleget er so fort baar zum Angelde worüber er von dem Verkäuffer Cajo kraft dieses / mit Verzicht der Ausflucht / nicht gezahleten oder nicht empfangenen Geldes quittiret wird / die übrigen 500 thl. aber sollen jährlich auff Tage-Zeiten / jedes mahl in termino Ostern mit 100 Thl. abgegeben / und damit auff bevorstehendes 1701. Jahr der Anfang gemachet / auch so lange von Jahren zu Jahren continuiret werden / biß die völlige Kauff Summa bezahlet / biß dahin Verkäuffer ihm krafft dieses die ausdrückliche Hypothec an dem verkaufften Forwerg und allen pertinentien reserviret / die ihm auch der Käuffer biß dahin willig einräumet. Dagegen Verkäuffer das Eigenthum an dem verkaufften Vorwerge resigniret / Käuffern auch hiermit in geruhigen und ledigen Besitz derselben einsetzet und gehörige Gewehr in possessorio & petitorio verspricht ꝛc. Gegeben zu N. den 10 Martii 1700. (LS) N.N. NN S)

105

109

Emtor ergo in hoc casu h. m. articulos concipere poterit:

Art. I.

Wahr / das Kläger Cajus am 10. Mart. 1700 das Vorwerg Tusculanum vor dem Bekl. Sejo Erb und Eigenthümlich erkaufft habe.

Art. II.

Wahr / daß zwischen Käuffern und Verkäuffern contrahiret worden / daß Käuffer 1000 Thl. zur Kauff-Summa geben / und zwart 500 Thl. zum Angelde / die übrigen 500. Thl. aber auff Tage-Zeiten jährlich mit 100 Thl. in termino Ostern bezahlen / und damit Ostern 1701 den Anfang machen solle.

Art. III.

Wahr/ daß Käuffer die 500 Thl. Angeld bereits an Käuffern richtig bezahlet habe/ und er darüber quittiret worden.

Art. IV.

Wahr/ daß Verkäuffer das Eigenthumb an dem verkaufften Vorwerge an Kauffern resigniret, auch denselben in geruhigeu und ledigen Besitz des Vorwergs zu setzen contrahiret hat. ꝛc.

110 Secus tamen se res habet in ea probatione, quæ pro declinanda
111 diffessione jurata suscipitur: cum enim in hac probatione, probans ad plura non sit obligatus, quam ut probet, documentum productum esse originale verum, & scripturam atque sigillum, (si scilicet posterius etiam adest, potest enim sigillum quoque abesse, ubi contrahentibus ita visum fuit, absque appositione sigilli contrahere,) ejus contra quem producitur: adeoque articuli saltem concipiuntur supet forma extrinseca documenti, quæ respi-
112 cit literas seu scripturam, ut & subscriptionem, sigillum appositum, &alia, quæ in oculos incurrunt, v. g. an documentum habeat rasuram, correctionem, delectionem scriptorum, diversitatem scripturæ, cancellationem, scissuram & similia accidentalia formæ externæ visibilia. Pro illustratione melio-
113 ri casum talem formamus: Sempronius, venditoris Caji heres, post ejus mortem, ex contractu venditionis agit contra Sejum emtorem, ad solutionem residui prctii 500 thalerorum; Reus excipit de solutione venditori facta, & producit apocham extrajudi-
114 cialem venditoris Caji, quæ forte ita concepta erat: Nachdem mir Endesbenanten/ Sejus/ diejenigen 500 Thl. Tagezeiten/ welche er mir vor das abgekauffte Forwerg zu Diemitz schuldig blieben/ vollständig bezahlet hat/ als quittire ich über den empfang solcher 500 Thl./ mit verzicht der Ausflucht des nicht gezahleten oder nicht empfangenen Geldes/ krafft dieses beständig/ und will nunmehro krafft dieses völlige Verzicht an dem Forwerge und allen dessen pertinentien leisteu/ auch geschehen lassen/ daß die wegen solcher 500 Thl. Tagezeit Gelder reservirte Hypothec in denen Ambts Gerichten caßiret werden möge/ getreulich ohne Gefehrde.

Uhr-

Uhrkundlich habe ich diese Quittung und Verzicht eigenhändig geschrieben und unterschrieben / auch mein Hand Pettschafft wissentlich darunter gedrückt. Geschehen zu N. den 6. Aprilis 1706. petit ergo Reus recognitionem, Actor vero cui scriptura ignota, dicit, se paratum esse ad juratam diffessionem productæ Apochæ defuncti Caji. Hanc diffessionem juratam Reus declinare, atque potius recognitionem per testes perficere allaborat. Suscipit igitur probationem, & exhibet intra terminum articulos, cum copia Apochæ & nominibus testium. Hi articuli certe non ex ipsis contentis apochæ ita formandi sunt. Wahr und Zeugen wissend / daß Sejus die 500 Thl. Tagezeiten / womit er dem seel. Cajo wegen des verkaufften Vorwergs zu Diemitz verhafftet gewesen am N. Aprill. 1706. bezahlet habe. Nec etiam h.m. wahr daß Cajus seel. Sejum über 500 Thl. Tagezeit-Gelder / welche er ihm vor das verkauffte Forwerg zu D. schuldig blieben am 6. Apr. 1706. quittiret / und zugleich völligen Verzicht an dem verkauffien Forwerge gethan hat; Minime, siquidem hoc modo testes non super instrumento, ejusque forma externa, sed super veritate documenti intrinseca, factæ scilicet quietationis & totalis liberationis deponere opus haberent, quæ tamen depositio magno periculo exponitur, siquidem accidere posset, ut hi ipsi testes factæ solutionis plane ignari sint, quoniam forte ipsi actui solutionis non interfuerunt, adeoqne de sensu proprio externo attestari valide non possint. Ipse etiam producens super uno eodemque facto duplicem diversam probationem per documentum & testes simul instituere non posset, sed una specie electa eidem insistere tenetur: Siquidem ex Iure & praxi notum, quod quando aliquid conceditur alicui una via, tunc per hoc ipsum censeatur denegata potestas alteram viam quoque simul ambulandi. *arg. l. cumprætor. in princ. ff. de Judic. & c. quod semel de Reg. Jur. in 6.* Carpz. *in Proc. tit. 11. art. 5. n. 16.* Rectius igitur aget producens, quando circa modum concipiendorum articulorum saltem respicit ad formam externam apochæ, atque articulos hunc in modum concipit:

115 116 117 118 119 120 121 122 123

1.

Wahr/ das Zeugen des seelig verstorbenen Caji Hand und Pettschafft wohl bekant sey.

2.

Wahr / daß Zeuge glaube/ und gewiß davor halte / daß diejenige Quittung / untern dato des 6. Aprills 1706. welche Zeugen zur genauen Erweg- und Durchlesung itzo gerichtlich vorgeleget wird/ durchgehends des seel. verstorbenen Caji Schrifft uud Unterschrifft sey.

3.

Auch wahr / daß Zeuge glaube / und gewißlich dafür halte / wie das unter der Quittung befindliche Siegel / ebenfals des seel. verstorbenen Caji gewöhnliches Hand Petschafft sey.

4.

Also wahr / daß Zeuge gewiß glaube und davor halte / daß der seelig verstorbene Cajus diese Quittung selbst geschrieben und unterschrieben/ und mit seinem gewöhnlicheo Hand-Pettschafft bedrucket habe.

5.

Auch wahr daß Zeuge solche Quittung vor ein auffrichtiges unargwöhnisches Original document und vor eine untadelhaffte Quittung des seelig verstorbenen Caji halte solches auch davor krafft dieses annehme und recognoscire.

124 In hisce producens subsistere poterit, secundum praxin lu-
125 diciorum nostrorum; quod si vero ipsi placuerit, ut testis simul etiam scripturam externam contentorum totius apochæ recognoscat, quod ipsum melioris informationis causa facere non prohibetur, hos articulos adhuc addere licebit ipsi:

6.

Wahr / daß in dieser Quittung diese deutliche Worte zu befinden / und zu lesen seynd / daß Cajus seel. den Käuffer Sejum über 500 Thl rückständige Tagezeit Gelder / welche er Cajo vor das erkauffte Vorwerg zu Diemitz zu bezahlen schuldig blieben / vollständig bezahlet hat.

7.

Wahr daß auch in solcher Quittung diese Worte stehen/ daß Cajus Sejum über solche 500 Thl. Tagezeit Gelder mit Verzicht der Ausflucht

flucht des nicht gezahleten oder nicht empfangenen Geldes krafft dieses beständig quittiret habe.

8.

Ingleichen wahr / daß ebenfalls in dieser Quittung diese Worte zu lesen: daß Cajus nunmehro völlige Verzicht an dem verkaufften Forwerge leisten / auch geschehen lassen wolle / daß die reservirte Hypothec in denen Ambts Gerichten caßiret werden möchte.

9.

Ferner wahr / daß in der Quittung am Ende noch diese Worte zu lesen: Alles getreulich und ohne Gefehrde. Item: Uhrkundlich habe ich diese Quittung eigenhändig geschrieben / und unterschrieben / auch mein Handt-Petschafft wissentl. darunter gedruckt. So geschehen zu N. den 6 Apr. 1706

In omnibus hisce articulis testes saltem de sensu exter- 126
no visus, super ipsa apocha, ejusque verbis, quæ Judici & cuilibet legenti in oculos incurrunt, deponunt, atque secundum hanc formam & conceptum verborum extrinsecus apparentem, documentum recognoscunt; suspendentes quoad internam formam & veritatem hujus apochæ, proprium testimonium, vera sint contenta instrumenti, nec ne; ipsorum tamen jurata reco- 127
gnitio robur productæ apochæ conciliat, ut plena fides ipsi tribuatur: per ea quæ docuit Maresscottus *lib. 1. resolut. c. 80. n. 1.* & Theodor. Hœpping. *de Jure Sigillorum cap. 1. n. 145.* Dn. Stryk. *in introd. ad prax. cap. 19. §. 10.* Diximus antea, quod producto conce- 128
dantur interrogatoria, in hoc casu, ubi recognitio per testes perficitur, in hoc igitur producens (5) cautelam adhibeat, ut protestetur in Judicio, de non admittendis interrogatoriis, quæ ipsa contenta instrumenti seu merita causæ concernunt. Dum enim ex hactenus deductis liquet, quod articuli, merita causæ concer- 129
nentes, non sint admittendi, sed saltem illi tantum, qui formam extrinsecam instrumenti producti concernunt, utique sua spon- 130
te ex natura relatorum se invicem respicientium sequitur, quod Productus cum producente pari Iure uti, ac proinde interrogato-

ria

ria ſua, tam generalia, quam ſpecialia, ad perſonas teſtium, earumque habilitatem, & deinde ſolum ad formam externam inſtrumenti dirigere, & ſuper iis ſaltem concipere debeat. Obſervatur
131 hoc ipſum in *Camera imperiali* veluti teſtatur Ruland. *de Commiſſ.*
132 *p. 2. lib. 5. c. 39. n. 28.* & præcipit Sereniſſimus *Elector Saxonicus, in ordinat. proc. dict. tit. 25. §. 4. in fine verb.* und dem andern Theile interrogatoria dawider zu übergeben nach gelaſſen ſeyn / jedoch daß dieſelben nicht ad merita & contenta inſtrumentorum, ſondern allein auff Hand und Siegel/und alſo auff externam formam derer Uhrkunden gerichtet werden. Cui concordat Ordinatio Proceſſus *Saxo Gothana p. 1. cap. 20. §. 29.* in verb. und ihme ſo wohl generalia als ſpecialia interrogatoria darwider zu übergeben frey ſtehen / doch daß ſie nicht auff die merita & contenta inſtrumentorum / ſondern allein auff die formam externam gerichtet werden.

133 Quod ipſum etiam in *Ducatu Magdeburgico* obtinere, praxis do-
134 cuit; quamvis enim in ordinatione proceſſus de anno 1686. §. 2. in fine ſaltem hæc verba legantur: Und iſt dem Gegentheil / ſich derer interrogatorien dawider zu gebrauchen nachgelaſſen. Hæc ipſa verba tamen interpretationem ex prioribus accipiunt, ita quidem, ut quoniam articuli ſuper meritis cauſæ in hac probatione in antecedentibus expreſſe prohibiti leguntur, ſimul etiam interroga-
135 toria talia remota videantur: Siquidem remoto principali, negatur quoque hujus acceſſorium *per l. 2. ff. de pecul. legat. & l. 26. C. de uſur.* confer Carpz. *p. 1. conſt. 17. def. 14. & ad eum* Gosvvin ab Esbach. *n. 5.* Carpz. *in Proc. tit. 14. art. 3. n. 72. ſeqq.* Brunneman *in*
136 *Proc. Civili cap. 19. n. 36. & ad l. 15. ff. de reb. autorit. jud. poſſid.* Ioh. Philippi *ad proc Sax. conſid. 3.* Formulas interrogatoriorum generalium, quibus contra perſonas teſtium productus uti poteſt, exhibuit D. Martini *ad proc. Saxon. tit. 20. §. 2. n. 17. 18. & ſeqq. multis*, ad quem ſolidiſſimum Autorem B. L. remitto, cum operam nunquam ſatis laudandam hac in parte exhibuerit.

Spe-

Specialia vero interrogativa, si quis ad casum proxime antecedentem & articulos ibidem exhibitos desideret, poterunt 137
hæc ita formari.

Int. Specialia ad art. 1. 2. & 3.

Int. 1. Woher Zeugen des seel. verstorbenen Caji Hand und Pettschafft kennen. Zeuge soll die Ursachen seiner Wissenschafft und warum er die producirte Quittung vor des seel. verstorbenen Caji Hand / und das untergedruckte Siegel vor des verstorbenen Pettschafft erkenne / anzeigen.

Hoc interrogatorium Iudex omnino admittere tenetur; quo- 138
niam quilibet testis depositionis sufficientem & concludentem ra- 139
tionem reddere tenetur, præsertim desuper interrogatus, veluti ex *l. sola testatione 4. C. de testib.* communiter concludunt *Dd. præcipue Gothofred. & B. Brunneman in not. ad h. l. & in proc. civ. cap. 20. n. 71.* & plurimas autoritates allegans Prolper Farinacius *de testib. quæst.* 140
70. cap. 1. in tantum, ut testem, qui sine ratione deponit, non tanquam hominem, sed ut pecus & Brutum deponere dicat Baldus 141
ad l. edita C. de edend. cum autem ratio reddenda sit per sensum corporeum, aptum huic negocio, de quo testis deponit, uti voluit Faber *in Cod. lib. 4. tit. 1. def. 18. n. 3.* & Ayrer *in processu Historico p. 2. cap. 11. observ. 2. n. 11.* Bona erit ratio quam testis profert, se scilicet 142
fuisse familiarem defuncti, atque multoties in ejus domo vidisse, quod ita scripserit & talem ductum literarum habuerit, nec non signeti forma tali usus fuerit, adeoque se tam scripturam quam sigillum defuncti bene cognitum habere. Sed quid si productus tali 143
interrogatorio speciali utatur.

Ob Zeuge dabey gewesen / als die producirte Quittung von Cajo geschrieben worden / und ob er gesehen habe / daß Cajus diese Quittung geschrieben und besiegelt habe.

Numne præcise requiritur, ut testis productus affirmative ad hoc interrogatorium respondeat, & si talem affirmativam forte propter hoc, quod negotio scriptionis ipse non interfuit, dare non potest, num ejus recognitio & depositio tanquam insufficiens & in-

144 valida rejicienda erit? Circa hanc quæſtionem diverſa eſt Dd. reſponſio. Siquidem Dan. Mollerus *lib. 4. ſemeſtr. cap. 43.* Math. de Afflictis *dec. 181. per tot.* Math. Coler *de proc. exec. p. 3. c. 1. n. 140.* Benevent. Stracha *aliique Dd.* allegati a Math. Berlichio *p. 1. concl. 44. n. 20.* affirmativam ſententiam in praxi prævalere debere, atque inſuper in numeris ſubſequentibus ſaltem certos caſus exceptos adducit, in quibus ſola reſponſio teſtis, quod cognitam habeat manum & ſigillum ſcribentis, ſufficeret.

145 Contra negativam indiſtincte tuentur, atque ſecundum eam in Rota Romana judicatum fuiſſe anno 1570 & 1571. probat Seraphin
146 Olivarius *in deciſ. Rot. Rom. dec. 700.* Farinac. *conſ. 11. n. 38. lib. 1.* ubi rationem hanc addit, quod ſolo Iudicio intellectus id fiat & percipiatur, an ſit eadem manus vel ſigillum *add.* idem Farin. *p. 1. dec. 70. n. 1.* & Fontanella *de pact. nupt. tom. 2. claſſ. 6. gloſſ. 3. part. 7. n. 11.*
147 Immanuel Sutorius *in tract. ad tit. ff. de edendo theſ. 244.* Hæc ipſa negativa fundata videtur *in Ord. Proc. Sax. tit. 20. §. 4.* ubi circa recognitionem teſtium non plena vel exacta notitia ſcripturæ productæ exigitur, ſed ſufficiens recognitio teſtium hæc dicitur, ſi teſtes modo deponant, wofür ſie die producirten Uhrkunden halten und
148 erkennen: ex quibus verbis eruitur, quod teſtes de credulitate circa hanc recognitionem admittantur, adeoque non præciſæ neceſſitatis eſſe ut ipſi teſtes tempore confectæ ſcripturæ præſentes fuerint vid. D. Stryckius *in introd. ad Praxin cap. 19. §. 10.* ubi Actolinum aliosque Autores adducit, & de obſervantia ſimili, ubi Mer-
149 150 catoris recognitio per teſtes fieri debet, ex Marquardo atteſtatur. Amplexi ſunt ſententiam negativam B. Carpzovius *p. 1. conſt. 17. def. 14. art. n. 6. & lib. 3. Reſp. 84. n. 2. in Proc. tit. 14. art. 3. n. 67.* D. Caſpar Ziegler *ad ord. proc. Sax. tit. 25. §. fin. B.* D. Herold. *in Proc. Langiano cap. 50. n. 87.* & noviſſime D. Chriſtianus Schmid. *in diſſert. inaug. ſub præſidio illuſtris. D. Chriſtiani Wildvogelii, Conſiliarii Status intimi Saxon. & Profeſſoris Juris publici &c. habita Jenæ 1699. de Documentorum recognitione cap. 4. §. 15.* Sed quæſtionem hanc du-
151 bita-

bitatione adhuc non carere docuit D. Rivinus *ad tit. 25. ord. Proc. Enunc. 32.* ubi præjudicia Dominorum Assessorum Faculratis Juridicæ, ut & Scabinatns Lipsiensis affert, quæ partim pro negativa, partim pro affirmativa, in causa Caspar Schneiders/ contra Magdalenen Henningin publicata fuerunt. Quantum vero ex verbis ca- 252
sus ab ipso allegati apparere videtur, Domini sententionantes eo respexerunt, quod testes producti scripturam productam, quantum ad ipsos attinebat, non noverant, sed demum ex comparatione aliarum scripturarum a defuncto relictarum testimonium ferre, & productam scripturam recognoscere voluerunt, quæ recognitio ipsis dominis sententionantibus nimis periculosa & suspecta visa fuit: cum scriptura privata, ex qua comparatio fieri de- 253
bebat, fallax videatur probatio: nihilominus tamen Senatum Ap- 254
pellationum Dresdensem recognitionem testium juratæ diffessioni prætulisse atque sententias Dominorum ICtorum Lipsiensium reformasse testatur præjudicium ab eodem D. Rivino ibidem allegatum, qui simul sub finem aliud responsum pro negativa annectit.

Alia insuper Cautela occurrit, quam Producens observare 155
opus habet. Nimirum ut in Termino recognitioni ptæfixo compareat, originale documentum a testibus recognoscendum producat, atque ut testes Juramento adstringantur, quod fideliter 156
veritatem dicere, & pro qualibus documentis producta habeant manifestare velint. Sicut enim in genere circa probationem li- 157
terariam non sufficit copias documentorum cum articulis probatoriis inducere, sed etiam ipse probans obligatur, in præfixo Termino originalia documentorum producere atque per hæc copias inductas confirmare *l. 7. & auth. si quis in aliquo Cod. de edend. l. 2. ff. de fide instrum. ibique Brunnem. n. 1. Const. Elect. Aug. 17. p. 1. Ord. Proc. Magdeburg. de anno 1686. cap. 35. §. verb.* originaliter produciret oder reproduciret worden/ soll gegentheil dieselbe in termino reco- 158
gnosciren, oder eydlich diffitiren. Ita certo certius est, quod testibus absque Juramento deponentibus nulla fides attribuatur *per l.*

158 *6. C. de teſtib.* Iuramentum vero, quod teſtes hoc in caſu præſtant, ſecundum textum ordinationis proceſſus Saxonici *tit. 25. §. 4.* in eo conſiſtit, ut teſtes jurent, daß ſie auff die vorgelegten Uhrkunden / wovor ſie dieſelbe halten oder erkennen die rechte reine Warheit ſagen wol-
159 len. Cum vero teſtis tam ſuper ipſo documento, quam ſuper articulis de ſuper conceptis, non minus etiam ſuper interrogatoriis notitiam vel ſcientiam ſuam aperire & veritatem dicere teneatur, ſequentem formulam, ſalvo tamen ſaniori Judicio ſubminiſtramus.

160 Ich ſchwere zu Gott dem Allmächtigen einen leiblichen Eyd / daß ich in irrigen Sachen Cajum und Titium betreffende / darinnen ich zum Zeugen angegeben worden / auff die mir gerichtlich vorgelegte Uhrkunden / wofür ich dieſelben halte und erkenne / wie auch die mir vorzuhaltenden Articul und Frageſtücken / die rechte reine Wahrheit und was mir bewuſt iſt / getreulich anzeigen / auſſagen / bekennen / und nichts verſchweigen will / weder umb Freundſchafft / Feindſchafft / Geſchencke oder Gaben willen / oder wie es Nahmen haben mag. So wahr mir Gott helffe und ſein H. Wort.

Circa hanc materiam recognitionis documentorum per te-
161 ſtes, dubium occurrebat, bey denen Königl. Preußiſchen Thal Gerichten zu Halle / in cauſa reconventionis, Herrn Secret. J. Zangens Widerklägers / contra Herrn Packbuſchen Widerbeklagten / num depoſitio teſtium ſuper recognitione documentorum mediante Juramento facta, ad inſtar alii teſtimonii jurati, juxta ſtylum proceſſus probatorii communem, a Judicio ſubſignanda atque clauſa retinenda ſit, usque dum ad inſtantiam partis producentis in certo termino
162 ad publicationem præfixo, eadem partibus in Judicio publicetur? facta omnino fuit obſignatio atteſtatorum teſtium a Judicio ſaliſ-natorio, & clauſa fuerunt atteſtata hæc per duos fere annos, poſtmodum vero ad inſtantiam Actoris ut atteſtata publicarentur, terminus præfigebatur, in eoque pronunciatum tale publicatum fuit
163 d. 13. Febr. 1706.

Weil de anno 1704 die auffgenommene Zeugnüſſe poſt fol. 257. & 463 annoch bey denen Actis befindlich / dahero das Iudicium / wie die recognitio geſchehen ſey / nicht erſehen kan: Als wird geſtalten Sachen

chen nach das Zeugnüs nunmehro vor publiciret geachtet, Per hoc 164
pronunciatum productus se gravatum putabat, atque Leuteratio-
nem interponebat, in qua præcipue hæc gravamina urgebat,(1) Iu- 165
dicium minus legaliter processisse, quod attestationes testium ob-
signasset, siquidem hæ ipsæ attestationes in formalitate sua aliter
considerari non possent, quam species recognitionis, quæ quam-
vis per alios expedita fuerit, nihilominus tamen recognitio esset:
adeoque etiam secundum usitatum modum processus recognitio- 166
nis alioquin ordinariæ, quæ ab ipsa parte perficitur, ubi hæc ipsa fa-
cta recognitio per modum registraturæ actis publicis inseritur, ut
in conspectu tam Iudicis quam partium palam apparere possit, &
hanc surrogatam recognitionem testium eorumque attestationes
de super factas sine omni obsignatione in actis in forma patente re-
linquendam fuisse, quo absque omni publicatione antecedente
Iudicium super sufficientia & formalitate recognitionis senten- 167
tiam interlocutoriam ferre posset. Super hac Leuteratione
partes ad positiones admissæ fuerunt ubi Leuteratus S. Z. præci-
pue deduxit, in præsenti casu factum Judicii proprium occurrere,
cui cum obsignatio attestatorum, procul dubio ex justa causa, cum
præsertim adversarius post factam depositionem unius testis alteri-
us habilitatem & admissionem impugnaret & adhuc protraheret,
placuisset, ex hoc ipso facto tamen gravamen ullum Leuterantiil-
latum neutiquam fuisse, siquidem præsumtio esset pro Iudicio, quod 168
sine justa causa obsignationem non elegerit, multominus autem
per pronunciatum præsens gravamen Leuteranti fieri, quod non
statim super ipsa recognitione sententia interlocutoria lata fuerit,
siquidem ipsum Iudicium, impedimenti, quare super recognitione
ipsa non pronunciatio fieri possit, causam in hoc ipso pronunciato
suo attulit, factam scil. judicialem obsignationem attestatorum ab
antecessoribus Iudicii, quorum publicatio omnino antea expedi-
enda esset, quam super ipsa recognitione, quæ clausa & obsignata
in actis reperiretur, ut contenta non appareant, ex qua parva mo-

169 ra per actum antecedentis publicationis causata, Leuterans nullum sensibile & irreparabile damnum allegare posset, ut ab interlocutorio hoc pronunciato contra prohibitionem ordinationis processus novæ de anno *1696. cap. 42. §. 1.* Leuterationem interponeret,
170 siquidem facta hac publicatione, super tota recognitione adhuc sententia ferenda restaret. Super hac ipsa vero Leuteratione sententia ad transmissa Acta adhuc exspectatur, quam suo loco addemus.

Nobilis hic occutrit Cautela pro producente, scilicet ut cir-
171 ca productionem documenti recognoscendi abstrahat a tali modo proponendi: Er wolte hiermit das original documentum produciret, und vonproducto, wie er entweder solch documentum recognosciren, oder eydlich diffitiren werde / erwarten / und weil auſſer diesen beyden kein Ausweg wäre; Als wolte er bitten / Productum zur
172 recognition der eydlichen diffession zu condemniren. Siquidem per hanc ipsam exactionem Juramenti diffessionis producens cum producto super modo probandi in Judicio quasi contrahere videtur, ita ut si productus juratam diffessionem eligat, & ad Iuramentum exactum sese offerat, producens pœnitere, & ut recogni-
173 tio per testes fiat, petere neutiquam poterit; Præsertim ubi per sententiam producto potestas jurato diffitendi documentum ex-
174 presse concessa fuit, hæcque sententia in Iudicatum transivit. Im-
175 putet enim sibi, quod hoc ipsum Iuramentum a producto exegerit, dum igitur productus ex ipsa voluntate petentis Iuramentum acceptavit, post factam hanc acceptationem pœnitentiæ & revocationi Iuramenti non erit locus: nam quod & hoc in ca-
176 su producenti semel placuit, postea displicere ipsi non potest
177 *c. quod semel de Reg. Jur. in 6.* de qua revocatione Iuramen-
178 ti in futura VI. latior agendi occasio erit. Melius sibi consulit producens, quando in productione documenti, ad solam documen-
179 ti recognitionem agit, eamque a producto exigit. Quamvis enim tunc eveniat, ut Iudex super documento producto pronunciet: Das Product daſſelbe entweder zu recognosciren oder eydlich zu diffi-

tiren

tiren ſchuldig. Hæc ipſa tamen ſententia producentem non impe- 180
diet, quin loco injunctæ diffeſſionis ad recognitionem teſtium per-
venire nequeat, dummodo tempeſtive de hac proteſtetur: Si- 181
quidem hoc in caſu producens ad delationem & impoſitionem Iu-
ramenti diffeſſionis ipſe non concurrit, adeoque factum Iudicis
Reo, ſecundum Iura, poteſtatem recognoſcendi vel jurandi in 182
ſententia relinquens, ipſi obeſſe non poterit. Elegans Reſpon-
ſum informatorium dedit Scabinatus Lipſienſis Menſe Iulio 1696.
conſultanti Hanß George Paulitzen zu Görlitz/ quod ita conceptum e-
rat: hat klagender Curator, als Fr. Bekl. zur eydlichen diffeſſion derer
Uhrkunden ſich offeriret, und die Herren Commiſſarien hierzu Tagefarth
anberaumet/ ſich vermittelſt überreichter Proteſtation und eventual ap-
pellation dieſen Actui widerſetzet/ und darinnen angezogen/ daß er die
Frau Bekl. zur Eydesleiſtung nicht zulaſſen/ ſondern die documenta
durch Zeugen/ oder per comparationem literarum beglaubet zu machen/
gemeinet/ und ihr wollet berichtet ſeyn/ ob Kläger mit dieſen ſeinen Erbieten zu
hören? Ob nun wohl einem Producenten außer der recognition durch
Zeugen/ oder comparationem veritatis literarum beyzubringen/ auch ſol-
che beyde letztere Arten/ wenn gleich wegen recognition oder eydlichen dif-
feſſion allbereit ein judicatum verhanden/ zu ergreiffen freyſtehet: Dieweil 183
aber dennoch Kläger die recognition oder eydliche diffeſſion von Fr. Bekl.
ſelbſt geſuchet/ und auff eines von beyden/ mit Anführung/ daß außer dieſen
extremis kein Ausweg were/ inſtändigſt gedrungen/ ſich darneben des re-
medii comparationis literarum in ſeinen Geſetzen nicht undeutlich bege-
ben/ und alſo über einem modo probationis mit Gegentheil gleichſam con-
trahirt, welcher Fall von demjenigen/ wem der Richter ohne des Parts Be-
gehren ex officio auff die diffeſſionem erkennet/ unterſchieden iſt. So iſt auch
klagender Curator mit der anerbothenen recognition durch Zeugen/ oder
comparatione literarum, wider der Fr. Bekl. Willen/ nunmehro geſtalten
Sachen nach nicht zuzulaſſen. V. R. W. vid. D. Rivinus *ad Proc. Saxon. tit. 25. enunc. 30.* qui adhuc aliam ſententiam Dominorum Scabinorum
Lipſienſium adducit.

Hæc etiam cautela proficua erit pro producente, qui ex documen-
to aliquo agit, quod à duobus teſtibus ſimul ſubſcriptum eſt, ut loco 184
diffeſ-

diffessionis juratæ probationem per testes instituat, atque per eosdem
subscribentes scripturam recognosci, prævio tamen juramento ipso-
rum curet, nam tunc ex testimonio duorum testium fide dignorum
185 documentum plene probatur, vid. Hercul. Marescottus *lib. 1. var. resol.*
c. 8. Ernest. Cothmann *vol. 4. resp. 23. n. 18.* Menoch. *Cons. 689. n. 15. add. Nov.*
186 *73. cap. 1.* & ad eam Math. Stephani *n. 33.* At quid si testes instrumento
adhibiti, vel mortui, vel absentes sint? Aliam adhuc cautelam adhibe-
re potest producens in eo casu, per quam diffessio jurata præcavetur,
187 ubi producens fidem producti, à quo diffessio fieri debet, suspectam
habet, nempe COMPARATIONEM SCRIPTURARUM & SIGIL-
188 LORUM. Quæ describi potest, quod sit Collatio Scripturæ dubiæ,
cui addimus, vel etiam sigilli dubii (ac ratione scribentis incertæ,) cum
ejusdem scriptoris (sigillantis) scriptura certa ac indubitata (sigillo
certo & indubitato) quæ ad instantiam partis, omni medio plene pro-
bandi destitutæ, à Iudice per peritos legitime facienda, decernitur, ad
hoc ut ex inventa literarum ac elementorum (sigilli) similitudine,
is, cui scriptura dubia ac contentiosa) sigillum dubium ac con-
tentiosum) adscribitur, certus reddatur. vid. *l. comparationis 19. Cod.*
de fide Instrument. & ad eam Sichard. & Gilken. conf. Hieron. Panzsch-
mann. *lib. 2. pract. quæst. 2. num. 1. & seqq.* Laurentium Zubrodt *in tra-*
ctatu speciali de Comparatione literarum cap. 1. §. 10. & Theodorum Hö-
189 ping *de Prisco & novo Jure Sigillorum cap. 11. num. 36. & seqq.* Cogni-
ta hæc Comparatio est jamdum IVRI CIVILI, veluti apparet
ex l. 20. C. de fide instrument. Nov. 49. cap. 2. §. 1. & Nov. 73. de qua ta-
190 men Petrus de Bella pertica *ad l. 20. C. de fide instrument.* nimis a-
cerbum Iudicium tu'it, scribendo, quod Diaboli hanc Authenticam
poluerint, dum modo voluit, comparationem fidem facere modo
non recepta quoque hæc Comparatio in IMPERIO GERMA-
191 NICO per Recess. deput. Spirens. de anno 1680. §. ebener maßen
192 & de observantia CAMERÆ IMPERII, testantur Petrus Denai-
sius *in Jur. Camer. art. 182.* Christoph. Schwanman. *in observ. Ca-*
meral. cap. 133. & Gilmann. *tom. 1. Symphorem. p 3. dub. 17.* ut & in JU-
DICIO REGIO WISMARIENSI. vid. *Ord. Jud. Summi Tribuna-*
193 *lis part. 2. tit. 31. §. 1.* non minus in DUCATU MAGDE-
BURGICO, veluti probat textus der Neuverbesserten Proceß-Ord-
nung cap. 36, §. 1. in verbis: Einem Jedem/der Beweiß/oder Bescheinigung

durch Uhrkunden führen will / bleibet auch frey solches durch Anstellung der Comparation einiger Briefschafften ins Werck zu richten / oder das Gegentheil zur eydlichen Diffession nicht zuzulassen. Sic & in DUCA- 204
TU LUNÆBURGENSI Hanoverano. vid. *Ord. Cancell. tit. 22. §. 5. verb.* In welchem Fall dem Producenten frey stehet / ob er an statt der eydlichen Diffession per comparationem literarum die Uhrkunden behaupten wolle. Insuper in ELECTORATU ALIISQUE 205
PROVINCIIS SAXONICIS incorporatis, veluti probat Carpz. *p. 1. const. 17. def. 15. & in proc. tit. 14. art. 3. n. 74. seqq. lib. 3. Resp. 8.* & denique in DUCATU *Saxonico* GOTHANO *vid.* 206
Ord. proc. p. 1. cap. 20. §. 30. add. Schwendendörffer *in not. ad proc. Fiebig. P. I. cap. 2. membr. 3. §. 16.* Circa hanc comparatio- 207
nem sequentes Cautelæ occurrunt. (1) respicit ipsum judicem, 208
ut ex libello Actoris & circumstantiis rei & Actorum, ante omnia vero inspectione documentorum, tam ejus ad quod comparatio facienda, quam ejus ex quo comparatio desumenda est, dijudicet, an intentio Actoris vel exceptio Rei conventi in Documentis satis fundata reperiatur, ut exinde probari possit; neque enim frustratorios actus Judex admittere debet, Nic. Everhard. *de fide instrum. cap. 9. n. 147.* quod si vero intentio- 209
nem fundatam deprehendat, in id inquirat Judex (2) an non alius ordinarius probandi modus suppetat petenti comparatio- 210
nem. Siquidem hoc ipsum remedium extraordinarium, ad- 211
eoque locum ei non dandum esse, præcipitur *in l. 20. C. de fid. in-* 212
strum. Elegans de hac materia habetur textus in der Fürstl. Sächß. Proceß-Ordnung d. cap. 20. §. 30. qui saltem in certis casibus 213
hanc comparationem admittendam esse docet. Nemlichen/ wenn die Personen/ so ein Document unterschrieben/ mit Tode abgegangen/ oder abwesend seynd / und in solchem Fall Comparatio literarum oder Vergleichung mit andern kantlichen Schrifften/welche von beglaubten Personen gebührlich zu recognosciren/angestellet / und also der verstorbenen oder abwesenden Hand bewiesen werden. Ubicunque vero 214

Judex adhuc dubius est, an intentio petentis fundata sit, nec ne, poterit ipsi petenti injungere, ut prius de Calumnia juret, h. m.

Ich schwere zu GOTT dem Allmächtigen einen leiblichen Eyd/ daß Ich in meiner Rechtshängigen Sache contra T. keinen andern Beweis nicht habe/ die Wahrheit an Tag zu bringen/ als daß eine Vergleichung mit denen Documentis sub A. & B. und denen darunter befindlichen Siegeln gerichtlich angestellet werde/ und daß ich daher solche Vergleichung aus keiner Argelist oder Gefährde gesuchet/ noch sonsten hierbey etwas wissentlich oder gefährlicher Weise vorgenommen habe/ was zur Veränderung oder Unterdruckung der Wahrheit gereichen könte/so wahr mir GOtt helffe und sein heiliges Wort.

215 Hoc ipsum Juramentum Calumniæ fundatur in *Nov. 73. cap. 7.* atque indistincte a Judice injungendum esse petenti comparationem literarum vel Sigillorum, suo tempore docuerunt Caspar Klock. *vol. 2. cons. 44. n. 73.* & Hiltropius in Proc. Jud. *p. 3. tit. 26. n. 17.* Mevius *p. 6. dec. 278.* Alex. Trentacinqu. *libr. var.*
216 *resoluti 7. de fide instrum. n. 1.* sed rectius arbitrio Judicis prudentis hanc impositionem relinquendam esse persvasi sumus ex iis, quæ habet Ruland. *de Commissar. & Commissionib. p. 2. lib. 5. cap.*
217 *38. n. 9.* Hier. Cephal. *cons. 454. n. 39. seq. vol. 4.* qui docuit, quod Judex non teneatur hoc Juramentum deferre, nisi pars adversa desuper instet. Confer ea quæ de Juramento Calumniæ *p. 2. sect. 3. cap. 1. n. 55.* dicta. Imo Judicis arbitrio adhuc reliquendam esse
218 impositionem, non obstante petitione adversa, expertus sum in praxi, cum in causa Zangin contra Packbuschen bey denen Königl. Preußischen wohllöbl. Thal-Gerichten zu Halle comparatio Scripturarum institueretur; quamvis enim adversarius productus **Packbusch**/per mandatarium instaret, producenti Actrici petenti comparationem literarum, imponendum esse prius Juramentum Calumniæ; a parte ipsius Producentis Mandatarii vero remonstratio fieret, quod Principalis Actrix sit fœmina quidem pia & honesta, sed multis tentationibus & mœrore animi

mi vexata, ex ſententia Dnn. Scabinorum Lipſienſium publicata d. 15. Decembr. 1703. petitum rejectum fuit. verb. Daß Wider-Beklagtens Suchen nicht ſtat habe/ B. R. W.

Quantum (2) ad perſonam ejus, qui comparationem literarum petit, attinet, hanc cautelam obſervet, vt conquirat documentum tale, integrum, certum & indubitatum, ut ex hoc ipſo ad dubium inſtrumentum comparatio fieri poſſit. *per l. 20. C. de fid. Inſtrum. Nov. 73. cap. 1.* Satis enim abundeque occaſionem crimini falſitatis dari, ubi comparatio ex privatis ſcripturis inſtituitur, bene agnovit Imperator Juſtinianus *in d. l. 20. C. de fid. inſtrum.* Talia certa & indubitata Documenta ſunt, quæ ex Archivo publico producuntur, veluti Acta Judicialia publica, Matriculæ Regni vel civitatis, Raths-Bücher/ Saal-Bücher/ Receſs- und Memorial-Bücher; item apud Eccleſias die Trau- und Tauff-Bücher. Quibus omnibus indubitata fides communiter attribuitur, cum autoritate Magiſtratus confecta vel confirmata ſint. Mev. *p. 6. dec. 210.* quo referuntur etiam ſententiæ vel decreta, item contractus a Magiſtratu ſub ſigillo publico editi & confecti, vel ad inſtantiam partium confirmati, vid. Rutger. Ruland. *de Commiß. lib. 5. cap. 6.* & Rittershuſ. *ad Nov. p. 9. cap. 24. & cap. 25. per tot.* & dicuntur vulgo inſtrumenta publica & forenſia, de quibus vid. Carpz. *in proc. tit. in art. 3. in art. 3. n. 80. n. 80.* item Inſtrumenta a Notario publico Cæſareo confecta, dummodo hæc ipſa requiſita ſua eſſentialia habeant; de quibus prolixius egit Martini *in Proc. tit. 24. rubr. 126. & multis ſeqq.* ubi ſimul ſub *n. 7.* contra Berlichium docuit, quod idem non procedat circa Inſtrumentum a Doctore juris confectum, per ea, quæ tradidit Carpzov. *lib. 6. Reſp. 18.* in foro autem Magdeburgico adhuc in ſpecie requiritur a Notario, ut apud Magiſtratum loci, perſonam ſuam legitimet, & habilitatem ad hoc officium probet; vid. clara diſpoſitio in der Proceß-Ordnung de anno 1686.

cap. 17. §. 1. verb. Dieweil auch wegen Ungeschicklichkeit derer Notarien / und daß sich etliche vor Notarien ausgeben / die doch keine seyn / allerley Unrichtigkeit in denen Sachen erfolgen / und denen Partheyen zum öfftern grosser Schade und Nachtheil zugezogen wird; und aber demselben vorzukommen vor vielen Jahren allbereit im Hertzogthum Magdeburg statuiret / und verordnet / daß sich keiner vor einen Notarium ausgeben / oder offene Instrumenta machen / noch dieselben gebrauchet oder vor kräfftig geachtet werden sollen / es habe denn derjenige / der solch Instrument gemachet / des Orts Obrigkeit / da das Instrument verfertiget / zuvor gnugsamen Schein seines Notariats vorgeleget; so wird solche Ordnung hiermit wieder verneuert / und soll solcher gehorsamlich nachgelebet werden. Si vero producens talem Scripturam publicam
229 habere nequeat, videat, an non possit invenire scripturam a tri-
230 bus testibus fide dignis subscriptam; vel etiam talem scriptu-
ram, quam ipse adversarius in Judicio, quamvis in alia causa, pro
231 se produxit, quale documentum per productionem semel agni-
tum, postea contra se quoque admittere tenetur. vid. Meier *in Colleg. Argentorat. ad tit. ff. de fide instrum. thes. 14.* add. Merckelbach apud Klockium *Vol. 1. cons. 11. n. 16. it. Vol. 2. cons. 42. n. 173.* ubi de comparatione Sigillorum agit. At quam Cautelam ad-
232 hibere debet producens ubi plane nulla scriptura, neque publica neque privata talis, ut ex ea comparatio fieri possit, ipsi suppetit? poterit producens petere ut Judex cogat productum ut in
233 continenti literas pingat, manu dextra & siniſtra, quod omni-
234 no Judex facere poterit: præstito tamen prius Juramento Ca-
235 lumniæ a petente. *per Nov. 73. §. fin.* & ea, quæ docuit Brunnem. in *Proc. cio. cap. 19. n. 29.* item Berlich *p. 1. concl. 44. n. 4.* Coler. *de proc. Execut. p. 3. c. 1. n. 145.* Zubrodt *de comparat. literarum cap. 5. §. 14. 15. & 16.* Dn. Stryck. *in introd. ad prax. cap. 19. §. 9.* Ultima Cautela pro producente erit, ut sit sollicitus de peritis,
236 per quos comparatio scripturarum fieri debet, simulque petat, ut super hac comparatione fideliter & absque omni dolo vel

tergi-

tergiverſatione perficienda corporali Juramento adſtringantur, quo præſtito Juramento Judex cum peritis comparationem inſtituit, de qua materia latius egit Zubrodt *d. tr. cap. 3. §. 3. & ſeqq. it. cap. 7. per tot.* Nicolai *in proc. p. 1. cap. 53.* Carpz. *p. 1. conſt. 17. def. 14.* ad quos probatiſſimos Autores nos remittimus. 237 238

Peracta comparatione literarum, ubi Judex deprehendit, per eam ſufficienter haut eſſe probatum, poterit adhuc admittere productum ad diffeſſionem documenti. In eo caſu vero ubi documentum per comparationem literarum probatum fuit, ipſe Productus hac Cautela uti, & contra inſtituram probationem aliam Reprobationem ſuſcipere inq; ea deducere poterit, productum Documentum veri originalis fidem non habere, ad quam Reprobationem in proceſſu ordinario omnino productus admittendus erit, per ea quæ docuit Schwendendorffer *ad proc. Eibig. p. m. 742.* 239 240

De comparatione Sigillorum quomodo ea expedienda ſit, quæque Cautelæ circa hanc Comparationem obſervandæ veniant, ut legitime facta videatur, latius agunt Rulanti *de commiſs. p. 2. lib. 5. cap 38. per tot. & cap. 39. n. 8.* Ummius *ad proc. diſp. 17. theſ. 6. n. 26.* aliique complures Dd. allegati a Theodoro Höping *in tract: de Jure Sigillorum cap. II. §. 1. p. m. 244. n. 43.* 241

Ultimo circa finem hujus Doctrinæ notanda adhuc hæc Cautela eſt, pro producto, ut reſpiciat ad proceſſum, quem Actor inſtituit. Quamvis enim in proceſſu ordinario remedium comparationis ſcripturarum locum habere omnes Doctores concedant, in proceſſu tamen executivo, præſertim in Foro Saxonico, Actorem neque per teſtium depoſitionem, neque etiam per comparationem literarum diffeſſionem Documenti impedire poſſe docuit Rivinus *ad proc. tit. 25. Enunc. 31. per tot.* vbi ſimul præjudicia plurima adduxit. 242 243 244

Revertimur nunc ad Diffeſſionem Juratam, easque cautelas, 245

telas, quæ circa *ipsa producta documenta* obſervandæ, delineabimus: non autem omnia documenta ſubjacent Juratæ diffeſſioni, ſi quidem documenta publica Magiſtratus vel Judicis Autoritate confecta, cum tres præſumtiones pro ſe habeant, primam quidem exiſtentiæ, ſeu quod ſint, ſecundam ſolennitatis, ſeu quod judicialiter & ſolenniter confecta, & tertiam fidei, quod omnia contenta pro-veris habeantur, per diffeſſionem Juratam producti invalidari non poſſunt. Per clarum textum Decis. Elect. Saxon. 74. in verb. Daß keiner wider dieſelbe/ in Anſehung derer Glaubwürdigkeit / mit eydlicher Diffeſſion zugelaſſen/ ſondern ſolche in verweigeter Recognition gebührender maßen in contumaciam pro recognitis an- und auffgenommen werden ſollen. Cui concordat Ord. Proc. Magdeb. cap. 35. §. I. in verb. wenn es nicht inſtrumenta publica ſeyn/ &c. vid. Brunnem. *in proc. civ. cap. 19. n. 37.* & Joh. Philippi *ad d. deciſ. Elect. 74. obſ. 2.* caveat ergo producens, ne talia inſtrumenta publica diffeſſioni juratæ producti committat, ſed præciſe recognitionem, aut vt pro recognitis habeantur, petat. In foro tamen noſtro Magdeburgico non opus habebit petitione recognitionis, ſiquidem documenta talia publica non indigent recognitione, ſed plenam probationem ex ſua natura faciunt: vti patet ex allegato textu cap. 35. §. I. in verb. Wenn es nicht inſtrumenta publica ſeyn / die keine recognition bedürffen. Quæ diſpoſitio tamen limitatur in iis contractibus, qui à partibus primitus in ſcriptis extra-judicialiter confecti fuerunt & deinde in judicio exhibentur, atque eorum confirmatio petitur. Niſi uterque contrahens, in Judicio comparet in perſona, & ratificationem atque confirmationem contractus petat, in dicta ord. *cap. 4. §. 4.* quæ ſublimitatio quoque extenſa ad eum caſum, vbi ſolus Reus, contra quem talia documenta producuntur, tempore confirmationis petitæ in Judicio in perſona comparuit & ratificationem atque confirmationem

nem

nem obligationis vel contractus petiit. In der neuen Proceß-
ordnung de anno 1696. *cap. 47. §. 3.* in foro igitur Magdeburgico 256
productio talium documentorum publicorum h. m. fieri ſolet.
Produciret das Documentum ſub A de dato des N. Martii 1700. und
weil daſſelbe ein gerichtliches Documentum iſt/ welches vermöge hieſiger
Landes-Proceß-Ordnung keiner Recognition bedarff/ alſo will Producent
erwarten / welcher Geſtalt der Productus ſich daraus erſehen werde.

Pro producto hæc Cautela circa Inſtrumenta produ- 257
cta occurrit, ut videat, an documentum contra ſe pro-
ductum ſit relevans, hoc eſt, an thema probandum contineat, 258
vt ex contentis ejus convinci poſſit; Secus enim diffeſſione jura- 259
ta non eſt onerandus, cum eſſet juramentum plane fruſtrato-
rium. Vid. Sächß. Proc. Ordn. Tit. 25. §. 2. in fine. Allein ehe 260
es zur Eydes-Leiſtung gereichet/ ſoll darauff achtung gegeben werden / ob
es ſolche Uhrkunden ſeyn / welche / wenn ſie an ihnen ſelbſt richtig wären /
wider den / der ſie eydlich diffitiren ſoll / etwas erweiſen können / denn
ſonſten / da ſie ihm nichts præjudiciren / ſoll er mit der Eidlichen Diffeſſi-
on/ als die in ſolchem Fall gantz vergeblich/ verſchonet bleiben. Quod ip- 261
ſum etiam probatur in Ordin. Proc. Sax. Gothana *p. I. cap. 20. §. 27.*
& in Ordinat. Proc. Luneburg. Hannover. *tit. 22. §. 2.* in foro Mag- 262
deburgico quoque per Ordinat. Proc. de *anno 1652. cap. 36.* idem
receptum & in ordinat. proc. de anno 1686. cap. *35. §. 1.* in verb.
oder eydlich diffitiren / daß er nemlich weder Hand noch Siegel kenne /
oder warum er ſich darzu nicht ſchuldig erachte / Urſache anzeigen / dar-
über und ob ſolche Urſachen erheblich/ zu erkennen/ und wider ſolch Erkänt-
niß kein Remedium ſuſpenſivum zu verſtatten iſt.

Poterit ergo Productus exceptionen irrelevantiæ in foro 263
noſtro opponere atque ſententiam expectare. Deinde etiam 264
probe attendat productus, an documentum productum vitio
aliquo viſibili laboret, puta quod ſit laceratum, vel quod di-
verſitas ſcripturarum in eo deprehendatur, multisque in
locis maculis conſperſum, aut etiam multa verba deleta ſint.

Si

265 Siquidem ex hisce vitiis externis visibilibus fides instrumenti
invalidatur, ut pro documento integro & incorrupto haberi ne-
266 queat, sed de falsitate suspectum redditur; qualia documen-
267 ta suspecta productus Jurato diffiteri non habet opus, per ea
quæ docuerunt Carpzov. *p. 1. const.* 17. def. 25. & in Proc. tit. 14.
268 art. 3. n. 61. seqq. lib. 3. Resp. 43. n. 16. Klock. *in. relat. Camer. vol. I. n. 262. seqq.* prudentis tamen Judicis arbitrio hoc in casu multum
relinquendum est, qui ex inspectione & diligenti considera-
269 tione Judicium desuper feret. Sic ex sola scissura præsertim ad
marginem documenti reperta, cassationem documenti non
præsumi, adeoque hoc ipsum adhuc recognoscendum aut Jura-
to diffitendum esse, docuit D. Rivinus *ad. tit. 25. Enunc. 23. ubi præ-*
270 *judicia* allegat. Utilis quoque cautela pro producto erit, si ex ipso
Instrumento producto docere possit, hoc ipsum confe-
271 ctum esse super re illicita & contractu ipso Jure prohibito, *per l.*
15. ff. de cond. instit. siquidem ubi ipse contractus per legem irrita-
tur, frustra ejus probatio tentatur. Super frustraneo actu
272 vero nunquam Jurandum est. Confer Constit. Maximiliani I.
Von Notarien de anno 1512. §. 15. Moller Semest. 15. lib. 2. Carpz.
p. 3. const. def 1. & 3. & quæ *in d. 2. sect. 3. circa n. 36. 37. & sqq.* dicta
sunt. Rittershus. in Responsis Altdorffinis Respons. 29. p. 23. & 24.
273 Sic nec ex hoc solo instrumentum impugnari posse, in cu-
jus margine saltem aliqua verba diuerso atramento scripta re-
periuntur, tradidit Carpzov. *p. 3. const. 3. def. 5.* ubi de testamento
274 agit. Quod admittimus in casu, ubi eadem manus, seu idem
ductus scripturæ ubique deprehenditur, & ad marginem po-
275 sita non contrariantur textui medio. Siquidem de diuersitate
atramenti consuluit Socin, *cons. 94. n. 8.* quod ex hac sola non
vitietur instrumentum, quin potius additionem eodem atra-
mento factam majorem suspicionem inducere. Add. Parisius
276 *cons. 28. n. 38. lib. 2.* & Farinac. *lib. 2. cons. 179. n. 3.* per cancellatio-

nem

nem ſcripturæ quoque, ſi ſaltem in aliquibus verbis reperiatur, non ſtatim totum inſtrumentum infirmari, ſed ſolum ea verba, quæ deleta fuerunt. *ex l. 2. ff. de his, quæ in teſtam. delent.* infert VVeſenbec. *in paratitht. ad h. l.* ubi tamen arbitrium Judicis prudentis vim & efficaciam verborum deletorum conſiderabit, an forte correctionem vel ſenſum contrarium textui inducant. Hinc nec differentia unius vel alterius literæ, vel etiam diverſitas ſcripturæ in una vel altera ſyllaba inſtrumentum ſuſpectum reddere, docuit Sutorius *in tract. de edend. & recogn. docum. theſ. 200.* 277 278

Falſum vero inſtrumentum productus diffiteri non tenetur, ſed quæſtio falſitatis incidens ante omnia discutienda erit, an falſum commiſſum ſit, nec ne. Veluti docuit Anton Faber *in Cod. lib. 9. tit. 18. def. 2.* Ægidius Bosſius *in pract. crim. tit. de foro compet. n. n. 122. ſeqq.* Matth. de Afflict. & inter Dd. Saxonicos Petrus Heigius *p. 1. quæſt. 39. n. 90.* & Carpzov. *in Proc. tit. 22. art. 1. §. 4. n. 45. ſeqq.* Tenetur tamen productus in foro Saxonico in continenti falſitatem probare, vel per aliud documentum æque evidens, vel ex ipſis contentis documenti. Siquidem nec probatio ordinaria per teſtes, multominus delatio juramenti contra documentum productum admittitur in hoc ſummario executivo proceſſu. Quamvis in foro Magdeburgico aliud ſtatuendum ſit, uti antea *p. 2. Sect. 3. pag. 231.* oſtendimus. In proceſſu autem ordinario nulla dubitatio etiam in foro Saxonico ſupereſſe poterit, cum deciſio Electoralis noviſſima 88. præcipiat, quod in eo caſu, ubi quæſtio falſi in cauſis civilibus incidit, quæ quæſtioni civili principali præjudicium facit, hæc ipſa quæſtio falſi per modum inquiſitionis tractanda ſit, ſuſpenſa interim actione civili principali; conferatur D. Philippi *ad hanc Deciſ. obſ. 1.* ubi plura præjudicia affert, atque ſimul delationem 279 280 281 282 283 284 285

juramenti, ſuper ipſa quæſtione falſi, ſi per proceſſum ci-
286 vilem tractetur, ſub *n. 15.* admittit. Cæterum ſi quis præ-
ſumtiones & probationes falſitatis contra Inſtrumentum
deſideret, poterit evolvere Card. Tuſch. *pract. concl. 44. &
46. lit. F.* Joſephum Maſcardum *de probationibus vol. 2. concl. 741.
& ſeqq.*

287 Quid ſentiendum de eo caſu, ubi producens in termi-
no recognitioni vel juratæ diffeſſioni præfixo, non ipſum
originale producit, ſed ſaltem copiam, num producens ean-
288 dem copiam jurato diffiteri tenetur? Negamus: quoniam
289 producenti de Jure incumbit, ut originale producat, copia
vero calumnioſa ſcriptura, id eſt, fallax & ad ſtruendam ca-
lumniam apta, dicitur *in l. 2. ff. de fide inſtrum, l. ult. ff. de pro-*
290 *bat. & l. 5. ff. familiæ erciſcundiæ.* vid. Ord. Proc. Saxon. tit. 24. §. 2.
in verb. Dieſelbigen mit denen Originalien zu beſtärcken. *Ord. Sax.
Goth. p. 1. cap. 10. §. 24. Ord. Camerä Elect. Brandenb. Colon. de anno
1658. art. 27. Ord. Proc. Ducatus Magdeburg. de anno 1686. cap. 35. §. 1.
verb.* Wenn ſolche *originaliter produciret. Ord. Proc. Ducat. Anhalt.
tit. 10. §. 1. verſ.* und *Original*-Uhrkunden. *Reform. Francofurt. ad
Moen. p. 1. tit. 3. §. 7. Jus Lubecenſe lib. 5. tit. 6. art. 3. & ad hoc Mevi-
us n. 1. & part. 2 Dec. 391. n. 1.* Brunnem. *conſ. 131. n. 58.* Carpz. *p. 1.*
291 *Conſt. 17. def. 38. & p. 2. dec. 125. n. 29.* Adeoque tota copia cum
ad probandum nihil conducat, utique nec diffeſſione o-
292 pus habebit. Cautelam tamen adducit illuſtris D. Stryckius
*tract. de cautelis contractuum Sect. 1. cap. 6. 6. §. 1. & Sect. 2. cap. 7.
§. 14.* in eo casu, ubi partes contrahentes in ipso inſtrumen-
to conſenſerunt, quod ſoli copiæ ſtandum & credendum ſit,
293 absque productione originalis. Quo casu tamen vidima-
tam copiam Notarii producendam eſſe monet, ut per hanc
atteſtationem Notarii certior reddatur tam Judex, quam
pars, an hæc ipsa producta copia concordet cum origina-,

li

li, de cujus inductione quæritur. Qualem vidimatam Notarii copiam tamen non admittit Ord. Trib. V Vismarienſis *p. 2. tit. 29. §. 2.* neque etiam Jus Lubecenſe *lib. 5. tit. 6. art. 3.* Berlich. *p. 1. dec. 100. n. 4.* Rutger Ruland. *de Commiſſar. p. 2. lib. 5. cap. 26. n. 8.* Klock. *in relat. Cam. vol. 21. n. 9. & 20.* Secus autem ſe res habet in iis copiis, quæ in Judicio antea productæ, juſſuque & auctoritate Judicis vel Magiſtratus, a Notario Judicii jurato, vel etiam ab ipso Judice prævia auſcultatione actis publicis, vel etiam libris judicialibus contractuum vel Receſſuum; Denen Contract- und Handels/ oder Receſſ-
Büchern einverleibet worden/ præſertim utrisque partibus præſentibus, & ingroſſationem vel vidimationem petentibus: has copias inductas loco originalium deperditarum probare, teſtatur D. Stryckius *d. l.* & praxis quotidiana docuit, in plurimis caſibus; quorum unum meminiſſe in præſenti ſufficiet, quem communicavit nobis Vir Prænobiliſſimus atque Conſultiſſimus D. Lic. David Johann Luedecke, Scabinatus Regii Magdeburgici Senior Aſſeſſor digniſſimus, Compater ac Fautor ſumme honorandus, qui coram Regimine Ducatus Magdeburgici in cauſa D. Conſiliarii Heuckenrods, contra Dn. de Geiſt contigit, ubi Actor documenta certa in originali produxerat in termino probatorio, de quibus Dominus Secretarius cauſæ, facta collatione in ſubſcriptione copiarum in actis repertarum, & intra terminum probatorium inductarum, per regiſtraturam fidem fecerat, quod concordent originalibus. Cum igitur Proceſſus per aliquot annos quieverat, & medio termino originalia deperdita fuerant, Producto nihilominus per pronunciatum illuſtris regiminis recognitio injuncta fuit, ne quidem reſervata poteſtate juratæ difeſſionis; qualis caſus etiam mihi in cauſa Dn. de Marſchall, contra den Herrn Obriſten von Ende/ in curia Provinciali

294 295 296 297 298 299 300

Anhaltina Cöthen, ante paucos annos obtigit, ubi Reus pro fundanda Exceptione aliqua, ex Archivo publico protulit copias vidimatas, zweyer Handbrieffe des seligen Domherrn von Marschalchs / ad quarum copiarum diffesionem quamvis Domini producti sese offerrent, non tamen ad eam admissi fuerunt, procul dubio ob præsumtionem, pro Archivo Principis militantem.

301 Succedunt nunc istæ Cautelæ, quæ ipsam formam dif-
302 fesionis concernunt, qualitet scilicet illa fieri debeat. Communiter autem in ordinationibus processuum hæc formula exhibetur, qua productus Jurare tenetur: Daß er weder Hand
303 noch Siegel erkenne; vid. ord. Elect. Saxon. tit. 25. §. 2. ord. Proc. Ducat. Magdeb. de anno 1656. cap. 35. §. 1. Ord. Göth. *p. 1. c. 20.*
304 §. *27.* Ord. Proc. Lunæb. Hannoverana *tit. 22. §. 4. verb.* die Diffessio, daß es dessen Hand und Siegel nicht sey / oder nach Gelegenheit derer Personen davor nicht gehalten werde / wovor sie wollen ausgegeben
305 werden / & §. 5. da auch iemand gegen producirte briefliche Uhrkunden / daß ihm die darunter befindliche Hand nicht bekant sey / einwenden / und
306 solches jurato erhalten würde / ist solches vor eine eydliche Diffesion zu erachten. Hæc forma igitur, tam quoad scripturas proprias, quam alienas in foro Saxonico usitata; per quam tam ipsa sub-
307 scriptio, quam etiam contenta Instrumenti negantur, ita ut sub juramento sive credulitatis etiam ipsum veritatis juramentum circa scripturam propriam implicite contineri defendat Carpz. *in proc. tit. 12. art. 5. n. 33. & seqq. & p. 1. dec. 38. n. 7. & seqq.* cui consentit, D. Ziegler *ad Proc. tit. 15. §. 2.* & Nicolai *in Proc. p. 1. cap. 53. n. 17.* D. Schwendendörffer *p. 1. cap. 2. membr. 3. §. 16. pag. m. 731.*
308 sed circa hanc ipsam formam Juratæ diffessionis occurrit casus, ubi quis subscriptionem & sigillum producti Documenti pro suis quidem agnoscit, contenta vero, quæ superscripta reperiantur. negat, quæritur ergo an non productus hac cautela uti

possit,

poſsit, ut ſubſcriptionem atque ſigillum pro ſuis recognoſcat, quoad contenta vero ad diffeſſionem juratam ſe admitti petat. In proceſſu executivo talem diffeſſionem de Jure Saxonico- 309
neutiquam admittendam eſſe, ex eo patet, quod diffeſſio cedat in locum recognitionis, quemadmodum vero producto non 310
permittitur, recognoſcere ſubſcriptionem & ſigillum documenti, cum contradictione documentorum veluti docuit D. Nicolaus Chriſtoph de Lincker *in deciſ. Jenenſ. cent. 7. dec. 677. per tot.* quin potius plene recognitio fieri debet, tam quoad ſub- 311
ſcriptionem, quam etiam quoad contenta. Ita etiam Jurata dif- 312
feſſio tam quoad ſubſcriptionem quam quoad contenta fieri debet *per l. Cajus 39. ff. de pigm. act. I. ult. C. plus valere quod agitur l. ſi non ſubſcripſiſti 15. C. di Adminiſtr. tut. l. ſi pater 6. C. de fide juſſ.* quos textus allegavit Sutorius de Edend. & recogn. *docum. theſ. 254.* cum quo facit D. Rivinus *ad tit. 25. ord. proc. Sax. Enunc. 14. per tot.* ubi præjudicia allegat. Limitat tamen aſſertionem ſuam 313
idem Dn. Rivinus (1) ubi veroſimiliter conſtat, chartam blancam contra intentionem ſcribentis extenſam fuiſſe. *in enunc. 25.* ubi præjudicium Dominorum Scabinorum Lipſienſium allegat, ſi- 314
mulque docet, quod præſumtio iſta excludatur, ubi producens fortiorem probare poſſit, quod chartam blancam ad hunc finem acceperit, ut in ea conficeretur, talis obligatio vel tale inſtrumentum: allegat elegantiſſimum Reſponſum Scabinatus 315
Lipſienſis informatorium ad conſultationem Martin Albrechts zu Annaberg / datum Menſe Septembr. 1703. hiſce formalibus conceptum, iſt ein Handelsmann A. H. ſamt ſeinem Eheweibe vor empfangene Seyde 175. Thlr. 2. gl. baar zu bezahlen ſchuldig worden; nachdem nun die Letztere ihre unbeweglichen Güter / worinn ihr gantzes Vermögen beſtehet / dem Ehemanne zuſchreiben laſſen / haben beyde euch zu eurer Verſicherung ein Blanquet, worauff beyder Namen eigenhändig geſchrieben / ausgeſtellet / darüber ihr auff beyden eine Obligation nach Wechſel-Recht extendiret / hernachmals aber wider H. Arreſt angeleget / und ihn

zur Recognition der Verschreibung vorladen lassen/ da denn dieser zwar nicht in Abrede / daß die Unterschrifft sein und seines Weibes Hand sey/ dabey aber vorgeschützet/ daß er keinr Obligation oder Wechselschein unterschrieben / negiret auch / daß er das Blanquet zu eurer Versicherung gegeben / und erbietet sich solche auff gewisse Masse vermittelst Eydes zu diffitiren/ oppouiret ferner dabey exceptionem falsi, und begehret / daß wider euch mit der Inquisition zuforderst verfahren/ mit der Schuldsache hingegen biß zu jener Erörterung angestanden werden möchte/ und ihr verlanget/was dißfalls Rechtens/berichtet zu seyn.

316 D. N. W. nicht ohne daß in gewissen fallen und wenn derjenige auff welchen das Documnnt lautet / daß es ein zu dem ende gegebenes Blanquet gewesen und von den Jnhaber gefährlicher weise mißbrauchet worden vorschützet / auch hierzu / daß es sich also verhalte / wahrscheinliche Ursachen vor sich hat / nach gelegenheit der Umstände selbigen zur dtffessi-
317 one Contentorum gelassen werden mögen. Jhr auch selbst nicht in Abrede / daß ihr die Verschreibung nach der Zeit allererst extendiret; Churf.
318 Sächs. N. Decisio auch klare Masse giebt / daß wenn die quæstio falsi vorhanden solche zuforderst untersuchet und inzwischen der Civil Sache
319 anstalt gegeben werden solle. D. A. D. im gegenwertigen Fall H. gar keine andere andere Ursache / warum er euch das Blanquet gegeben / anzuführen vermag / ihr hingegen / daß solches zu eurer Versicherung geschehen vorwendet / welches auch dessen Eheweib gerichtlich bekennet/ also
320 er dißfals nichts vor sich hat / sondern vielmehr eine starcke præsumtion wiedor ihn militiret / und regulariter derjenige / so die Unterschrifft vor seine Hand erkennen muß / zur dffessione contentorum nicht zu lassen sondern oben erwehnte Fälle allhier nicht verhanden / und daß ihr die Obligation hernach allererst/ und zwar auff Wechsel-Recht extendiret/ bey
321 denen angezogenen Umständen dem Schuldner nicht zustatten kömmet / in dem wenn das Blanquet zu eurer versicherung euch ausgehändiget / zu gleich auch die Freyheit solches / wie ihr es am kräfftigsteu erachtet es
322 einzurichten gegeben worden/ hiernechst nicht genug / daß er euch quæstionem falsi opponiret/ sondern dazu auch redlicher verdacht angegeben werden muß / so hier gäntzlich ermangelt; So möchte H. zur diffessione contentorum nicht zugelassen noch mit der inquisition wegen verübten

fal-

falſches wieder euch verfahren / ſondern er ſchlechtes dinges zur Recognion des Producirten Documenti wohl angehalten werden. V. R. W. 323

Notanter autem poſuimus, quod debeat vero ſimiliter conſtare de eo, quod fuerit extenſio facta in blanceto præter voluntatem tradentis. Hoc ipſum enim ſi vero ſimiliter, vel 324 ex ſupſcriptione inſtrumenti colligi poterit, non eſt dubium, quin diffeſſio Jurata quoad contenta fieri poſſit. Notabilem 325 caſum exhibet D. de Lynker in deciſ. Jenenſ. Cent. I. dec. 3. ubi Actor Gottfried Gläſer Produxit contra Johann Flaxen Eheweib / als Blandinen Gläſerin Erbin/ Obligationem 224. thaler. produxit; ſed in ſubſcriptione Obligationis deprehendebantur hæc verba: Blandina Gläſerin Wittibe/ dieſes iſt mein Wille. Subſcripſerat quoque Curator; excipiebat producta de falſitate inſtrumenti obligationis, dicens, ſe quidem ſubſcriptionem pro manu defunctæ Blandinen Gläſerin agnoſcere, ſed contenta obligationis diffiteri velle. Quamvis vero Dni. JCti Facultatis Juridicæ Lipſienſis ſen- 326 tentiam dederint, quod producta obligata ſit, aut documentum productum in totum recognoſcere, aut in totum diffiteri, ſecundum *l. fin. C. plus valere quod agitur, & tradita Kœppen dec. 46. n. 27. Sutor de Edend. & recogn. docum. theſ. 201.* & Nicol. *ad proc. c. 53. n. n. ſeqq.* Coler. *de proc. Execut. p. 3. cap. I. n. 130.* nihilominus 327 tamen, cum Producta interpoſita leuteratione ſe offerebat, quod velit totum documentum exhibitium h. m. diffiteri: Daß ſie nicht glaube oder vermeine/ daß die producirte obligation der ſel. Fr. D. Gläſerin obligation ſey / hæc ipſa Facultas Juridica Lipſienſis hanc diffeſſionem Juratum de credulitate admiſit, perſententiam publicatam menſe Decembre 1676.

Alius caſus, quem antea laudatus Dominus Lüdecke/ inter 328 Scabinos & advocatos Hallenſes tam profundæ eruditionis celebritate, quam probatiſſimæ experientiæ varietate vere Senior præcellentiſſimus, nobis communicauit: In Præfectura, territorio Saxonico Martis burgenſi ſubjecta, Oſtrau judiciali-

ter

329 ter controvertebatur. Es hatte anno 1693. Ein Bauer und Ambts-Unterthaner Stephan Reuter / seinen Bruder Christian Reuter einen Studioso als er denselben in Leipzig besuchet/ beym truckne / auff sein bitten/ seinen Nämen auff einen bogen weis Pappir geschrieben und gegeben ohne daß einige abrede unter ihnen wäre gehalten worden/worzu es solte gebrauchet werden/ welches ein ander Studiosus, David Ziegler/welcher mit zugegen gewesen/ mit ansiehet.

Stephan Reuter reifet hierauf wieder nach Hause/und befahret sich von seinem Bruder gar nichts böses. Als aber etzliche Jahre verflossen/ stellet David Ziegler/welcher eben zu der Zeit zugegen gewesen/als das Blanquet in Leipzig geschrieben und aus gestellet worden Processum executivum beym Ampte Ostrau wieder Stephan Reitern an / produciret eine Obligation sub dato den 30. sept. 1693. Darinnen enthalten / daß Stephan Reuter vor seinen Bruder/Christian Reutern/ vor 280. Thal. die er David Zieglern schuldig wäre/als Selbstschuldener sich verbürget und allen beneficiis fidejussoriis renunciret hätte. Der Kläger fodert von Bekl. recognition der ausgestelleten Bürgschaffts-Verschreibung oder Eydliche Diffession, welcher aber über der Exceptione chartæ blancæ & abusu ejus dem Actori das Juramentum deferiret/ und da er vermeinet/ daß die unter dem originali befindliche unterschrifft seines Nahmens eben diejenige sey / welche er anno 1693. in Leipzig geschrieben hätte/
330 will er sich ad diffessionem Juratam contentorum offeriren. Es wird aber / nach dem in causa concludiret / und die Acta an die Juristen-Facultät zu Jena zum Spruch Rechtens gesandt worden/ auff die totalem recognitionem vel diffessionem documenti producti erkant / und fol-
331 gende sententia am 7. Novemb. 1699. publiciret: Daß Beklagter seines einwendens ungeachtet das fol. 6. befindliche Documentum, wenn solches originaliter produciret wird / zu recognosciren/ oder eydlich zu diffitiren / auch weil er solches voritzo nicht gethan/die Verursachten Un-
332 kosten auff deren vorgehende liquidation zu erstatten schuldig; und hat
333 dißfals beschehene eydes delation nicht statt/ es bleibet aber bekl. hiernechst seyn vorgeben in der reconvention wider klägern gebührend auszuführen unbenommen V. R. W.

334 Ratio decidendi potissima ex usu & observantia fori Saxonici,

nici desumta erat, quod scilicet contra documentum propria
manu subscriptum non admittatur delatio Juramenti, & 335
quod contra subscribentem præsumatur, ipsum quoque in con-
tenta superposita consensisse. Quamuis autem productus 336
contra hanc sententiam Leuterationem inter poneret, in eaque
deduceret, quod, teste Carpzouio *in proc. tit. 22. art. 1. n. 40. & sqq.* 337
in eo casu, ubi præsumtio falsitatis probatur, hæc quæstio prius
terminanda sit, cum vero ipse per depositionem testis Jurati ad
acta probasset, quod ad subscriptionem dolose inductus fuerit, 338
& quod ipse Actor Ziegler post discessum subscribentis desu-
per gloriatus fuerit, quod tam artificiose Reum deceperit, 339
ipse Actor etiam non sit persona integræ fidei, cum propter plu- 340
res malas versationes processum inquisitionis jamdum passus
fuerit; sequebatur tamen sententia confirmatoria Domino-
rum Wittebergensium Daß gestalten Sachen nach die von bekl. of-
ferirte eydliche diffession des fol. 6. befindlichen documenti nicht statt 341
habe. Quæ ipsa sententia quoque in instantia Appellationis vor dem
Ober-Hof-Gerichte zu Leipzig confirmata fuit. Postquam autem hæ
sententiæ vim Judicatorum obtinuerunt & Terminus ad re- 342
cognitionem documenti præfigebatur, Reus originale docu-
mentum productum diligentissime perscrutabatur, atque in
subscriptione omnes literas accuratissime examinabat, ubi
deprehendebat, quod literæ initiales secundum ipsius ductum
consuetum non essent formatæ, & quod in reliquis alius artifi-
ciose manum ipsius imitatus fuisset, eligit ergo Reus ex con- 343
silio consultissimi sui Aduocati diffessionis remedium, tam
quoad contenta quam etiam quoad subscriptionem docu-
menti perficiendam, adquam tamen Actor, olfaciens pessi-
mam consequentiam ob imminentem Inquisitionem, prote-
status fuit contra admissionem Juramenti diffessorii; cum au-
tem Dominus Præfectus acta post conclusionem causæ ad Scabi-

natum Lipſienſem transmiſiſſet, Prænobiliſſimi Domini Scabini ſententiam dederunt, quæ publicata d. 16. Aug. 1703. & ita
344 conceptaerat: Daß beklagter / geſtalten Sachen nach / und weil er anietzo / daß auch die Unterſchrifft ſeine Hand nicht ſey vorgiebet / daß producirte Documentum vermittels eydes gebührend zu diffitiren zuzulaſ-
345 ſen. Contra hanc ſententiam Actor leuterationem interponebat, inque ea deducebat, ipſum Reum antea nunquam negaſſe in Actis, quod ſubſcripti obligationis ſit manus ipſius,
346 adeoque nunc demum ad negationem & juratam diffeſſionem propter metum perjurii haud admitti debere, inſuper anterio-
347 rem confeſſionem Judicialem præponderare negationi poſteriori; ſed dum ex parte Rei regerebatur, quod vera & expreſſa confeſſio ipſius in Actis non offendatur, tacita vero & implicita ipſi tamquam ruſtico, ſubtiliratum proceſſus ignaro, dete-
348 cto nunc demum errore, neutiquam obeſſe poſſit, poſt concluſionem in leuteratione JCti Wittebergenſes priorem ſententiam Dominorum Scabinorum Lipſienſium pure confirmarunt, per ſententiam Leuterationis publicatam d. 14. Septem-
349 bris 1705. quæ ſententia vires judicati accepit, Actor vero diffeſſionem Juratam adhuc ſubterfugiens Commiſſionem ab Aula Dreſdenſi petiit, quæ nondum finem accepit: Veluti retulit Vir Nobiliſſ. atque Conſultiſſimus Paulus Hippius, J. U. D. celeberrimus patronus cauſæ præſenti & multarum aliarum feliciſſimus.

350 Caſum alium, in quo Domini Scabini Lipſienſes reum, qui quidem ſubſcriptionem chirographi pro ſua agnoſcebat, extenſionem vero contra fidem factam eſſe prætendebat, ad recognitionem ſub poena recogniti perficiendam, per ſententiam menſe Majo 1692. publicatam condemnaverunt, atque poſtea cum ſententia in judicatum transiverat, documentum productum in contumaciam pro reco-

gnito

gnito per ſententiam menſe Junio 1692. publicatam aſſe-
ruerunt, recenſet D. Rivinus *tit. 15. Enunc. 26.* ubi ſimul do-
cuit, quod hæc ſententia, cujus confirmationem in Leu- 350
terationis inſtantia reus paſſus erat, nihilominus in inſtantia
Appellationis, a Judicio Appellationum Dresdenſi ſupremo,
reformata, atque diffesſio quoad contenta producto permis-
ſa fuerit; quoniam ipſe plures allegavit cauſas, ex quibus 351
falſum probabiliter colligi poterat. Qualis præſumtio ſuf- 352
ficiens ex ſententia Prænob. Domini Autoris, quoq; eſſe pote-
rit, ſi productus veroſimiliter demonſtrare poſſit, quod A-
ctor ſit ſupectæ fidei.

In Foro Magdeburgico, quamvis etiam proceſſus ſum- 353
mario executivus in uſu ſit, cum ibidem à rigore proceſſus
executivi Saxonici aliquo modo recedatur, ſiquidem de 354
Jure Magdeburgico etiam in proceſſu executivo delatio-
nem juramenti ſuper exceptione ſolutionis & compenſatio-
nis Reo permiſſam eſſe, ſuperius *p. 2. ſect. 3. pag. 237. & ſeqq.*
firmavimus.

Hinc Domini JCti Facultatis Juridicæ Lipſienſis in 355
caſu Herrn Lic. Ellenbergers ſel. Erben/ Klägern/ contra Herrn Lic.
Johann George Krullen/ Beklagten/ ubi Actores obligationem,
in qua circa ſubſcriptionem ſciſſuræ, atque in contextu ra-
ſuræ deprehendebantur, putaverunt, juratæ diffesſioni quoad
contenta locum dandum eſſe, talem ergo ſententiam ad
transmiſſa Acta judicio Salinatorio Hallenſi dederunt, quæ
publicata den 22. Maji 1696. daß Beklagter zur diffesſion des pro-
ducirten documenti, und zwart geſtalten Sachen nach/ ſo viel
die contenta betrifft/ zuzulaſſen. V. R. W. Rationes decidendi hæ 356
fuerunt! Weil das fol. 42. befindliche documentum bey den Namen
etliche Riſſe/ und in demſelbigen einige raſuren zu befinden/ bey wel-
cher Bewandniß/ zumahl da vermöge der Magdeburg. Proceß-Ordnung

auch in Proceſſu executivo über die Excepciones die delatio Juramenti zuläßig / und alſo in denſelben / die executio, ſo parata, wie ſonſt an anderen orthen und Gerichten darinne nicht iſt / die diffesſio contentorum noch wohl zuzulaſſen. So iſt auch von uns / wie im Urtheil ent-
358 halten/erkannt worden. Hanc ſententiam publicatam ſequebatur Ordinatio proceſſus noviſſima de aõ.1696. in qua *c. 47. §. I.* caſus, de recognitione obligationis, quam productus blancetum fuiſſe aſſerit, adq; quoad contẽta diffiteri vult, ita deciſus legitur: quod
359 Actor probans, vel per teſtes, vel Jurato aſſeverãs, obligationem in chartam blancã projectam fuiſſe, ad diffeſſionem contento-
360 rũ admittendus ſit. Hac formula Juramenti adhibita: Ich ſchwere zu Gott einen leibl. Eyd/ daß das mir vorgelegte und von N. producirte Documentum ich vor meine Obligation, wovor dieſelbe von Klägern ausgegeben worden/gar nicht erkenne/ſondern vielmehr daß ſolches document, auff mein bloſſes Blanquet/ſo ich dem Kläger zu dieſen Ende/daß eine Obligation auff 100. Thal. darauff extendiret werden ſolte/gar nicht ausgeſtellet/ohne meinen Wiſſen und Willen und Befehl alſo extendiret worden. So wahr mir GOtt helffe und ſein heiliges Wort. *confer ea, quæ in part. 2. ſect. 3. pag. 231. & ſeqq. a num. 285. uſq; ad num. 301. de hac*
361 *materia attulimus.* Ex quibus colligere licet facile, quod diffesſio contentorum multo magis in proceſſu ordinario Reo, de
362 blanceto excipienti, concedenda ſit, ne ipſi innocenti & bona fide ſcribenti per alterum damnoſa inferatur conditio,
363 & Actori falſario dolus commiſſus patrocinetur. contra *L. 26. C.*
364 *de tranſact. & l. 5. C. de cond. ob. turpem cauſam*, quamvis non negemus, culpa non carere ſcribentem & blancetum traden-
365 tem, quod melius ſibi non proſpexerit, atq; in blanceto, vel circa ſubſcriptionem, vel ſaltem in dorſo ejusdem literis expreſſe-
366 rit, ad quem uſum blancetũ hoc tradiderit, quæ bona cautela eſt contra fraudatores & malos homines ſcriptura abutentes. Ab-
367 uſus autem iſte etiam circa ſigillum multoties ſe exſerit, ut tale ſigillum absq; voluntate domini apponatur. De qua voluntate ſi

quæ-

quæstio incidat, jure Saxonico constitutum: Da einer nicht gestehen will/ daß auffgedrucktes und anhangendes Siegel mit seinem Willen hinankommen / der soll es selb dritte vermittelst Eides abziehen de quo textu 369
vid. Glossa des Sächsischen Lehn-Rechts cap. 19. & Chilian König *in* 370
proc. p. 2. cap. 19. & indubio regulariter præsumitur, voluntate domini appositum sigillum, donec contrarium probetur. vid. Nicol. Everhard. *in tract. de fide instrum. cap. 12. n. 67.* aut Dominus 371
sigilli hanc assertionem & excusationem, quod contra vel præter ipsius voluntatem appositum fuerit, mediante Juramento probet. Remittimus B. L. brevitatis studio ad Theod. Höpingi 372
tract. de Jure sigillorum Cap. II. 1. n. 44. & seqq. pag. m. 444. ubi de hac materia plura reperiet.

Annon vero productus poterit adhibere hanc Cautelam, 373
ut Juramentum diffesionis referat producenti? Minime: 374
siquidem hoc ipsum Juramentum ab ipsa lege defertur, de quibus antea docuimus, quod relationi juramenti locus non detur, *vid. part. 2. Sect. 3. cap. 2. n. 64. & seqq.* & Carpz. *p. 1. c.* 175
14. def. 7. & 8. & 9. accedit, quod juramentum sit loco litis con- 376
testationis negativæ, quæ sicut ipsi Reo incumbit & propriis osfibus ejus inhæret, ita præstatio juramenti quoque ab ipso Reo fieri debet, ut per hoc juramentum se purget & liberet ab Actione *conf. id.* Carpz. *in proc. tit. 12. art. 5. n. 14. & seqq.* & Martini *in proc. Sax. tit. 25. §. fin. n. 9.* Ex dictis prono al- 377
veo quoque fluit, quod nec hæc Cautela producto prosit, per quam ab Actore postulat, ut prius de Calumnia juret; 378
siquidem necessitas jurandi in hoc juramento non ex delatione partis, sed ex ipsa lege & impositione Judicis provenit, quo casu omnis suspicio calumniæ abesse videtur. vid. Carpz. *p. 1. Const. 17. def. 27. & const. 14 def. 9. conf. dicta superius in p. 2. sect. 3. cap. 1. n. 151. 152. & seqq.*

379 De eo adhuc quæritur, An condemnatus ad diffesſio-
nem juratam documenti hac Cautela uti posſit, ut offerat
probationes pro exoneranda conſcientia, daß Er das Gewiſſen
380 mit Beweiſe vertreten möge? Negant Dd. Saxonici, quantum
proceſſum executivum attinet, potisſimum ex rationibus ſub-
381 ſequentibus, quod (1) præſtatio hujus juramenti in ordinatio-
ne proceſſus Saxonici tit. 25. §. Weil Er auch ꝛc. ab ipſo pro-
382 ducto requiratur, & (2) quod proceſſus executivus tales
ambages non admittat, quoniam per eas retardaretur
executio ex inſtrumento guarentigiato, cum una probatio
aliam gigneret. *vid.* Carpz. *p. 1. conſt. 14. def. 12. & in proc. tit. 12.*
art. 5. n. 47. & ſeqq. Moller. *lib. 3. Semeſtr. cap. 36.* Jacob. Schultes
obſerv. 40. n. 12. Schwendendörffer *p. 1. cap. 2. membr. 3. §. 16.*
383 *n. 5. pag. 732.* quorum Doctorum opinio per uſum & obſer-
vantiam in foro Saxonico ita invalint, ut ab ea nemo rece-
dere posſit.

384 Nihilominus tamen firmiter perſvaſi ſumus, affirmati-
vam quantum ad punctum juris, validiorem & veriro-
385 rem eſſe; ſiquidem certo certius eſt, hoc ipſum juramentum
ex ipſa lege devenire, adeoque juxta communem uſum lo-
386 quendi legale eſſe: at omnes Dd. Saxonici ſuperius allegati
concedunt, quod in reliquis juramentis legalibus probatio
387 pro exoneranda conſcientia locum habeat. vid. Carpz. *p. 1.*
conſt. 14. def. 20. & D. Sehwendendörffer *d. l. pag. 576.* niſi lex i-
pſa caſum hunc expreſſe excipiat, quae eſt juramentum
ſuppletorium, propter elapſum termini probatorii, poſt-
388 quem nulla probatio admittitur Carpz. *d. c. 14. def. 21.* & de
hoc juramento ſuppletorio, quod per defenſionem conſci-
entiæ declinari nequeat, clara extat ſanctio in der Magdebur-
giſchen Proceß-Ordnung de anno 1686. *cap. 29.* in verb. noch in
389 ſuppletorio das Gewiſſen mit Beweiſe vertreten werden kan / de

jura-

juramento editionis documentorum vero, quod nec hoc per ſuſceptam probationem pro defenſione conſcientiæ evitari poſſit, clarus eſt textus in der Churf. Sächſ. Proc. Ordn. *tit. 26. §. 1.* in verb. Noch ſein Gewiſſen mit Beweiſe vertreten/ & §. Es ſoll auch ferner 2. in verb. Noch in ſolchem Fall zu Vertretung ſeines Gewiſſens mit Beweiſe zugelaſſen werden / quod igitur in 390
hisce duobus caſibus Screniſſimis Legislatoribus placuit, merito pro lege habetur & ſecundum eam judicandum.
At cum de juramento diffeſſionis documentorum tam 391
clarus & apertus textus prohibitivus ex Jure Saxonico & Magdeburgico nondum produci potuerit, contra in ordinatione proceſſus Saxonici *tit. 19. §. 1.* poteſtas ſuſcipiendæ probationis pro defenſione conſcientiæ, ei, cui delatum eſt juramentum, in genere conceſſa legatur, quem tex- 392
tum, licet in ea ſecundum verba legatur, Einem von ſeinem Gegentheil der Eyd deferiret wird/ut videatur eum ſaltem de juramento judiciali, quod pars parti detulit, loqui; nihilominus ad juramenta legalia, quæ a judice deferuntur, extendunt probatiſſimi Dd. & interpretes Juris Saxonici in locis modo allegatis: utique ſua ſponte ſequetur, quod quoniam 393
juxta brocardicon juris hoc ipſum, quod in lege non legitur exceptum, ſecundum Regulam judicandum, adeo- 394
que regulæ, in lege traditæ tamdiu inhærendum ſit, donec caſus expreſſe exceptus per legem doceatur. Barboſ. *in theſ. locuplet. lib. 5. cap. 23. ax. 7. & 24.* etiam caſus noſter diffeſſionis juramenti, cum nullibi per 395
legem exceptus reperiatur, ſub diſpoſitione generali legis relinquendus ſit: præſertim in foro noſtro Magdeburgico, 396
in quo textus generalior habetur in *cap. 29. §. 5.* ubi de delatione in genere, non habita ratione, an a parte, an a judice facta fuerit, diſponitur, quod defenſio conſcientiæ per

pro-

497 probationem locum invenire debeat. Ex qua ratione ſupremum judicium Ducatus Magdeburgici etiam in caſu editionis documentorum, conventum ad editionem conſcientiam ſuam probationibus defendere poſſe in Ducatu Magdeburgico, ad ſupplicationem meam declaravit *d. 23. Octob. 1705.* quod ipſum Reſcriptum declarationis antea in capite
498 hoc tertio *Poſit. 2. n. 684. & ſeqq.* exhibui. Ubi elegantisſima ratio, quod juramentum editionis revera ſit juramentum
499 purgatorium, ad quod ipſum juramentum diffeſſionis optime applicari poterit; ſiquidem & per hoc diffeſſionis juramentum ab eo, quod in contentis & ſubſcriptione Inſtrumenti habetur, ſeſe purgare, indubium eſt: cum igitur in purgatorio juramento Dd. Saxonici defenſionem conſcientiæ per probationem admittant, certe nulla ratio adeſſe videtur, cur non idem ſtatuendum ſit in hoc ipſo juramen-
500 to diffeſſionis, tanquam æque purgatorio. Quantum rationes pro negativa adductas concernit; prima nimis remota videtur, ſiquidem in foro Saxonico omnis jurare juſſus juramentum impoſitum in propria perſona præſtare tenetur, neque admittitur perſona intermedia procuratoris; exinde tamen generallter nemo inferet, quod propter hanc ipſam prohibitam vicariam præſtationem juramenti, in omnibus juramentis defenſio conſcientiæ per probatio-
501 nem contrariam prohibita ſit. Secunda vero, quæ ex abbreviatione proceſſus deſumitur, etiam in caſibus exceptis ab ipſis Dd. Saxonici locum ſibi vendicat, veluti in ſpecificatione hereditatis, juramento purgatorio & ſimilibus:
503 & quamvis forte ratio fortisſima in natura proceſſus executivi quærenda videatur, qui omnes ambages proceſſus & longas probationes excludit, adhuc tamen res ſalva eſſe & proceſſus facillimo negotio expediri poterit, ſi Reo injun-

ga-

gatur, defensionem conscientiæ per probationem summa-
riam intra certum terminum, sub præjudicio amissionis
absolvere, & cum de jure Saxonico communiter pronun- 396
cietur, daß der Beklagte auf anderweit vorgehende Ladung das
producirte documentum sub poena recogniti recogno-
sciren oder eidlich diffitiren solle / quid quæso impediet judicem
quin possit Reum condemnare, ut intra hunc terminum, 397
qui communiter in citationibus, eine Sächsische Frist ex
die insinuatæ citationis continere solet, probationem pro
defensione conscientiæ summariter absolvat, aut expectet,
ut absque ulteriori mora aut indulgenda dilatione docu-
mentum in contumaciam pro recognito habeatur. Caveat
tamen judex, ne ex nimia indulgentia dilationes multiplicet, 398
secus enim ipse protelationis litis maxima causa erit, uti
communiter evenire solet.

Notabilis cautela pro producente adhuc excutienda_ 399
venit, qua ipsi succurritur, quando productus Instrumen-
tum ptoductnm diffessus fuit; scilicet ut probationem con-
trariam suscipiat, per quam judici veritatem atque integri-
tatem originalis producti probet. Quamvis enim Dd. Juris 400
Saxonici in processu executivo contra diffessionem docu-
menti juratam contrariam probationem non admittant_.
Veluti hanc negativam prolixe evolvit atque per plura præ- 401
judicia firmavit D. Rivinus *ad tit. 25. Ordinat. proc. Enunc. 24.*
quos B. L. evolvere poterit, ubi diversorum JCtorum dissen- 402
tientes opiniones offendet, regulariter etiam processui exe-
cutivo non convenire videatur ut in eo longinqua proba-
tio perficiatur, cum Actor semel viam processus sum-
mario executivi elegerit, cui & insistere tenea-
tur: nihilominus tamen in foro Electorali Hanove-
rano liberum est Actori contra diffessionem documenti 403

404 contrariam probationem ſuſcipere, & veritatem & integri-
405 tatem originalis producti, probare. Conceditur hæc pote-
ſtas producenti in der Fürſtlichen Lünäburgiſchen Hanove-
riſchen Proceß-Ordnung *tit.* 22. §. 5. in verb: In welchem
Fall/iedoch dem producenti frey ſtehet/ ob er nach beſchehe-
ner eidlichen diffeſion per comparationem literarum aut
per recognitionem teſtium die Uhrkunde behaupten wolle.
406 Quam poteſtatem de jure communi facta diffeſione Chiro-
graphi in proceſſu executivo Creditori nolunt permittere
Brunneman. *ad l.* 15. *u.* 5. *ff. de reb. Aut. jud. poſſit.* Richter. *de pri-*
vileg. Cred. membr. 1. *cap.* 1. *n.* 36. *ſeq. it. n.* 76. Carpz. *p.* 1. *conſt.* 17.
407 *def.* 14. *& ad eam Esbach. Id. Carpz. p.* 1. *dec.* 38. in ordinario ta-
men *proceſſu*, ſi ad hanc Creditor devenire vult, non vi-
detur a probatione excludi, quoniam ipſum juramentum
diffeſionis hodie plerunque de credulitate eſt, videatur
408 Mevius *p.* 3. *deciſ.* 171. & *p.* 6. *dec.* 278. Brunnem. *dd d. l.* 15. *ff. de*
reb. aut. jud. poſ. 78. *n.* 6. Pro ultima Cautela adhuc notanda
409 hæc, quod licet producens in termino productionis docu-
menti non compareat, hoc ipſum juramentum diffeſionis
tamen pro præſtito non habeatur, ſi qnidem legale eſt, &
nunquam habetur pro præſtito, niſi a producente remitta-
410 tur *V. l.* 29. *C. d. pact.* & Schwendendörffer *P.* 737. *&* 738. qui ſi-
mul *pag.* 1328. docuit, quod nec mortuo provocato pro præ-
ſtito habeatur, ſed heres adhuc de credulitate jurare teneatur;
quod ipſum prudentiori judicio relinquimus, & hanc po-
ſitionem quintam, ne in immenſum nimis
excrefcat, claudimus.

CAP. III. POSIT. VI.

DE JURAMENTO SUPPLETORIO ET PURGATORIO.

ALiæ adhuc occurrunt ſpecies Juramenti neceſſarii, 1
nempe (1) JURAMENTUM SUPPLETORIUM & PURGATORIUM, de hisce igitur qualem qualem conſiderationem inſtituemus. Primum Ju- 2
ramentum nempe Suppletorium itidem Juramentum in ſupplementum, Germanice der Erfüllungs Eyd/ dicitur, 3
& tale Juramentum eſt, quod Judex, vel motu proprio, vel etiam ad inſtantiam partis, ſemiplenam probationem habentis, decernit, ipſique probanti imponit, ut per hoc ipſum Juramentum præſtitum plena evadat probatio, cauſaque dubia decidatur. Originem traxit hoc ipſum Jura- 4
mentum ex *Jure Civili* noviſſimo, veluti apparet *ex l. 13. ff. de Jurejur.* ubi hæc verba leguntur: *ſolent enim ſæpe judices in cauſis dubiis exacto Jurejurando, ſecundum eum judicare, qui juravit.* cui *add. l, generaliter 12. C. de reb. Cred.* Et neceſſari- 5
um videtur dici, tum *ob neceſſitatem cauſæ* præſentis, quæ ob deficientem plenam probationem aliter decidi non poteſt, niſi per hoc juramentum ipſi adminiculum afferatur: tum 6
ex perſona Judicis, cui ſecundum diſpoſitionem juris incumbit hoc Juramentum deferre, præſertim parti deſuper inſtanti. *Vid.* Setſer *de Juram. lib. 4. cap. 12.* & Illuſtr. D. Born. *ad Univ. Jus jud. diſp. 1. theſ. 56. lit. G.* tum etiam *ratione perſonæ*,

7 *cui* hoc juramentum *defertur* : quoniam ipſa præciſe jura-
8 mentum hoc præſtare, aut cauſa cadere cogitur, nec pote-
ſtatem referendi habet, *per L. ut dicamus §. deferre in fine ff. de*
9 *reb. Cred.* D. Stryk. *in Introd. ad prax. cap. 20.* Approbatum quo-
10 que eſt hoc juramentum in JURE CANONICO, uti probat
c. ſicut conſuetudo 2. X. de probat. & in *FORO SAXONICO* vid. *Conſt. El. Sax.*
Aug. 23. p. 1. & ad eam Comentatores Saxonici & ordinatio proc. *tit. 30.*
verb. Wenn einer ſein Fürbringen nicht gnugſam noch vollkommen/ aber
gleichwol ſo viel erwieſen hatte/ daß das Juramentum ſuppletorium, zu
Erfüllung ſolcher Beweiſung zu läßig; ſoll auff ſolchen Eyd erkant werden/
11 es ſey in denen Acten gebethen oder nicht. Item in FORO DU-
CATUS MAGDEB. vid. Proc. Ordnung de an. 1686. cap. 39. §. 1.
Hätte iemand ſeine Introductionem und Fürbringen durch einem
glaubhafften Zeugen/ oder ſonſt dem Grund ſeiner Klage ſemiple-
ne erwieſen/ mag er ſich zum Juramento in ſupplementum probatio-
12 nis erbieten. Sequitur hoc ipſum praxis Fori DUCATUS
Saxonici GOTHAN vid. Ord. Proc. p. 1. cap. 12. §. 1. verſ.
13 Wenn einer ſein Vorbringen nicht genugſam oder vollkommen erwieſen
14 hätte. Item Praxis PRINCIPATUUM ANHALTINORUM.
15 vid. Ord. Proc. Anhalt *tit. 9. §. 1.* non minus praxis JUDICII
16 ſummi Regii Suecici WISMARICI. vid. *Ord. Jud. p. 2. tit. 34.*
Pommeraniæ anterioris vid. *Ord. Jud. de ann. 1566. tit. 57.* Ut &
REGNI SVECICI vid, Königliche Schwediſche Hoff-Gerichts Ord-
nung *tit. 27.* von denen Eyden/ §. 5. *verb.* hätte der Kläger durch eine
glaubhafften unwiderleglichen Zeugen / oder ſonſt ſemiplene den
Grund ſeiner Klage erwieſen / mag er ſich zum Juramento in ſupple-
mentum probationis erbiethen / und da gleich ſolch erbieten nicht ge-
ſchiehet / ſoll doch wofern die Sache nicht gantz wichtig / zur Gerichtli-
chen ermäßigung ſtehen / nach fleißiger Betrachtung aller umſtände/
derer Perſonen und des Handels/ dem Kläger oder Beklagten vermöge
einiger Rechte / ſolchen Eyd aufzulegen / ingleichen iſt es auf Seiten
17 des Beklagten auff ſeine Exceptionen alſo zuhalten. Porro obti-

net

net in PRINCIPATU HALBERSTADIENSI, vid. Ord. Proc. Halberst. de ann. 1652 p. 2. cap. 5. verb: Nachdem es bißweilen denen Partheyen gantz / oder zum theil am Beweisse ermangelt / und derselbe durch die Eydes-Liestung ersetzet werden muß. ꝛc. Ut & in REGNO BORUSSIÆ vid. Churfl. Brandenburg. Land-Recht de ann. 1685. lib. 1. tit. 40. Sub rubrica von Beweisung / so durch den Eyd geschiehet. §. 2. in verb. Es mag auch in solchen Fällen der Richter nach gelegenheit derer Personen und Sachen / den Eyd der einen Parthey auflegen / an Seiten seiner Beweisung durch denselben darzuthun / zu Zeiten seine gethane unvollkommene Beweisung dadurch zu suppliren und zuerfüllen. Et dict. tit. 40. art, 3. §. 1. Juramenttm necessarium Nothwendiger Eyd ist / den der Richter einem selbst aufferleget und zuschweren zwinget / derowegen sich niemand dieses Eydes verweigern oder erwehren kan: und dieser Eyd hat gemeiniglich statt / in etlichen Fällen / wie folget: Als / so die Richter den Handel so befinden / daß Kläger seine Klage / oder der Beklagte seine Defension und Gegenwehre nicht vollkömmlich / sondern semiplene / daß ist so viel als halb / nemlich durch einen untadelbahren glaubhafften Zeugen / omni exceptione majorem, oder gar starcke Vermuthungen / oder mit schrifftlichen Uhrkunden / so zum Theil etwas beweis/n / oder andere glaubwürdige Anzeigung bewiesen hätte; so mögen Sie demselben Theil Juramentum necessarium vel suppletorium, den Eyd zur Erfüllung der Beweisung ertheilen und auflegen 18

In super utuntur etiam hoc juramento Judicia ELECTORATUS BRUNSVICENSIS LUNEBURGICI Hanoveran. vid. ord. proc. ad 1663. *tit. 24. §. 1.* Item Judicia DUCATUS MEGAPOLITANO-Gustrovienſis vid. Ord. Cancell. de an. 1656. p. 2. tit 29. §. 2. JUDICIA CIVITATIS Imperialis FRANCOFURDENSIS ad Moenum vid. Reform. Francof. p. 1. tit. 39. §. 7. ut & CIVITATIS LUBECENSIS, teſtante commentatore egregio D. Mevio *ad Jus Lubec. lib 5. tit. 7. art. ih. n. 5. & 6.* ex quibus ordinationibus hæc ipſa Cautela (PRIMA 19 20 21 22 23

MA pro probante elicitur, quod is, qui probationem ſuam plene & perfecte in proceſſu abſolvere non potuit, inſuper tamen ſemiplene intentionem ſuam probavit, ad hoc juramentum ſe accingat, petendo a judice, ut ad hoc præſtandnm admittatur: ſiquidem hoc ipſum juramentum, vim ſemiplenæ probationis habere docuit, Seraphin de Seraphinis *in tract. de de privilegiis Juram priv. 33. n. 2.* quæ ipſa ſubſidiaria probatio ſemiplena, ubi cum Actoris antecedente conjungitur. plenam probationem perficiet. *vid. Carpz. p. 1. Conſt. 23. def. 4. n. 5.* Non tamen præciſæ & abſolutæ neceſſitatis hæc ipſa petitio eſt, ſi quidem ipſe Judex, parte etiam non petente, ex neceſſitate legis, ad impoſitionem hujus juramenti obligatur, ubi cauſa aliter, quam ex juramento decidi non poteſt *vid. l. 21. ff. de interrog. in Jure fac.* Setſer. *de Juram lib. 4. c. 11. n. 10.* judex enim cuncta rimari, & pro indaganda veritate modis omnibus laborare debet. *C. Judicantem cauſ. 30. qu. 5. c. cum cauſam X. de teſtib. l. Judices Cod. de jud.* Adeoqne in cauſa ipſi judici nunquam concluditur. *C. cum Johannes X. de fid. inſtr.* Andr. *Fachinæus lib. 1. cap. 3.* Imo judicis eſt, probationes ulteriores ad veritatem eruendam exigere & ea quæ deſunt partibus litigantibus, ſupplere *per l. un. C. ut eaqua de ſunt advoc. part. C. judicantem 30. q. 5.* add. Ord. Proc. Boruſſiæ tit. 40 art. 3. §. & Carpz. *p. 1. Conſt. 23. def. 2.* Gail. *lib. 1. obſ. 108. n. 5.* cum tamen evenire poſſit, ut Judex per incuriam negligat impoſitionem, ſi non petitur, vel etiam dubitationem habeat, an ipſe probans animum ſubeundi hoc juramentum foveat nec ne, melius agit probans, ſi expreſſe petitum ſuum eo dirigat, ut judex in eum caſum, ubi probationem pro plena & ſufficiente non deprehendit, probantem ad ſuppletorium admittat. Huic enim petito judex deferre tenetur, in caſu ſemiplenæ probationis præſentis, ſecus partem gravat

vat,& ab eo appellari poteſt ad ſuperiorem, per ea quæ docuit Sichard *ad l. 3. n. 10. C. de Jurejur.* imo Judex litem ſuam facit, petentique ad intereſſe tenetur. Maſcard. *de Probat. vol. 2 concl. 659. n. 2.* Coler. *de proc. Execut. p. c. 10. n. 140.* Carpz. *p. 1.* 33
C. 23. def. 2. n. 10. Gail. *obſ. 108. n. 6.* Beuſtius *ad l. 31. ff. de Jurejurando n. 117. & ſeqq.* ubi docuit, quod vocabulum, ſolet, quod in dicta lege habetur, eandem vim & ſignificationem habe- 34
re, debeat quam habet verbum oportet. Add. Brunnem. *ad d. l. 31. ff. de Jurejur.* Et Mev. *p. 4. dec. 15. part. 5. dec. 281. & ad Jus Lubec. lib. 5. tit. 7. art. 16. n. 7.* D. Born. *ad Jus Univerſ. diſp. 1. theſ. 56. lit. g.* circa tempus autem quando ſcilicet hoc petitum fieri debet, comuniter Dd. tradunt, quod Jure Civili illud duret usque ad concluſionem in cauſa, & antequam definitiue in ſententia pronuncietur. *Per l. 12. C. de reb. Crcd. & l. 3. C. eod. & ad eam Dd.* vid. etiam Jacob Menochius *lib. 2. Arb. Jud. quæſt. caſ. 464. n. 29. & tom. 12. Conſ. 1108. n. 11.* Setſer *de Juramentis lib. 4. cap. 15. n. 4. & ſeq.* De Jure Saxonico inter ſe pugnant Berlich. *p. 1. concl. 53. n. 62.* qui tempus petitionis ſaltem usque ad terminum probatorium durare ſtatuit; & Carpzovius, qui etiam poſt elapſum terminum probatorium communem, hoc petitum admittit *p. 1. conſt. 23. def. 9. & lib. 3. Reſp. 56.* cujus ſententiam, hodierni Dd. Saxonici, tanquam favorabiliorem, ſequuntur. vid. D. Martini *ad proc. Sax. tit. 39. §. 1. n. 127.* ubi auctoritates & rationes allegavit, add. Gail. *lib. 1. obſ. 109. a. 9.* ubi docet, quod etiam poſſit in ipſa Appellationis inſtantia a judice deferri, licet a parte non fuerit antea petitum.

35

36

37

Alterum genus Cautelarum ipſum Judicem concernit, qui antequam impoſitionem Juramenti Suppletorii, de- 38
cernit, conditionem & ſtatum perſonarum litigantium accuratiſſime inveſtigare tenetur, quo dijudicare poſſit, an probanti ſuppletorium, an vero adverſario potius Juramentum

mentum purgatorium imponendum ſit. Elegans Textus legitur in ordinatione Proceſſus Regni Boruſſici *tit. 40. art. 3.* §. 2. qui ita ſonat. Ob aber und wie / auch welcher Parthey ſolcher Eyd aufzulegen / daß ſoll zu unſerer Gerichte Ermäßigung und Beſcheidenheit ſtehen / welche dann die Sache mit allen Umſtänden / Anzeigungen und Vermuthungen / in was Anſehen / Erbar und = Tapfferkeit iede Parthey / welche annoch der Sachen beſte Wiſſenſchafft habe / und was ieder Theil für den Andern erwieſen / auch derhalben beſſere Vermuthungen vor ſich habe / ſonders Fleiſſes erwegen und ermeſſen ſollen : demſelben alsdenn und aus andern dergleichen Bewegniſſen / nach unſerer Gerichte Erkäntniß ſolchen Eyd zuerſtatten aufferlget werden mag. Add. *Ord. Proc. Ducat. Magdeburg.* de ann. 1686. *cap. 39. §. 4.* In verb. Auch in was Anſehen / Ehr und Redlichkeit iede Parthey ſey. Item *Ord. Brunſuigo Lunæburg. Hanov. Dict. tit. 24. §. 2. Ord. Cancell. Megapolit.* Guſtrovienſ. p. tit. 29. §. 2. *Ood. Cancell. Ducat. Halberſtad.* p. 2. tit. von Beweiſung durch den Eyd §. 2. Reformat. Francof. ad Moen. p. tit. 39. §. 7. *Ord. Saxo Gothana* p. 1. cap. 12. §. 1. Hinc Dd. communiter docent, (1) quod ſi inter Marem & fœminam lis intercedat in judicio, Maſculo potius quam fœminæ juramentum imponendum ſit. Quia muliebris ſexus communiter nimis tenax & ad avaritiam pronus, adeoque ad pejerandum aptior putatur, per *c. 10. X. de V. Signif.* & tradita Carpzov. *part. 1. conſt. 23. def. 7. n. 4.* de quo tamen prudens Judex dijudicet. Siquidem etiam honeſtæ fœminæ conſcientia ſæpius viri ſcurrilis protervitati prævalebit. (2) Communiter *ex l. 21. C. de Hæretic. & Manichæis.* Dd. concludunt, & quidem ex verbis : *vel his, qui Judaicam ſuperſtitionem colunt, in teſtimonii communionem*; quod judæo, quando cum Chriſtiano litigat, juramentum ſuppletorium non deferatur, vid Carpz. *p. 1. Conſt. 23. def. 7. n. fin.* Rationem ſi quis deſiderat, poterit eam invenire in *c. non poteſt 2. quæſt. 2. de Jurejur.* & apud Jaſonem *ad l. 31. de Jurejurando.* ſcil. quia Judæi in fide ſuſpecti

ſpecti ſunt, & in humano teſtimonio dubii, (ſi non menda-
ces) habentur. Quamvis in Camera Imperii Germanici 46
